PHILIPPVS DECIVS.

In Tit. ff. de regulis Iuris.

CVM ADDITIONIBVS D. Hieronymi Chuchalon Hispani, & Io. Bapt. Ziletti Veneti.

In gratiam & vtilitatem Iuris candidatorum, totiusque Togati ordinis.

Loca etiam amplius mille, quæ partim mutila, partim etiam indigesta erant, restituta sunt.

Cum INDICE multo quàm anteà, locupletiore.

CVM CENSVRIS ECCLESIASTICIS.

Corrigente D. Borgarutio à Borgarutijs.



VENETIIS,

Apud Petrum Marinellum. 1585.

NDEX LEGVM. ET PARAGRAPHORVM.

FINIS INDICIS LEGVM,
Et Paragraphorum.

INDEX
COPIOSISSIMVS IN ENARATIONES D. PHILIPPI DECII,

In titu.ff. de Regulis Iuris, omnia quæ scitu digna sunt complectens. cuius primus numerus paginam, mox sequens numerum marginem denotat.

A

PHILIPPVS DECIVS.

In Tit. ff. de regulis Iuris.

CVM ADDITIONIBVS D. Hieronymi Chuchalon Hiſpani, & Io. Bapt. Ziletti Veneti.

In gratiam & vtilitatem Iuris candidatorum, totiusque Togati ordinis.

Loca etiam amplius mille, quæ partim mutila, partim etiam indigeſta erant, reſtituta ſunt.

Cum INDICE multo quàm anteà, locupletiore.

CVM CENSVRIS ECCLESIASTICIS.

Corrigente D. Borgarutio à Borgarutijs.



VENETIIS,

Apud Petrum Marinellum. 1585.

INDEX LEGVM. ET PARAGRAPHORVM.

Ne-

FINIS INDICIS LEGVM,
Et Paragraphorum.

COPIOSISSIMVS IN ENARATIONES D. PHILIPPI DECII,

In titu.ff. de Regulis Iuris, omnia quæ scitu digna sunt complectens. cuius primus numerus paginam, mox sequens numerum margintem denotat.

A

A r-

car-

Con-

Co.. Cul-

De-

Deposita-

E

Fide-

Iudex

M

Mulier

P

Pro-

Q.

Re-

Spe-

INDICIS FINIS.

D. N.

PHILIPPI DECII MEDIOLANENSIS, I. V. DOC. CELEBERRIMI, AC DOCTISSIMI,

Regijquè Senatoris, enarratio in Tit. De Regulis iuris. ff.

Cum solitis Additionibus Hieronymi Cuchalon Hispani, Et Io. Bap. Ziletti Veneti, nouissimè adiectis, ac aliorum Modernorum.

IN RVBRICAM ARGVMENTA.

1 *Clausula generalis nonnunquam ad specialiter enumerata subijcitur, eadem omnia compræhendens.*
2 *Clausula generalis subiecta, ad enumerata specialiter minimè referri debet.*
3 *Regula non ius ipsum constituit, verum ex prius constituto iure ipsa elicitur.*
4 *Clausula siue titulus generalis aliquādo statim in principio, quandoque etiam in fine collocatur.*
5 *Genus ipsum cognitioni prius obijcitur, quàm species.*
6 *Vocabula non eo sunt numero, vt rebus ipsis respondere valeant.*
Regula in iure varijs sumitur acceptionibus.
7 *Regula qua ratione pro ordine absolute sumatur.*
8 *Regula pro ratione adiuncti interdum accipitur.*
9 *Regulæ iuris, hæc duo verba, dupliciter in iure sumi possunt.*

MAXIMA & incomparabilis videtur præsentis tituli vtilitas: & ex eo facile iudicari pōt, ꝙ vtriusque Iuris censura in regulis, aut regularū exceptionib. resoluitur. Idcirco studendo vtilitati vestræ quantū possum, eius interpretationē in

lectionibus extraordinarijs videbimus. Et quia in regulis breuiter ꝓceditur, in qualibet regula eius resolutionem conclusiue, & ad tex. explicabo.

† Primò continuatur iste tit: vt in glo: dũ inquit, nõ esse nouum vt quibusdam specialiter enumeratis generalis clausula subijciatur, quæ omnia cõprehendat. l. si seruus seruuũ: §: inquit lex in ver: sed nõ est nouum. ff. ad leg: Aquil. facit tex. in cap. qui ad agendum. de procu. in 6. & in cap. quoniam contra falsam. de proba: 1

Sed tamen in casu isto nõ bene adaptatur quod gloss. dicit, quod omnia comprehendat. † Nam generalis clausula *a* quæ subijcitur, nõ refert ad præcedentia, de quibus specialiter dictũ fuit. l. doli clausula: ff. de verbo. obliga. l. sanctio legũ. ff. de pœnis. l. alimen. ita. §. basilicæ. ff. de alimen. & ciba. lega. l. q. d sit fugitiuus §. quod aiunt. cum gloss. ff. de ædil. vnde esset supplendum, quod omnia comprehendat quæ non sunt specificata. Et ideo continuatio melius adaptari potest. 2

a Quando generalis clausula comprehendat casus speciales, vide Abbat. cap. sedes. de rescri. in fin. col. & ibi Dom. Phil. pen. col. Hiero. Cuecha.

† Primò, ut colligitur per glo: in rub. eod. titu. in 6. Nam cũ regula ex iure prius scripto colligatur. l. j. infra eod: conueniens fuit quod ultimo loco ponatur: facit gloss: instituũ. de actio. in princ. dũ ibi ponit cõtinuationem: Et quod not. Bal: in l. i. in prin. per illũ tex: ff. de iusti. & iure: Vel secundo, ut Abb. dicit in rub. extra: eodẽ in antiquis: quia ꝓ decisione casus cõcurrentis prius ad casus particulares recurritur si reperiãtur, & in subsidium ad cõmunes regulas iuris, merito titulus iste hic reseruatur. 3

Circa continuationem glo. oppo. secundũ glo: in rub. eod. tit. in 6. † Quia nõ videtur verum, quod generalis clausula siue titulus generalis vltimo loco reseruatur: q. a plerũq; a principio ponitur tit. generalis, vt patet in rubr. extra de ꝓba. & de reb. eccles. nõ alien. & in rub. de seruit. & in rub. de bon. poss. cũ simil. glos. respõdet in dicta rub. eod. tit. in 6. qđ in isto tit. hoc factũ fuit, vt ostẽderetur quod ius nõ 4

sumitur

sumitur ex regula, sed quòd regula ex iure sumatur.l. 1. infra.eod.& supra d.ctū est.Et ista respōsio videtur bñ procedere quantū ad situationem istius tit.Sed per hoc nō respōdetur ad quæsitum glo. de alijs titu.general.cui plerunque præmittūtur. Vnde aliter respondēdū videtur, vt decimas, quòd quādo Legislator magistraliter prodit tradēdo doctrinam ad instructionē iuuenum, a generali titulo inchoandū est:† quia ad cognitionem speciērum debet præcedere cognitio generis, ut not.Bald.per illum tex.in l. 1.no.ff. si cert.pet.facit l. 1. in princ. & q ibi Bald.ff.de iusti.& iure.Et hoc modo benè procedit generalis tit.de proba.de serui.de bo. poss cū simil.Sed quādo clausula generalis ponitur post aliquos casus speciales, venit ad ampliādū: *a* quia omnes casus specificari nō possunt: † quia plura sunt negotia quā vocabula.l.natura.ff.de præscript.verb. Et tali casu vltimo loco clausula generalis ponit. d.c.qui ad agēdū.d.l.doli clausula.cū simil. Ista tamē latiorē postularēt indaginē, q a vario modo iura loquunt: sed q a incidēter hic occūrit, nō insisto.

5

a

6

Vlterius ad intelligentiā præmittendū est, quòd regula sumit dupliciter, vt not.Bart.in l. 1.in princ. infra eod.Et pluribus alijs modis regula dicit: vt tradit Archid.3.dist c.regula. Et breuiter placet vt dicamus † quòd regula absolute pro ordine *b* accipitur, eo q regat & rectè ducat: vt colligit in.d.c.regula.3.dist in princ.uariatur tamē secundū subiectā materiā, vel ratione qualitatis adiunctę. Nā quandoque pro modo & ordine viuēdi accipitur.d.c. regula post princ. Et isto respectu quælibet lex, etiā laicorū, regula appellatur.lib.2.in fin. supra de leg. & in proœ Decret.in prin.vers.ideoque.Quādoque p ordine ecclesiasticorū.57.dist.in c.quoniā.† quādoque ratione adiuncti declaratur: vt quādo dicit Regula Minorū.54. dist.in c.multos.ibi secundum regulas patrū & 12.dist in c.de his ibi, regulas magisterij. & in c.quemadmodū.§.fiu. de iureiur. ibi,

7

b

8

a Ampliādum. fallit vbi expressa mentio requiritur: quia tunc quantumuis generalia nō sufficiunt.glo.Gemi. Phil. Franc in quisitores de hę re. in 6. Gemin. c.quia per culpam de sent.excō. in 6 Matth. Afflict. Dec. Neap. 220. num.16. & quando etiam vniuersalia restringūtur. vide Ol 1.q.148.in fi. Alber c. 1. parte statu. q.16.in fi. Ioan. Andre. in mercu in generali eo. in 6. as. l.j col 3. de leg. Aym.cons. 3. cons 70.

b Ord ne. Qui dicatur propriè habere regulam, vide Phil. Fran. in rub.eod.utu. lib.6.H. C.

sec̄m regulam Euangelij. Et facit tex. 61. dist. in ca. bene nouit. dum loquitur de sacris regulis: Ad idē tex. in §. sancimus. in auth. quo. opor. epi. & in auth. de monach. in §. fi. Et sic patet, ꝙ regula semper ordinem significat: & secūdum subiectam materiam variatur, vel ratione adiūcti, vt hic elicitur, de reg. iur. † Et ista verba, de reg. iur. duobus modis intelliguntur: transitiue, & intransitiue, vt not. Bar. in l. j. infra eo. & ibi in 2. not. declarabitur.

Philippus Decius Valentiæ.

IN REGVLAM PRIMAM Argumenta.

1 *Regula iureconf. Paulo quid dicatur, & quid Sabino.*

2 *Regulam breuem continere debet narrationem, & veluti summariam.*

Leges regulam tradentes nil superfluum admittere solent.

3 *Breuitas in cunctis rebus commendabilis, veluti prolixitas odiosa.*

4 *Obscuritas breuitatis prætextu non admittenda.*

Claritas seu perspicuitas ipsam legem maximè decet.

5 *Regula ex iure colligitur, non autem ipsam constituit.*

6 *Regula superuenientes cōtinet casus, veluti genus suas species.*

Regula ipsa nixus, in casibus non definitis intentionem fundatam habet.

7 *Sententia secundum regulam proferri debet, nisi contrarium sit probatum.*

8 *Regula seu dispositio generaliter loquens, personas etiā priuilegiatas includit.*

Statutum vniuersale in causa dotis aut etiam militis locum sibi vendicare potest.

9 *Statutum disponens instrumenta publica non probare nisi registrata, non intelligitur de instrumento dotis.*

10 *Regula quare causæ coniunctio dicatur.*

11 *Plerunque dictio, quam ob causam regulam faciat.*

Præsumptio à cōiter accidentibus ortum habere solet.

12 *Regula*

12 *Regula ex oratione vniuersali aut etiam indefinita ferè semper constituitur, & nu.16.*
Indefinita à lege prolata, vniuersali est æquiparanda.
13 *Regula cōis ex benignitate procedens quandoque excluditur, veluti, etiam naturalis æquitas pacta suadens esse seruanda.* (*nu.19.*
14 *Regula aliquando vitiata, suo ipsa officio priuatur. &*
15 *Dispositio generalis latius ipsa patet quam regularis.*
17 *Testes ante lit.contest.regulariter non admittendi.*
Indefinitæ aliqd dic aut fieri, idem est quod generaliter.
18 *Generaliter aduerbiū, strictius est aduerbio vniuersal.*
Venalia ī legato vniuers.cōtinētur, ī generali non item.
20 *Exceptiones tametsi contra regulæ dispositionem esse dicantur, de genere tamen regulæ conuincuntur.*
21 *Exceptiones quib.casib.regulam confirment. & nu.22.*
23 *Legatum generale, quæ in domo sunt venalia includere non præsumitur.*
24 *Exceptio regulæ restringendæ gratia fuit adinuenta.*
25 *Procurator generaliter ad omnia constitutus, nil potest in his quæ mandatum speciale requirunt.*
26 *Princeps excipiens casum quo non vult tertio præiudicare, præsumitur in cæteris velle præiudicare.*
27 *Interpretatio eatenus fieri debet, quatenus valeat actus, non autem pereat.*
Exceptio regulam qualiter ampliare dicatur.
28 *Regula per exceptionem non ampliatur, quando verba regulæ repugnant.*
Regula statuti qualem recipiat exceptionē. (*patitur.*
29 *Regula generalis pro qualitate exceptionis extensionem*
Episcopus vicario omnia, quæ ipse potest, concedens, non censetur concessisse seruata sibi specialiter.
30 *Exceptio quib.casib.regulā ampliet, & quib. restrīgat.*
31 *Regula ampliatur vigore exceptionis, vbi sequitur correctio iuris.*
32 *Exceptio in quibusdam admissa, ad similes casus est porrigenda. & nu.35.36.* (*dicatur.*
33 *Renouatio priuilegij vel instrumenti quare spālis cāsus*
34 *Exceptio vna quando reliquas tollere credatur.*

REGVLA PRIMA. PAVLVS.

Regula est, † quæ rem, quæ est, breuiter enarrat: non vt ex regula ius sumatur: sed ex iure, quod est, regula fiat. Per regulam igitur breuis rerũ narratio traditur, & (vt ait Sabinus) quasi causæ coniunctio est: quæ simul cum in aliquo vitiata est, perdit officium suum. 1

ISTA lex non summatur, quia eius dicta sunt pro summario. Et diuiditur per gl. in quatuor partes, prout quatuor ponuntur dicta quæ de se patẽt. ex quibus colligam quatuor no. & in his totam materiam l. complectar.

Primo noto ibi, breuiter enarrat, † q̃ in regula breuis narratio & summaria esse debet. Et iõ per illum tex. dicit Bal. in l. Gallus. §. 1. in tertia opp. ff. de liber. & posth. quod in legib. tradentibus regulam nihil superfluum esse debet. Et dictum Bal. intelligitur maxime procedere in legibus tradentibus regulam, quia idem est in alijs legibus, in quib. omnis superfluitas reijcitur, ut not. Bal. per illum text. in l. infra ff. quod met. cau. facit text. in §. quibus in prima const. C, ubi Bal. & in proœm. Decret. pen. §. ibi, resecatis superfluis. † Et generaliter ẽt in alijs breuitas commendatur. l. fi. §. 1. C. de app. l. fi. supra de precib. impe. offe. & l. fi. C. de do. facit tex. in l. j. in prin. ff. de off. præfec. præt. 22. dist. in prin. & 62. dist. in prin. Et ideo dicit gloss. 1. in l. 1. ff. quod met. cau. quod gaudent breuitate Moderni. facit text. in l. 1. supra si cert. pet. ibi, pauca. & in l. 1. de præsc. uerbis. ibi, agam paucis. 2 3

Et hoc intelligit † dummodo obscuritas non inducatur, ut no. Bal. in l. fi. C. de app. Et ne contingat quod Horat. dicit: Dũ breuis esse laboro, obscurus fio. ut p gl. in proœm. Digest. col. pen. in uerbo. compendium. Obscuritas. n. reprobatur. l. si legatario. §. fi. ff. de fideic. li. l. ita fidei. ff. de iure fis. Et psertim in lege a quæ debet eẽ clara 4. dist. ca. erit autem lex. & 4

a In lege. Sed an tunc quis excuseur ab igno rantia eius, vide Abb & doc c fi. de const. Hiero. Cũchalon.

cap.fina.de constitu.Et nihil magis proprium est le
gis,quã claritas.§.nos igitur.in auth.de testa. impe.
5 Secũdò not.ibi,ex iure,quod est,regula fiat.† qđ
a regula *a* non facit ius,sed ipsa colligitur ex iure qđ
est.Et istud uerum est quo ad illos casus,qui regulã
præcedunt,ex quibus ipsa regula constituitur & for
matur,& hoc modo dicitur regula iuris transitiue,
quia de regula fit trãsitus ad ius,ita qđ ius est sepa
ratũ & distinctum ab ipsa regula. Secus est quo ad
alios casus,qui ante regulam determinati nõ repe-
tiũtur,in quibus regula facit ius,ut patet in regula
Catoniana, quæ dicitur regula iuris. l.cũ legato. ff.
quãdo dies leg.ced.& facilius,ut not.in l.1.ff.de reg
Cato.Et uidebimus, quòd sæpenumero fit decisio
casus occurrẽtis per regulã iuris c.inter dilectos. de
fide instr.in fi.c.si diligẽti.de foro compet.cum sim.
ut per glo.in rub.eod. titul.in 6.Et isto casu dicitur
regula iuris transitiue.quia ipsa regula immediate
b est ius.& nõ fit trãsitus,*b* quia tali casu ius nõ est di
c stinctũ & separatũ ab ipsa regula.Sed ius,& regula *c*
est unũ & idẽ.Et ita colligitur ex his quæ Bart. hic
dicit post glo.& alios quos refert,Et idẽ Bart.in l.1.
ff.de regu.Caton.& not. per glo.& Dyn.in rub.eod.
tit.in 6.Et in isto casu nõ cõprehendũtur alij casus
per uiam extensionis,iuxta.l.1.nõ possunt.de legib.
sed ab ista regula quæ facit ius,immediate includũ
6 tur,† quia sicut genus cõprehẽdit species proprie,
vt no.Bal.in l.2.C.de iur.aur.annul.facit tex.ĩ l.sem
per generalibus.infra eod. ita regula cõplectitur ca
sus qui post regulã superueniunt. Vnde in casibus
non determinatis fundatam habet intẽtionem ille
d qui habet regulam pro se,*d* ut not.per glo.in l.om-

 nis,

a Regula. Adde gl & Doctor. in rub. de r.g.iur. in 6 & Bald. in sua Margarita. in verb reg. Hieron. Chuc.

b Transitiue. Scilicet in aliud subiectũ, sed ẽ vnicũ & idem subiectum. sin ile,cũ dico personã Petri intelligitur intransitiue.i. q̃ est Petrus. Idem cum dr̃ donum fidei.i. quod est fides, est enim donum & opus Dei in nobis. Ephesior. j. Phil. j.& 2 Petr.j. sed cum dixi donũ Dei, verba fiant transitiue: quia aliud est res data, aliud dator hæc verba transitiue sũt termini Grãmaticorũ & Logicorum, quib.frequenter vtuntur Theologi scholastici, vt apud Tho. Aql. in tract. Fallac. c 10.in fall. amfibologiæ. quos terminos primus usum Dec. noster ad scientiam legalem transtulit, nec sine fructu

c Regula. Ergo videtur q̃ sententia lata contra regulam sit ipso iure nulla, sicut quando est lata contra ius. vt in l.1.& 2.C. quando prouoc.non est necesse, & c.1.de re iud.de quo vide eundem D. Philip.in c. consuluit.lo.1. in finalibus verbis de appell. H.C.

d Pro se Alex.cons.79.nu.5.lib.7.latè Andr.Tiraq.in tract. Retr.prox. §.1.gl 9, num.209.

a Priuilegiatas. Item Dec. in l. pactũ quod do tali.col. 2. C. de pact. in l. 2 C. unde lib. in c. cum ordinẽ col. 2. ca. sedes. col. 5. de resci. in consi 5. Sed contra facit Iaf. i. fi. col. fi. C. de inoff testa l. 2. col 2 ff solut. matr. Dec. cons. 495. nu. 2. Alcia. in l. generali supra de verb. sig. vbi limitat, nisi priuilegium tolleretur.

b Priuilegiatas. Et quòd dispositio generalis tm̃ vale t respectu oĩum, quantum specialis respectu quorundam vide Paul. de Cast. in l. qui aedificiũ. ff. de ser ui. vrb. præd. Et qñ dispositio generalis cẽseatur etiam disponere in casib. specialiter prom ssis, vide eũdẽ Paul. de Cast. in l. j §. hoc autem ff. de oper. noui nunc, Item an in dispositione generali veniant illicita, idem latissimè tractat in l. si quis ff de condit. instit.

nis diffinitio. infra eod. & in rub. eod. tit. in 6. Et ideo dicit Bart. in l. quoties. ff. si quis caut. ꝙ res dicetur certa esse pro eo qui habet regulã ꝓ se. Et idẽ Bart. in l. 1. 2. colũ. ff. si quis in ius uoc. ubi alleg. Innoc. in c. præterea de dilat. Et hoc dictũ pro notab. resumit Matthe. in not. 19. not. quod sentẽtia. cum sim ut dixi in consil. 8. in prin. Et dicit Bal. in c. 1. in 7
2. col. de alien. iud. mut. cau. fac. † quòd secundũ regulã pronunciandũ est, nisi contrariũ probetur. Allegat not. in l. qui restituere. ff. de rei vẽdi. Et idem Bald in l. tutor. in fi. C de ser. com. manu. Albe. in 2. parte statutorũ. q. 148. si ex forma statuti circa fi. bene facit tex in l. ab ea parte. ff. de probat. & in l. suus quoque. in uersicu. puto generaliter. supra de hæredit. instit. & in c. ad decimas, de restit. spol. in sexto.

† ampliatur ista conclusio vt regula etiam attẽdatur cõtra personas uel causas alias priuilegiatas *a*, † quia regula & dispositio quæ generaliter loquitur, etiã comprehẽdit personas priuilegiatas, *b* vt no. Bald. per illum tex. in l. in fraudem in fin. de testam. mili. t facit text. in ead. l. in §. si quis. & ꝙ ibi colligit Bald. a 8 b

Ex quo infert, quod lex vel statutũ generale etiã habet locum in causa *c* dotis *d* uel contra milites. c
t hoc uerum esse intelligitur, nisi loquatur in tali d
materia, in qua causa vel ꝑsona priuilegiata sit, & ita loquitꝰ & procedit qđ no. Sal. per illum tex. in l. fi. in prin. in verb. ex quo not. bonum argumẽtum: C. de iure dotium, † ubi inquit, quod statutũ gene- 9
raliter disponẽs, quod instrumẽta publica non probent, nisi registrata fuerint, tale statutum nõ habet locum

c Causa dotis. Adde Hippo de Marsi. in sing 442. incip. vulgata iuris reg. Lud. Goz. in cons 43. incip. vĩ prima facie num. 12, & in cons. 97 incip. prima facie nu. 7 Paul. de Citatin in tract. de iure patr. in 3 par. in 12. q. 2 causæ. & Cæsar Lambert. in tract. eiusdem materiæ in 8. art. 5. par. princ j. par. j. lib. nu. 36. Io. Bapt. Zilet.

d Dotis. Cõtrariũ latè do. And. Tir. in trac. Retr. ꝑx. § j gl. 14. nu. 91. cum seq.

locum in instro dotis. Et benedicit Saly. per illum text. vbi patet, quod in tali materia causa dotis priuilegiata est, quia, vt ibi dicitur, causa dotis nō debet insinuari. Secus ergo est si causa dotis non esset expressā priuilegiata, quia tunc in statuto generali includeretur per supradicta. Et latius dixi in consi. 5. vbi ita consului Florentię, & dixi ēt in l. 2. C. vnde lib. Et ad prædicta videndum est. quod scripsi in c. consului. el 1. de appell.

10 Tertio noto ibi, quasi causæ coniuncto, † quod regula est coniūctio causę. i. rationis. Regula enim constituit coniūgēdo rationem plurium casuum eandem rationem habentium. Et sic rationes quæ erant plures numero in quampluribus & varijs casibus, ad vnum per traditionem regulæ redigūtur, vt gl. & Doct. hic dicunt, & in rub. eo. tit. in 6. Et no. Arch. in c. regula 3. dist. Et talis regula constituitur ex his quę vt plurimum ita se habent. arg. l. nam ad ea, de legib. ita gl. no. concludit in l. Iulianus. §. 1. in

11 verbo plures. ff. de act. empt. † Et ideo dictio plerūque, regulam facit. vt not. Alb. in q. 148. in secunda parte statutorū. alleg. l. plerunque. ff. de iure dot. Et idem Alb. in Diction. in verb. plerunq; vbi allegat bonum text. in l. 1. §. 1. & plerunque ita est supra de tut. & rat. distr. & in l. 3. supra de offi. præfect. uig. Et ad idem est tex. in §. fi. inst. de legi. pa. tut. Sic ēt præsumptio insurgit a cōiter accidentibus. vt not. per gl. in l. neque natales. C. de prob. cum sim. vt dixi in c. præsentia, col. 16. de prob.

12 Similiter regula cōstituit ex oratione uniuersali, indefinita, ut declarat gl. & Bar. hic & glo. Dyn. & Doct. in rubr. eo. tit. in 6. Nam indefinita prolata a lege, æquipollet uniuersali, a ut no. Bar. in l. si pluribus, de leg. 1. & gl. in c. ut circa in prin. de elect. in 6. Et no quod dicit Bar. hic, & in d. l. si pluribus, quod indefinita æquipollet uniuersali ex interpretatione allegat l. si seruitus. ff. de serui. urb. præd. ibi, humanius est uerbo generali omne lumē significari. Et Doct. communiter ita tenent. No-

a Vniuersali. Ad de latissimè Dy. in rubr. isto tit & ibi per Anch. & Philip. Franc. & Docto. in l. si ita de leg. 2. Alex conf. 7. in 1. vol & in conf. ex eo vol. H. C.

Nouissimè tñ Barth. Soc. in contrarium inducit text.in 43.ff.de liber.& posthu. ubi ipse dicit,quod ibi in materia odiosa,a indefinita non æquipolleat uniuersali ex benignitate.Ergo uidetur,quod regulariter æq polleat uniuersali de proprietate uerborum.Sed rñderi pōt, ꝙ ibi loquitur de benignitate particulari ratione odij,& excluditur regula communis,quæ tamen etiam de benignitate procedit, † sicut dicitur,quòd æquitas naturalis suadet,ꝙ pacta seruentur.l.1.in prin.ff.de pact. Et eadem æquitas naturalis suadet, quod quandoque pacta nō seruētur in aliquo casu particulari in l.1.in prin. ff.de minoribus. 13

a Odiosa. idem quando non est eadem 16. Phil. Corn cons. 140. lib.3.Phil. Fran. c.2.col.1, de rescr.in 6.

14 Quarto noto ibi cum in aliquo uitiata est,quod. regula quandoque uitiatur, & tūc perdit officium suum.Et sic sunt duo dicta.Circa primum facit:qa regula & illud quod regulariter fit plerunq; habet exceptiones,ut inquit gl.in rub.eo.tit.in 6. Et not. Abb.post Card.per illum tex.in c.qm̄ frequenter.in prin.ut lit non contest.facit text.in l.regulariter.ff. de pet.hære.in l. regula ff de iur.& fac.ign.in c.pen. de re iud.cum concor. tradit Ioā. And.in rub.extra eo.tit.in antiq.

Secus est si generaliter aliquid disponatur, quia tunc oīa sine aliqua exceptione includūtur. † Cum 15 plus sit disponere gnāliter , quam regulariter. *b* ut b no.Abb.per illum tex.in c.uenerabilem.de elect.ibi regulariter & generaliter.Et idem Abb.dicit in d.c. qm̄ frequenter in princ. quem Mod.ibi sequuntur. Sed ista differentia,quam Doct.cōmuniter tenent, non uidetur uera . † quia regula constituit̄ ex oratione uniuersali uel indefinita , ut supra dictū est. 16 Ergo regula uel uerbū regulariter,uidet̄ significare uniuersaliter uel indefinitè . hoc est generaliter, scd̄m quod uerba regulæ loquuntur. Et probatur in d.c.quoniam frequenter.in princ. † ubi dicitur, 17 qd̄ regulariter ante litem contest. non recipiūtur. Et ista regula habet̄ indefinitè in rub. ut lit.non cō-

b Regulariter Alex.c.synodum. 17.dist quod recte reprobat doctor. hic & in c. nam concupiscentiam. lec 2. coll.3. de const.

test.

teſt. Et ſic regulariter & indefinite pro eodẽ ibi ponuntur. ergo idem vr̃ de verbo generaliter, quia in definite & generaliter idem eſt, ut colligitur in l. j.
18 §. & generaliter, ff. de leg. præſt. † Et hoc idem confirmatur, quia minus importat verbũ generaliter, quam uniuerſaliter, vt no. Bar. in l. generali. §. uxori. ff. de vſufr. leg. in fi. vbi inquit, ꝙ in generali lega
a to non includuntur venalia, *a* ſecus eſt in vniuerſali. Ergo non videtur verum, quod uerbum generaliter excludat exceptiones, quia idem importaret quod vniuerſaliter.
19 † Circa ſecũdum dictum, quod regula perdit officium ſuũ ſi in aliquo uitiata ſit. Et in effectu ſenſus eſt, quod exceptiones ſunt contra regulam, i. cõtra illud quod in regula diſponitur, vt hic & in l. in his. ubi Bart. ff. de legi. Et no. Ang. in conſ. 290. Thema eſt col. 3.
20 † Et licet exceptiones ſint cõtra diſpoſitionẽ re-
b gulæ, ſunt tñ de genere *b* regulæ, quia ſi regula loquit̃ de homine, etiam exceptio debet fieri de homine. Et non eſſet congrua exceptio ſi dr̃. Omnis homo currit, niſi aſinus, vt cõcludit Dy. in rubr. eo. tit. in 6. circa fin. Bart. hic, & in d. l. in his. ff. de leg. Et ꝑ hoc, quia exceptiones ſunt de genere regulæ, di
c cimus, qđ exceptio declarat *c* regulam, q̃a ex qualitate exceptionis declarat̃, de quo genere regula loquatur l. nam quod liquidè. ff. de pœnu leg. Et hoc mõ ꝑ illũ text. ad declarationẽ regulæ arguit Alex. in l. ſeniũ. C. qui teſt. fac. poſ. & Rom. in cõſ. 117. cir
21 ca id. † Similiter licet exceptiones ſint cõtra regulã in caſibus exceptuatis: tamen in alijs caſibus non
d exceptis, exceptiones confirmant *d* regulam, vt no. Bar. in l. q̃ſitum. §. denique. ff. de fund. inſtr. & in §. ut aũt. ubi gl. & Bar. in auth. de non alie. col. 2. facit tex. in l. tribunus §. fi. de teſta. milit. in ca. nonne. de præ-

a Venalia. Caue. q̃a imò Bar. ibi tenet quod veniunt in generali legato, niſi diſpoſitio reſtringatur ad res exiſtentes in certo loco, quia tũc nõ veniunt merces ẽe, in vniuerſali, quia non cẽſentur in loco. Et ſic in hoc nõ eſt differẽtia inter generale & vniuerſale. Idẽ Lancelott. Deci. ibidem. Bal. l. cũ tabernã. in prin. de pig. Alex. in l. ſi conſtante in princ. 3. q. 3. par. princ. ſol. matr. & conſ. 30. num. 16. lib. 4 conſil. 167 nu. 2. lib. 7. Matt. Affl deciſ. Neap. 106 nu 6. Anto. Neguſant. tract. pignorum par. 2. membr. 2 nu. 14.

b Genere. Siue de terminis regulæ Bart. Bal. l. ſi cũ §. qui iniuria ff. ſi q̃s cau. Anchar. in rubr. eod. in 6. D l. 1. col. 16. de offic. eius cui manda. eſt iuris. Iaſ. cõſ. 69. lib 3.

c Declarat. Alex. in conſ. 36 col. 1 lib. 16.

d Confirmant Dec. in conſ. 180 col. & Alciat. de verb. ſign. lib. 2. pag. 2. fallit in his, quæ eſſent contra ius. Alex. conſ. 145. nu. 3. lib. 7.

præsump.& 32.q.7.in 2.dñs.& no. Ang.in cõs. 239. quidam emptores.& in cons. 299. supra allegat. & Rom.in cons.337.quoad primum. Et iõ uidet, q̃a regula sub generalitate omnes casus includit. Vnde si aliqui casus specialiter excipiuntur, alij remanent sub regula,arg.l.cum prætor. ff.de iud.in l.maritus.C.de procur.25.dist.2.in c.qualis.

22 Sed † quod ad alios casus q̃ sub regula nõ includũtur exceptio non firmat regulã, quia non fecit *a* ꝙ regula extendatur ad ea q̃ alias non facta exceptione sub regula cõprehensa nõ fuissent,ut est tex. no. in l.gñaliter.§.uxori,ubi Bar.ff de usufr.leg. † nam in legato gñali eorum q̃ in domo sunt non ueniũt uenialia d.l.gñali §.idẽ q̃sit.l.si chorus.§. 1.l.si ita legatũ.de leg.3. Si ergo testator legauit usumfructũ eorum q̃ in domo sunt,non ueniunt lanæ uenales q̃ in domo sunt,ut est casus in d.l.gñali.§.uxori,uñ exceptio ibi facta de argẽto, licet confirmet regulã. ut supra dictum est,non tñ ampliat, ut sub illo generali legatæ res uenales includant, q̃ alias in tali legato non comprehendebãtur. Et idem dicit Bar. ꝑ illum tex.in l.Luc.§ 1.ff.ad Treb. Floria.in l.mora.la 1.§ 1.per illum tex.ff.de usur.Et no. Abb.in c. in nostra.per illum tex. de sepul.cum sim.ut latè cõgerunt Moder.in d.c.qm̃ frequenter. Et ultra dicta ibi hoc tractat Signo.in cons.8.qõ proponitur. uer sic.secundo præmitto Immo.in cons 96.uisa Rom. in cons.106.supra allegat,& in consi,389.circa primum col.fin.Abb.in cons.20.casus in effectu.in fin, lib.2.& in cons.62. in controuersia.colum. 5.eod.li. 2.Aret.in cons.144.uisa col.2.Alex.in cons. 39. uiso statuto,colum.4.lib.4.& in cons.107 uisis col 3.lib. 5.And.Sicul.in cons.19.col.3.lib.1.& Maria. in cõs. 47.in princ.colum.2.& Corn.Perus.in cons. 57. placet lib.1.Et huius conclusionis ratio manifesta uidetur † quia exceptio facta est ad restringẽdum regulam,ideo illam ampliare non debet.l.legata inutiliter. ff.de leg.l.si mancipia.de fund.instr. 23 24

a Non facit. Alber.in l. fi. per illum tex sup. ad Treb. Ale. consi. 28.num. 2.lib.1. vbi dixi. Steph. de Fhed. de interpre. 2. pag n. 123 Dec. in rub. de prob. coll 9 cons. 379. col.2.

Et prædicta conclusio vera est,& procedit quãdo fuit facta exceptio de eo quod in regula cõtinetur, q̃a tunc exceptio satis operatur,quia regulã restrin
a git, prout loquĩt text.in d.l.gñali.§.vxori. secus *a* si exceptio facta sit de eo quod in regula non comprehendebatur:q̃a tunc ne exceptio superfluat & inutilis reddat̃,regulam ampliare intelligit̃ scd̃m quali-
25 tatem exceptionis:gratia exempli:† si cõstituo procuratorem generaliter ad oĩa,non veniunt illa,quę mandatum speciale requirunt.c.qui ad agendũ. de procur.in 6.sed si facio procuratorem ad omnia, nisi ꝙ iuramentum non possit deferre. Et sic excipio vnum casum in quo speciale mãdatum requiritur.
b Illa exceptio declarat regulam & ampliat, *b* vt oĩa alia includantur in quibus mandatũ speciale requiritur.Ita concludit Dominic.post Lap.in d.c.qui ad agendum.§.1.de procur.in 6.& sequitur Alex in l. fi.ff.quod quisque iur.Et dixi in c.consultationibus in fi.per illum tex.de offi.deleg.

Et ad hoc facit quod no.Alex.in consi.216.nec ar-
26 guendi.colum.8.in uers.10.considero.lib.2.† vbi inquit,quod qñ princeps excipit vnum casum in quo noluit tertio præiudicare, ex tali exceptione declaratur,& ampliatur intentio principis,ꝙ in alijs voluit tertio præiudicare.Ex quo infertur,quod in casu l.generali §.vxori.si facta fuisset exceptio de re venali quæ in tali legato alias non comprehẽditur,tñ virtute talis exceptionis regula generalis legati et ad res venales extenderetur, vt exceptio congrua sit & aliquid operetur.arg.l.si quando de leg.1.c. si Papa.de priuil.in 8.
27 † Et q̃a in dubio interpretatio debet fieri ut actus valeat l.quoties supra eo. Nec isto casu hẽt obstare, ꝙ exceptio non debet regulam ampliare,cum facta sit ad istum effectum,vt regula restringat̃,vt supradicebatur. Quia ex quo alias exceptio non valeret,
c *c* inducta ad diminutionem operant̃ argumẽtum, quando aliter dispositio non potest habere locũ l.

Pro-

a Secus hoc est falsum, & omnino destruit præce[...] sen[...]em cõclusionem verã. Est contra text. § vxori. vbi ar[...]g[...]ntũ erat de rebus q̃ alias non ven[...]ebant in generali legato, & si non fuisset exceptum, & tamen non ampliat ad rei qua non expressã excepta.

b Ampliat Idem Dec.c. cum dilecta.colum. 2. de confi. vel. l. ve[...] inutil las l.si in fi ff. quod quisque iur l. num[...] mis de in lit. iu[...] l.properandum col 3. nu.11.C.de iudic. facit Aretin.consf 30 col 4. Nico Euerard in loc.legal. loco ab excep. ad reg. Sed est falsum. & contrariũ melius tenuit Petr. de Ancn.in rub. de reg. iur. in 6. ad fi. Steph. de Pheder.e. vbi supra citatur.

c Valeret . Imò satis valet ad maiorẽ expressionem, iuxta l. quæ dubitationis infra eo.

Proculus.ff.de vsufr.l. denique. §.interdum. Et ibi Bart.ff.de pecu.leg.Et ista declaratio sanè procedere intelligitur,quãdo verba regulæ quę debent ampliari nõ repugnant:quia generalia sunt:& de sui natura comprehendunt exceptionē:ut patet in d.l. generali.§. vxori. & in quæstione in qua loquitur dom. Alexan.in locis supra alleg.

Secus † si verba regulæ repugnarent:quia tũc regula per exceptionē nullo modo ampliatur,sed potius exceptio inepta iudicat̃ & reijcitur: vt notab. tradit Paul. de Castr. in l. his ff. de legib. vbi dicit, ꝙ disponēte statuto quòd debeat solui gabella de omni instrumēto statuto cõtinente summã cētũ librarũ,excepto instrumēto procurationis.Et sic regula statuti loquitur de re æstimabili, & exceptio de re inæstimabili. Nã propter qualitatē exceptionis,regula statuti nõ extēditur ad instrumēta facta de reb.inæstimabilib.sed potius exceptio inepta rē putatur,secũdũ Paul.de Cast.quod ex eo videtur, quia verba regulę nõ cõueniunt,quæ pręcisè loquitur de rebus inæstimabilib. Et in simili casu idem tradit d.Ioã.Bap.de S.Seuer.in l.omnes populi,col. 76.in versic.15.quæritur.ff.de iusti.& iur. 28

Sed in casu d. l.generali. §. vxori. & in quæst. in qua doctor.& Alex.loquũtur in locis supra alleg. † verba regulę erant generalia,& secũdũ qualitatē exceptionis extensionē patiebantur.Et hoc modo varia Doct.d.cta adaptari & cõcordari possunt.Et secundum istã resolutionē dubia *a* videtur decis.Pet. de Anch.in c.2.de offi.vi.in 6.in versi.quęro, episcopus concessit.dicens,quòd si episcopus vicario concessit,&: possit omnia,quę potest ipse episcopus,excepta collatione beneficiorum, non tamen poterit alia quæ reseruata sunt episcopo.Et sequitur Aret. in consi.8.abundè satis in fin. Et Moder in d. cap. quoniam frequenter.in prin. 29

a Imò verissima.

Nã cũ exceptio facta sit de collatione beneficiorũ,quæ est de reseruatis episcopo.c. fin.de offi. vic. in 6.

in 6. talis exceptio videtur ampliare regulã ad omnia alia quæ reseruata sunt episcopo quæ uerba regulæ non repugnant sed coueniunt, dum dicitur, quòd omnia concessit per supradicta, secundũ Dominic.d.cap.qui agendũ. Nam quando verba coueniunt, & restringuntur propter verisimilem mentẽ disponentis: ut in dicto cap. qui ad agendũ. & in d.c.fin.de offic. vic. Et excipiatur casus, in quo requiratur specialis prouisio. Et tali exceptione appa ret de mẽte disponentis. Ideo verba generalia generaliter vt sonãt intelliguntur: nec tali casu regula

a ampliatur. Sed potius *a* dicendum est, quòd verba generaliter non restringuntur.

30 Et ex prædictis colligũtur tres cõclusiones. † Prima est ꝙ exceptio non ampliat regulã, quando est facta de eo ꝙ in regula continetur. d.l. generali. §. vxori, Secũda, ꝙ exceptio ampliat regulam, si facta fit de eo, quod in regula nõ cõtinetur, quãdo verba regulæ coueniant vt not. Dominic. in d. cap. qui ad agẽdũ. Tertia cõclusio, ꝙ si verba regulæ repugnãt, exceptio facta de eo quod in regula nõ comprehẽditur, nõ ampliat regulã, sed vitiatur, ut not. Paul.

31 de Castr. in d.l. in his. † Et ad supradicta notãdũ est, quòd nunquã regula virtute exceptionis ampliat, si correctio iuris sequeretur, vt est gl. in l. fin. ff. ꝙ quisque iur. quę ita intelligitur, secũdũ Alexan. ibi. Eodẽ modo si absurdum resultaret, vt not. Alex. in consi. 106. visis. col. 3. libro quinto.

Postremo nõ est omittẽdũ, quòd sicut regula limitatur nõ procedere in casibus exceptis vt supra dictũ est, pariter non habet locũ in casibus simil.

32 † quia exceptio facta in aliquib. casibus, ad similes

b *b* porrigitur. vt no. ꝑ gl. in l. i. C. de cõd. indeb. & no. Bal. per illũ tex. in c. post translationẽ. §. quanquam de renun. Et ad hoc allegatur tex. quẽ ibi Abb. põderauit. in c. cũ dilecta. de cõfir. vtil. vel inutil. Alex. tamẽ in l. si constante in prin. col. 6. ff. sol. mat. dicit ille tex. nõ est casus exceptuatus a regula, imo ꝓcedit

a Potius. Imò quia fateor ꝙ exceptio non restringit per se in alijs, sed dico per d. §. vxori. quod non facit quin generalitas restringatur prout alias per se restringitur.

b Similes. Ale. in conf. 8. nu. 5. lib. 4 Dec. cõsu rauit. colũ. 2. de prob. conf. 555. imo. conf. 7.

dit secundum regulam, vt hr in c.fi. de fid.instr. Sed replicari potest, ꝙ imo † renouatio priuilegij vel in- 33
strumenti vr specialis casus ex quo fieri non pōt sine causa d.c.fi. Et facit tex. in l. si quis ex argentarijs. §. pen. ff. de eden. & text. in d c. cum dilecta, expresse arguit a simili. Et Alex. ipse hoc modo arguit, allegando illum tex. in l. singularia. col. 3. in ver. ꝑterea. ff. si cer. pet. & in l. certi condictio. §. si nūmos col. 1. eod. tit. & in l. 1. col. 18. vers. iuxta prædicta quęritur supra de offi. eius.

† Et ꝓ vlteriori declaratione huius cōclusionis ha- 34
bemus cōsiderare duos casus. Primus est, in alijs exceptionib. q̄ ꝑ alia iura includunt. Et tūc clarū est, ꝙ illæ nō excludunt, etiā si exceptio facta sit taxatiue ꝑ dictionem tm̄, vel duntaxat: q.a ꝑ p hoc non tollūtur aliæ exceptiones comprehensæ per alia iura; q.a hoc mō alia iura corrigerent, qđ non est dicēdum, vt not. Bar. in l. 2. §. cum Titio. de adim. leg l. ob æs post glo. C. de præd. min. & in l. serui noīe. ff. de vsuc. & in l. si constante. in prin. col. 6. ff. sol. mat. Et idem tradit Ang in l. si hominē §. in ędilitijs. ff. de ædil. edict. & in l. Paul. §. hfs rogatus. vers. & hinc est. ff. de vsufr. & in l. ita nobis. C. de adul. Abb. in d. c. cū dilecta. col. 2. Ale. in l. 1. C. de contractab. & in l. 1. §. ꝑ seruum supra de acq. pos. Et hoc ēt habet locum si verba taxatiua essent geminata, vt no. tradit Alex. in cō si. 130. in causa. col. 3. vers. nec obstat. lib. 4.

† Secundus casus est, qn̄ aliæ exceptiones includun- 35
tur ꝑ alia iura. Sed q̄ritur, an exceptio facta in vno casu porrigat ad alium similem casum per viam extensionis. Et tunc si exceptio facta sit taxatiuè, non vr ꝙ ad alios casus extendatur, vt no. Bald. in d. l. ita nobis. col. 1. & in l. item videndum. §. fi. ff. de pet. hæ rc. & in l. 1. §. sed excipiūtur. in fi. ff. de ser. Et ad hoc faciunt quæ dixi in l. 1. supra de contractab. vbi conclusum fuit, ꝙ dictiones taxatiuæ, concludunt omnes alios casus de proprietate sermonis.

† Si verò exceptio facta sit simpliciter in alijs casib. 36
tunc

tunc videtur habere locum conclusio supra facta, & ad similes casus porrigatur. Et hoc tamen aliorũ postulare indaginem, quia pendet a profunda materia extensionis. Et talis conclusio procedit attento iure communi. Sed in statuto distinguitur, vt no. Abb. in c. ad audientiam, de cler. non resid. Et ex his prima reg. expedita sit.

Philippus Decius Valentiæ.

IN L. FOEMINAE.

Argumenta.

1 *Munera ciuilia eadem dicuntur, quæ & publica.*
2 *Officium ciuile genus quoddã dicitur, sub quo reliqua officia comprehenduntur.*
Mulieres deterioris sunt conditionis quàm viri.
3 *Mulieres iudicare non posse, moribus est inductum.*
4 *Mulier si consuetudo sineret, iudicis officio fungi posset.*
5 *Consuetudo a pari procedit cum statuto.*
Mulier principis indulgentia iudicare potest.
6 *Priuilegio principis induci põt quod & consuetudine.*
Mulier qua ratione magistratum nequeat gerere.
7 *Vxor radijs mariti illustris effecta, vocatur aliquando domina.*
Mulier naturalis tantum viro legitimo nupta, efficitur legitima.
8 *Abbatissa qualiter dignitatem cum administratione dicatur habere.*
9 *Fœmina quare prohibeatur postulare.*
10 *Postulare qui nequit, in camera consiliũ dare poterit.*
11 *Prohibitio qualem admittat interpretationem.*
Mulier p alio intercedere Velleiano Senatusc. vetatur.
12 *Statutum dictans neminem contra publicum instrumẽtum audiri, non includit mulierem.*
13 *Velleianum Senatusconsultum in quibus casibus locum non habeat.*
14 *Mulier procuratoris officio fungi nequit in iudicio. & nu. 15. & 16.*

17 *Compromissum in mulierē fieri haudquaquam potest.*
18 *Mulier quare tutrix esse nequeat.*
19 *Tutela quæ matri efficaciter competat.*
20 *Mulier filijs alienis tutrix dari nequit.*
21 *Mulier quo casu executoris officium suscipere possit.*
22 *Mulier nisi sit mater, bonis curatrix dari nequit.*
23 *Mulier tributorum exactrix esse non debet.*
Mulier ab argentarij officio repellenda est.
24 *Mulier in fiscum deferre non potest.*
25 *Mulier actionem popularem intentare non debet.*
Mulier in testamento testis esse prohibetur.
26 *Prohibitio quæ fit in testamento, an locum habeat in codicillis.*
27 *Mulier in testamento ad pias causas testis admittitur.*
28 *Testes in codicillis an debeant esse legitimi, quemadmodum in testamentis.*
29 *Testamētū militis probari debet probationib. legitimis.*
Mulier in testamento inter liberos testis admittitur, veluti in eo quòd fit ad pias causas.
30 *Probatio ordinaria quando exigi dicatur. & nu. 31.*
32 *Mulier in scriptura priuata testis reijcitur.*
33 *Mulier in causa criminali non pōt testificari. & nu. 34.*
35 *Mulieri in testimonium admissæ, minor fides habetur quam viro.*
Mulieri tunc creditur, cū aliter veritas erui nōn pōt.
36 *Mulier in feudis non admittitur vt testis.*
Mulieres in legibus aut statutis condendis interuenire nequeunt.
37 *Mulieres consuetudinem introducere non valent.*
38 *Mulier & si condendis legibus non adest, consilium tamen dare potest.*
Statutum quod mulier non contrahat sine propinquorum consensu, qualiter intelligendum.
39 *Mulier nec ad ordines promoueri, nec characterem recipere potest.*
40 *Monialis sacra vasa tāgere, & incensū adolere nō dēt.*
41 *Mulier neque docere, neque prædicare potest.*
42 *Mulier à rebus spiritualibus prohibita, ius patronatus habere*

habere potest in ecclesia.

43 *Mulier ob sexus fragilitatem conditionis reputatur deterioris.*

Quæstio a muliere veluti timidiore debet incipere.

44 *Mulier in dubio prius mortua præsumitur quam vir.*

45 *Statutum requirens alicuius auctoritatem vel consensum, non est de fœminis intelligendum.*

46 *Mulieres consilio sunt invalido.*

47 *Masculus præfertur mulieri cõcurrẽti in aliquo officio.*

48 *Masculus in deposito est mulieri præferendus.*

Mulier maritum lugere tenetur, non autem contra.

49 *Mulier filios in potestate habere non potest.*

Mulier pupillum substituere non potest.

50 *Mulier filio tutorem dare nequit.*

Mulier adoptare nequit circa beneficium principis.

51 *Mulier legitimare non potest.*

Mulier posthumum hæredem instituere nequit.

52 *Bonorum poss. contra tab. non datur in mulierem testã.*

Mulier viro subdita esse debet, non vir mulieri.

52 *Maritus vxorẽ corripere põt: non autem mulier virum.*

53 *Vindicta fœminis non competit.*

54 *Mulier maiore fulgere debet honestate, quam vir.*

Mulier non succedit in feudo.

55 *Masculi fœminis præferuntur in feudis, quo casu eadẽ possunt admitti.*

56 *Mulier multis casibus in feudis succedere potest.*

57 *Descendentes ex fœminis deterioris sunt conditionis, quàm qui ex masculis.*

58 *Beneficium principis latam recipit interpretationem.*

Descendentes ex fœminis quomodo dicantur de genere, & posteritate.

59 *Dispensationes & odiosa quæque aliquando latam interpretationem admittunt, sicut, & priuilegia.*

60 *Immunitas concessa posteris, etiam filiæ, nepti, & ex fœminis descendentibus conceduntur.*

61 *Concessio quæ fit alicui pro se & posteris, ad nomen familiæ referenda est.*

62 *Posteritatis nomine veniunt omnes descendentes.*

63 *Immunitas generaliter concessa vt ad posteros transmittatur durat succedentibus in perpetuum.*

64 *Familia pro agnatione sumitur quandoque.*

65 *Generis nomine veniunt omnes sexus vtriusque.*

66 *Descendentes ex fœminis etiam generis vocabulo comprehenduntur.*

67 *Mulier suos descendentes non reddit nobiles.*

68 *Liberi non matris, sed patrisfamiliam sequuntur.*

69 *Statutum à quo fieri, & consuetudo induci possit.*

70 *Mulieres quot casib. melioris sint conditionis, quã viri.*

71 *Mulier veniã ætatis citius ĩpetrare põt, quã masculus.*

72 *Mulier carcere includi non debet, & nu. 73.*

74 *Mulier pro administratione tutelæ obligata, potest carceri mancipari.*

Mulier ad virum inuita trahi potest.

75 *Mulier non semper comparere cogitur personaliter.*

Mulier in palatium intrare potest, non obstãte statuto.

76 *Mulier in diuisione facta optionem habet.*

77 *Mulier non tenetur statuto loquente de bannitis.*

Legatum factum monasterio, censetur in dubio factum monialibus.

78 *Fœminæ non puniuntur ob crimen læsæ maiest. a patre commissum.*

79 *Mulier prægnans quibus gaudeat prærogatiuis.*

80 *Mulier pro excommunicatione non tenetur Romam accedere.*

Mulier ob minorem metum excusatur quàm vir.

82 *Mulieres ob dotem varia habent priuilegia.*

Mulier a muneribus corporalibus excusatur.

82 *Mulieri potius quàm masculo subuenitur ratione fragilitatis sexus.*

83 *Filia nupta non gaudet priuilegio concesso patri, & filijs, & filiabus, & nu. 85.*

84 *Filia nupta originem & familiam patris retinet.*

86 *Mulier in multis casibus a pari procedit cum masculo.*

87 *Mulier qua potiatur prærogatiua vltra masculos.*

88 *Statutum pœnale locum habere potest aliquãdo in muliere,*

liere, & nu. 89.

90 *Masculinum regulariter fœmininum continet.*

91 *Mulier non debet a masculo differre.*

92 *Statutum propinquorum requirens consensum, non est de fœminarum consensu intelligendum.*

93 *Fœmininum de sermonis proprietate nō concipitur per masculinum.*

94 *Homo intelligitur, cum ab aliquo, si quis, profertur.*

95 *Indefinita de rigore sermonis nō æquipollet vniuersali.*

96 *Homo dictio, simpliciter prolata, differt ab et quod profertur, si quis homo.*

97 *Masculinum appellatiue prolatum, differt ab eo quod proprie profertur.*

98 *Masculinum non continet fœmininum, cum constat aliter voluisse disponentem.*

99 *Neptis nō p̄sumitur melioris esse cōditionis quàm filia.*

100 *Voluntas testatoris ex ipsius qualitate coniecturam præbet.*

101 *Masculinum non concipit fœmininum, vbi mentio vtriusque sexus distincte facta est.*

Masculinum non concipit fœmininum, si verba ad literam sint intelligenda.

103 *Masculinum includit fœmininum in vltimis voluntatibus. & nu. 105.*

Cōditio, si sine filijs decesserit, intelligitur ēt de filiabus.

104 *Ecclesia substituta an excludatur stante filia.*

106 *Masculinum in contractibus non continet fœmininū, & nu. 108.*

107 *Mulier in contractibus venit liberorum appellatione.*

109 *Masculinum in legatis an concipiat fœmininum.*

110 *Contractus est strictam recipiunt interpretationem, non tamen perinde ac si materia foret odiosa.*

111 *Respublica ferè omnibus fauorabilis est.*

112 *Pœnæ vt plurimum fauore reipublicæ infligi solent.*

113 *Masculinum non concipit fœmininum, lege per modū qualitatis de masculo loquente.*

114 *Masculinum non includit fœmininum in materia correctoria.*

115 *Masculinum in statutis non comprehendit fœmininũ, & num.116.117.*
118 *Masculinum in priuilegijs quãdo concipiat fœmininũ.*
119 *Masculinũ an et in rescriptis cõcipere possit fœmininũ.*
120 *Masculinum quãdo in sentẽtia fœmininum includat.*
121 *Masculinum in materia officiorum, an comprehendat fœmininum.*
122 *Soror an iure communi veniat fratris appellatione.*
123 *Soror in statuto odioso non venit fratris vocabulo.*
124 *Soror in dispositione legis, & testatoris comprehẽditur nomine fratris.*
125 *Coniunctorum nomine venit sexus vterque. Propinquorũ appellatione includitur sexus vterque.*
126 *Posterorum vocabulo qui contineantur. Matertera non venit nomine auunculi.*
127 *Fœmininum concipere masculinum, naturæ repugnat.*
128 *Pœna pro fœminis inuenta, non est masculis infligẽda.*
129 *Masculus nomine personæ, ferè semper includitur.*

REGVLA II. VLPIANVS.

FOeminæ ab omnibus officijs ciuilibus, vel publicis remotæ sunt: & ideo nec iudices esse possunt, nec magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio interuenire, nec procuratores existere.

ISTA regula diuiditur in duas partes. In prima Iurisconsultus ponit dictum generale. In secunda, illationem facit, Secunda incipit ibi, & ideo. Et quia regula breuiter loquitur, alio summario nõ indiget.

In tex. ibi ciuilibus uel publicis. † Pro eodem accipiuntur ciuilia munera & publica. l. fi. §. hæc omnia. ff. de mun. & hon. ibi ciuilia seu publica appellantur. Et per illum tex. ita dicit Alex. in cons. 213. circa primũ. col. 2. li. 5. Et ideo tex. in l. 2. ff. ad Velle. simpliciter dicit, quod ciuilia officia adẽpta sunt 1

fœmi-

fœminis. In contrarium tamen videtur tex.hic, vbi tex.illationẽ facit primo ad officia publica: deinde ad priuata, prout est officiũ procuratoris, de quo
2 loquitur. † Et ideo dicendum videtur, quod ciuile officium dicatur genus, & sub eo comprehendatur quodlibet officium, siue publicum siue priuatũ, vt colligitur.in d.l.1.ff.ad Vellei.& in l.1.& in.l.1.cũ glo.in verb.ciuilia.C. de profes. & medi.lib.10. Et facit tex.in l.j.ff.de mu.& hon.& in l.ei qui.§.quãuis.& in l.munerũ.in prin. eod.tit.Et quãdoq; reperitur qđ distinctè dicatur de officijs ciuilibus & publicis, illa copula, &, ponitur tanquã inter genus & speciẽ, vt in rub.C.de serui.& aqua.& hoc modo intelligit text.hic, & in l.medicos.C de profes.& med. lib.10. ibi, ciuilibus vel publicis.

Et ista regula more aliarum ex pluribus casibus
a *a* particularibus colligitur, in quibus deterior videtur cõditio mulierum quam masculorum, vt dicitur in l.multis.ff.de statu homi. Nã aliqui ponũtur hic, & quam plures alij vtiliter applicari possunt.
3 Nam primo hic dicitur, quod † mulier iudicare
b nõ potest.*b* Et hoc moribus introductũ est, vt dicit tex.in l.cũ prætor.§.fi.sup.de iud. & 3.q.7.in c.tria. in princ.& 33.q.4.in c.mulierem, in fin.

Et hoc verum intelligitur, nisi iure hæreditario hoc sibi cõpeteret, quia tunc iudicare & iurisdictio nẽ exercere potest, vt inquit Ang.hic, & in d.l. cum prætor.§.fin.ubi refert vidisse Reginã Ioannã sedẽtẽ in solio regali, & sententiam proferentem contra illos de Balso. Et not.Innoc.& Abb.post alios in cap.dilecti.de arb.& idem Abb.in cap. significauit. de rescript.in c.dilecta de maio.& obed. Alex.in cõ
c sil.1.col.6.lib 5.c.
4 † Secundo hoc procedit, nisi consuetudo esset in contrariũ, quia virtute cõsuetudinis mulier iudicare potest, vt probatur, in d.c.dilecti.de arb.& not.p gl.fin.cũ deuotissimam.12.q.2.& 15.q.3.in §.1.in

a Casibus Vide Spec. tit.de procur. in priñ. vbi ponit 37 casus, in quib. mulier est deterioris cõditionis quã masculus. H.C.

b Non põt Ratio prohibitionis est, non quia sint incapaces, sed propter honestatem, vt tenet Abb.c dilecti.de arbi.2 colum.& gl. l.1 §. sextum. ff d: postul Hier Cnuc. Adde. An fœminæ possint habẽre dignitatẽ, & esse iudices, & exercere magistratũ latissime Ces.Lamberti. in tract. de iure patron.in 1,part.1. lib.in 2.art.7. q. princ. nu.1. cum seq.Io Bapt z.l.

c Lib. 5 & consi. 42.nu 12 eo.lib. Dec. consil. 32. nu 6.

verſ.mulieres.Et not.Bal.in l.fi.in prin.C. de arb.& in l.de quibus ſup.de legi.

Abb. tamē videtur hoc limitare in d. ca. dilecti, in 3.notabili,vt ſolū habeat locū in mulieribus habentibus dignitatē,prout tex. ibi loquitur. Et idē videtur ſentire gl. fi. in c. noua.de pœ. & rem.in fi. dū inquit, niſi forte aliqua nobilis hoc habeat ex conſuetudine.

Sed tamen idem dicendum eſt in quacūque muliere,quia moribus,& cōſuetudine talis prohibitio inducta eſt. ut dicitur in d.l,cum prætor.§.fin.& in d.§.quamuis.3.q 7.Ergo videtur quod cōtraria cōſuetudine *a* tolli poſſit.vt in ſimili caſu arguit Bal. per illum text.ibi , morib.in l. 1.in prin. ſupra de vulg.& pup.Et idem Ang.per illum text.in l.more ſupra de acquir.hæred.

a Conſuetudine. Idem tenet Barb.c.cum contingat. de foro comp. col. 2. in Hier. Cuch.

Et ex ista communi opi. confunditur quod dicunt Mod.Papien.uidelicet Ias.in l.si quis id quod.col.4. ff.de iur.om.iud.quòd si testator reliquit fundum Titio & filijs successiue,& non stantibns filijs substituit ecclesiam.quòd ecclesia non excluditur stāte filia:quia ecclesia substituta tollit præsumptionē filiorum de qua in l.cum auus.ff. de cond. & demō. & l.cum acutissimi.ff.de fideic.ut tradit Pe.de Anc. in cons.46. prima facie.nam talis decisio quam ponunt Mod.in d.l.si id quod fundata in præal.consil. Pe.de Anc.non est uera, quia est contra communē opin.quæ habet,quòd in vltimis voluntatibus masculinum concipit fœmininum,vt supra dictū est.

Non obstat dictum Pet.de Anch.quia ad propositum non bene adapatur:quia fauor ecclesiæ ita excluderet masculos,sicut fœminas, in casu in quo loquitur.Pet.de Anch.

Propterea cōtrarium eius quod dicit Pet.de Anc. tenet Bald.in d.l.cum acutissimi.† quòd illa lex et 104 iam habet locum ecclesia substituta,de quo dicēdū est,ut late Soc.scribit.in d.l.cum auus. in 6. char. in uer.secundum correlarium.

† Et prædicta cōclusio, quòd in vltimis volun- 105 tatibus masculinum cōcipiat fœmininum, ꝓcedit in materia fauorabili. Secus est in materia odiosa;pura si facta sit exhæredatio de filio nō habēte locū in filia.l.j.§. sed si incertū.ff.de ven.in pos.mit.& not.Bart.in d.l.1.de uer.sig.Et isto casu verificari potest quod dicit glo.in cap.generali.de elec.in 6. qđ in fauorabilibus masculinum concipit fœmininū.

&

& non in odiosis. Et ita simpliciter etiam Bald. dicit in consilio.216.præmissis verbis.colum. fin.lib. 5.& Cuman.in cons.166.uisa.

Sed tamen aduertendum est, quia text. in d.l. 1. de uent.in poss.mit.uidetur qui loqui quando verba masculini generis geminata sunt, vt colligitur ibi, si mihi filius unus nascatur. Quo casu dici potest, quòd illa verborum geminatio hoc operetur: quia uerba geminata præcisam ostendunt voluntatem disponentis, ut no.Bal per illum tex.in c.cum te.de rescri.

Vel secundo respondderi potest.quòd ille tex.videtur loqui in casu claro, quando constabat de voluntate testatoris, quòd noluisset filiã exhæredare, sed solum filium,& tunc bene adaptatur casus de quo ibi loquitur; quia incertum est nascatur filius, uel filia. Et licet hoc modo tex. cauillari possit, negari tamen non potest quin in d.l.1. §. sed. & si incertũ, pro cõstanti præsupponatur, quòd exhęredato filio non sit filia exheredata,& sic bene probatur ibi cõmunis opi. quia materia odiosa est. Et facit tex. in l.2.in l.cum quidam de li.& posth.

106 †In secuuda quæstione communis est opinio, a quòd in contractibus a masculinum non concipiat fœmininum, unde si quis recipit in emphyteusim fundum pro se & filijs, non veniunt fœminæ, ut uoluit Guid. de Suza. in l. veterib.per illum tex.ff.de pact.quia uerba interpretantur conrra illum, qui illa protulit. Et idem tenet Archid.17.q.4.in c.si quis suadente.cum simi.vt Alex.tradit in consi.61.super eodem.lib.1.& cons.113.uiso instrumento.lib. 2.& in cons.204.cõsideratis uerbis.co.li.2.& dixi in c.in præsentia.de prob.col.17.& idem tenet Imo.in consi.37.in casu præmisso.& Cuma.in consi.167.ubi dicit hoc præsertim ꝓcedere in cõtractu stricti iuris.

a Cõtractibus. Latè Andr. Tiraqu. in tractat. retract proxi §. 1.glo.9.nu 22,

Et quod dictum est etiam sequitur Rom. in cõs. 35.visa facti serie. & Corn.Perus.in consi.74.de duobus.col.fi.lib.1.& in consi.171.post reditum, consi. col.

col. fi. 3. & in conſ.233.in hac conſultatione lib. 4.
† Prædicta concluſio habet locum quãdo in cõ 107
tractu dicitur de filiis: ſecus ſi dicatur de liberis, q̃a tunc etiam in contractibus fęminæ includuntur: vt not. Bal. per illum tex. in l. ſed ſi hac, §. liberos. ff. de in ius voc. Pet. de Anch in conſ. 125. viſis. Alex. in d. §. liberos. & in conſ. 80. viſo lib. 1.

Sed tamen talis differentia non videtur procedere ſine dubio: quia ratio dictæ l. ueteribus. ff. de pact. et videtur militare in liberis: quia ſicut appellatione liberorum ueniunt fęminæ cum maſculis. l. ſed ſi hac. §. liberos, & in fin. ff. de cenſi. & in l. cognoſcere, §. liberorum. ff. de verb. ſig. Eodem modo appellatione filiorum ueniunt filiæ, ut ſupra dictum eſt. Et tamen in contractibus non ueniunt, per d. l. veteribus: quæ quidem etiam uidentur militare in liberis: nam etiam quandoque appellatione liberorum non ueniunt fęminæ l. libe ros. ff. de ſenat. unde concludendum videtur, ut infra dicam.

Secundo, concluſio ſupra facta in cõtractibus nõ habere locum quando abſurdum ſequeretur, ſi fęminæ in contractu non includerentur, vt Alex. declarat in d. l. ſed ſi hac. §. liberos. & in conſi. 16. ſuper eo. lib. 1. ſupra allega. & ibi reſpondet ad illum text. in §. liberos.

Tertio, prædicta concluſio non uidetur habere cum in donatione, quæ late debet interpretari. c. cum dilecti. de don.

Et ad hoc allego decif. Ang. in conſ. 142. ſuper primo, in fin. Card. in conſil. 64. quòd verba, & dixi in conſ. 32.

† Poſtremò aduertẽdũ vr̃, quia licet cõis ſit opi. 108
ꝗ in contractibus maſculinum non concipiat fęminium, ut patet ex ſupradictis tamen iſta opi. non ꝓbatur iure: quia reg. l. veteribus, dicit, ꝗ in re obſcura & ambigua interp̃tatio fit cõtra uenditorẽ, & cõtra locatorem, qui apertius potuit legem dicere.

Sed

Sed hoc in isto casu non uidetur adaptari: quia nõ uidetur obscurum nec ambiguum, quando dicitur de filijs quin cõprehendatur filiae: quia hoc semper habet locum, quòd masculinum cõcipit femininũ., d.l. qui duos. de leg. 3. Et cũ ista sit regula, res clara & certa dicitur pro eo qui fundatur in regula: ut no. Bar. in l. quoties. ff. si quis cau. Et quia hoc est in ultima uoluntate, ut sup. dictum est, ergo pariter idem uidetur esse in contractibus: quia ratio diuersitatis efficaciter reddi non potest. Nec ualet ratio Alex. in d. cons. 61. dum inquit, quod in ultimis uoluntatibus sit larga interpretatio. l. in testamentis. ff. de reg. iur. quia illa reg. non habet locum in legatis, in quibus attenditur quod minimum est. l.

109 nummis. de lega. 3. l. apud Iul. §. Scio. de legat. 1. Et tamen in legatis masculinum concipit femininum. d. l. qui duos. & l. serius. Ergo non uidetur obscurum legatum, quando masculinum concipit femininum. Ergo. l. ueteribus. non uidetur habere locum in tali casu.

Et ad hoc facit quòd Doct. dicunt de liberis: nã idem uidetur dicẽdum de filijs, ex quo ratio diuersitatis assignari non potest, ut supra dictum est. Et quia etiã materia odiosa, ut infra uidebimus in dispositione. l. masculinum cõcipit femininũ si quis id quod. ff. de iurisd. omnium iud. Ergo idem in cõ

110 tractibus uidetur. † in quibus licet debeat fieri stricta interpretatio l. quicquid astringendae. de uer. obli. nõ tamẽ uerba contractus magis restringi debent, quàm si materia esset odiosa. Et de hoc aliquid dicit Corn. Perus. in cons. 177. circa quod. lib. 4. & cons. 283. lib. 4. supra allegato.

Tertia est quaestio in dispositione legali, in qua communiter omnes tenent, quòd regula habet locum; si lex loquitur de eo, etiam in ea intelligitur. l. 1. ff. de constit. pecul. l. 3. in prin. ff. de neg. gest. Et hoc etiam procedit in materia odiosa, & pena[a] li, ut dici. Cy. post Odof. in l. quicũq;. C. de ser. fug.

a Pœnali. And Tiraq trac. Retract. §. j. gl. 11. nu. 211 Sed uide Alexã. consil. 13. nu. 7. lib. 5.

Et

Et idem dicit Alb. per illũ te. in l. si quis id quod. ff. de iur. om. iud. & ibi etiam allegat tex. in l. ait diuus. ff de iure fisci ubi uerbum quicunque masculum & fœminam continet: & idẽ est in uer. si quis. l. j. ff. de uerbor. signifi. & not. per gloss. in cap. generali. in uer. uniuersos. de elect. in 6. & facit tex. in l. si quis in tantam. cum gl. fin. in prin. C. vnde vi. & in cap. si quis suadente. 17. q. 4. iuncto cap. mulieres. de sent. excom. & in l. si quis maior. C. de transact. cum gl. in l. proponas. eo. tit. & in clem. 1. cum glo. in uerb. eos. de sepul. Et ex his uerificatur quod nota. Ang. in consi. 289. uiso testamento. ubi inquit, quòd quando masculinum profertur à lege, semper concipit fœmininum. alleg. Io. And. 9. c. fi. de elect. in 6.

Non ommitto tamen, ꝙ in casu l. si quis id quod non uidetur materia odiosa: quia interest reipublicæ quod delicta puniãtur. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. c. vt famæ. de sent. exc. † Et quãdo tractatur de interesse reipublicę, materia reputatur fauorabilis. & extẽsio fit ẽt in materia pœnali. ut not. Bar. in l. quemadmodum. C. de agric. & censi. lib. 11. 111

Et ita dicit Cor. Perus. in consi. 133. lib. 4. supra allega. Et idem dicunt Moder. in l. si quis id quod.

Sed respõdetur, quòd illud uerũ est quando delictum remaneret impunitũ: alias secus, ut declarat Bar. in l. 2. §. exercitium. ff. de his qui no. infa.

† Secũdo potest respõderi, quòd in pœnis causa immediata est fauor reipublicæ. Et causa immediata attenditur, quæ principalis est. Et ita respondet Soc. l. j. in prin. col. fi. de ver. oblig. alleg. Bal. in l. fi. C. de interdi. matrimo. 112

Prædicta conclusio limitatur, primo ut ꝓcedat in materia indifferenti, secus si materia penitus nõ conueniret fœminis: ut in isto casu Domi. dicit in d. cap. generali. cum simi. ut dixi supra in princ. nã ista limitatio semper intelligitur per quę supradicta sunt.

Secun-

Secundo ista conclusio habet locum, ut dictum est, etiam in materia odiosa. Et hoc intelligitur in odio rationali. secus est in odio irrationali, prout est quando unus pro alio ponitur: quia tunc masculinum non concipit fœmininum, ut no. Barto. in d. l. j. ff. de uer. sig. pen. l. quisquis. C. ad legem Iul. maiest. & Domi. in d. cap. generaliter. Aret. in consi. 29. in facto. & facit quod no. Bal. in l. quicunque col. 3. in ver. sed pone statuto. C. de ser. fug. ubi inquit, si filij bannitorum non possunt morari in ciuitate, hoc statutum non intelligitur de fœminis.

Sed tamē aduertendum est, quia text. in d. l. quisquis, per quam mouētur Docto. ad ita dicendum, etiam uidetur fœminas includere. Sed ex dispensatione excipiuntur: quia Imperator vlterius ita declarando processit.

Secundo in d. l. quisquis. nō ueniūt fœminę alia ratione, quia est facta ibi distinctio de masculis, & de fœminis. & ita illū tex. intelligit Bal. in d. l. quicunque. col. 3. de ser. fugi. & facit quòd not. idē Bal. in l. multis. supra de statu homi. & supra dictū fuit.

Tertiò, etiā dici potest, quòd in dicta l. quisquis. materia non ita conueniebat fœminis, sicut masculis, quia in fœminis nō est tanta audacia, ut no. Bal. in l. quicunque. col. 3.

113 † Tertia conclusio supra facta non habet locū, quando lex de masculo loquitur per modum qualitatis: ut quia dicat, religiosus vel medicus, nam tali casu masculinum non concipit fœminium, ut no. Dominic. in d. c. generali. per tex. in cle. eos. ubi Car. in fi. idem tenet. de consang. & affin. per illū tex. ibi, religiosos. & moniales. ad idem tex. in c. quoniā. §. hoc etiā de simo. ubi similiter fit specialis nominatio de monialibus, & monachis. ad idem facit text. 27. q. 1. in c. impudicas. & sequitur Alex. in cōs. 135. circa primum. col. pen. lib. j. & Barth. Veron. in cons. 26. magnifice & generose.

Sed

Sed tamen ista limitatio non videtur procedere sine dubio: quia si materia ita conueniat mulieribus sicut religiosis: idē *a* dicendum videtur: vt no: Car. in cle.j. in 5.q.de rescri. Et certè nō videtur differentia in nomine appellatiuo, cuius qualitatis, vel alio nomine. Et ad hoc facit text. in l.quicūque. C.de ser.fugi. vbi quod dicit de seruo fugitiuo etiā videtur habere locum in fugitiua, & tamen est nomen qualificatum, & ita tenendū videtur. † Quarta conclusio supra facta non habet locum in materia correctoria, *b* quia masculinum non concipit fœmininum, vt not. Alex. *c* in l.Gallus in princ. col.6. de lib. & posthu. 14

a Idem. Et bene.

b Correctoria. Ias. tenet contra. l. si quis id. col. 2. de iurisd. omn. iud. H. C.

c Alex. Idem Corn. consil. 13. consil. 14. lib. 2.

Postremò etiam aduertendum est, quia licet secundum communem opin. supra dictum sit, quòd in dispositione legis, etiam in materia odiosa masculinum concipiat fœmininum, hoc efficaciter nō probatur in materia odiosa, quia tex. in l.si quis id quod.cum simil. supra alleg. non loquitur in masculino præcisè, sed in termino communi, quando dicitur, si quis, quia de homine intelligitur, vt not. Bald. in dicta l.1.de verbo. sign. Et hoc tenendo dictū Bart quod communiter approbatur, licet aliud suprà dictum sit. Et in contrarium facit, quia ex quo propriè masculinum non concipit fœmininum vt supra dictum est, hoc non deberet habere locum in materia odiosa, quæ debet strictè interpretari. l.cum quidam de liberis & posthu. & in regula, odiosa. de regu. iuris. in 6. Et ad hoc facit illa distinctio cōmunis, quod in fauorabilibus masculinum comprehendat fœmininum, non in odiosis: vt not. per glo. in d.c, generali. cum si. supra alleg. & facit text. in d.l.1.§. sed si incertum. de vētre in possi. mitten.

† Quarto, quæritur, quid in statutis? Et videtur dicendum, quòd etiam *d* masculinum comprehendat fœmininū, vt no. Bart. in l.intra. in fi.ff. de legi. cum simu. vt tradit Alex. in l. si cōstāte.§.fi.col.fi.ff. solu. 15

d Etiam Bart. cons. 376 lib.1. And. Tiraq. tracta. retract. §.1. gl.9. num. 229 Lud. Gomes in reg. Cancel. de infir. resignant §.6.

ſolu.mat.& notat Barto.in l 1.in fin.ff.de pecul.ubi abſolutè dicit, quòd ſi ſtatutum loquatur in materia indifferenti, maſculinum concipiat fœmininum, & ſequitur Aret.in conſi. copiosè & eleganter col. 1. & idem not. Bal. in conſi.47. factum tale. lib. 5. Et ideo ſtatutum de primogenito habet locum in primogento. *a* ut not. Bal. in l. in multis.ff.de ſtatu ho. & ſequitur Roma. in conſilio 98. quo ad id, circa fin. & idem Fulgoſ. in conſ.104.uiſis.

a Primogenita. ſi tamen conſtet eandem omnino eſſe rationē: alias non.

16 † In contrarium tamen facit, quia in ſtatuto ſaltem odioſo quod ſtrictè debet interpretari, nō videtur quòd maſculinum concipiat fœmininū. Et ita in ſtatuto pœnali arguit Alex.in cōſi. 135.lib. 1.ſupra alleg.Et idem Bart.Veron.in conſi.26.ſupra allega.& idem in ſtatuto tradit Alex. *b* in conſi. 24. animaduerſis his.col.antepe.lib.2. ubi cōcludit, ꝙ ſtatutum de habitatore nō habet locum in muliere habitatrice.& idem Alex.in conſi. 28. & præclarè & ſubtiliter.col.3.lib.3.concludit, quòd ſtatutum contra ius commune, quod loquitur in filio familias, nō habet locum in filia: ut not.Cor.Peruſ. in conſi. 14.in præſenti. lib.2.

b Alex. Sed in d. conſiliis eſt diuerſa ratio.

117 † Dominic.in d.c.generali.colum.2.diſtinguit, quòd ſi maſculinum profertur à ſtatuto ſub termino cōmuni.idē eſt quod in diſpoſitione legis, quia maſculinum concipit fœmininum. Si verò ſtatutū præcisè in nomine maſculino loquitur in materia exorbitanti, maſculinum non cōprehendit fœmininum: ſecus ſi in materia fauorabili. Vnde infert, ꝙ ſi ſtatutum excludit matrem, ut non ſuccedat filio, non habebit locum in filia. Et ad hoc facit quod no. Bal.in l.quicunque col.3.in uerſi.ſed ponetur. C.de ſer.fug.ubi inquit, quòd ſi ſtatuto cauetur, quod filij bannitorum de ciuitate expellantur, nō habet locum in fœminis, quia in illis eſt minor audacia, & ſtatutū de adultero, non habet locum in adultera, ut not.Bal.in conſi.6.factum tale eſt.lib.5.in fi.

Quintò,†videndũ est de priuileg. Et Bal. in c. ad audientiam. el j. col. fi. ver. quæro nũquid, de rescrip. dicit; quòd vsu veterum masculinum concipit fœmininum etiam in priuilegiis: & idem Domin. in d. c. generali. col. 3. in ver. 3. casu. vbi infert, quòd priuilegium immunitatis concessum alicui ex filiis, etiam filiabus competit. 118

Et ad hoc facit tex. in l. 1. §. fi. de imm. vbi excipiũtur descendentes & fœminis, non autem fœminę. Et per hoc videtur dubitandum de eo, quod voluit Signo. in cons. 130. in q. vbi inquit, quòd priuilegiũ legitimandi filios datum alicui, non intelligitur de filiabus. *a* Nam opin: communis videtur in contrarium: quia etiam in priuilegiis masculinum cõcipit fœmininũ. Et contra Signor: facit: quia potestas legitimãdi est fauorabilis, & latè debet interpretari: vt no. Io. Andr. in c. fi. de simo. per illum text. & Abb. ibi post alios sequitur. & idem. Oldr. dicit in cons. 152. factum tale est in prin. & Dominic. in cap. quamuis. el 2. de præb.

Et ad prædicta notandum est, quod tradit Corn. Perus. in consil. 177. circa quod. lib. 4. & quod not. Fulg. in consi. 121. supposita. vbi in mandato Papæ de charitatiuo subsidio moniales includũtur. & Card. consil. 135. puto. & Dominic. in c. ne aliqui. de priuileg. in 6.

Sextò,†idem est in rescriptis: vt no. Arch. in d. c. si quis 17. q. 4. vnde sub illa clausula, & quidam alij, etiam fœmina comprehenditur: vt no. Spec. in tit. de rescrip. præsenta. §. fi. versi. sed quæritur vtrum. col. 1. in fi. Imo. in l. si ita scriptum. de leg. 2. & Dom. in d. c. generali. col. 3. versi. quarto casu. & no. in cap. significauit. de rescript. vbi Abba. hoc tenet: quia rescriptum est modici præiudicij. de quo ibi latè insistit And. Sicul. col. 4. 119

Septimò,†idem in sententia in verbis iudicis: vt notat Arch. in d. c. si quis. 17. q. 4. Et illud dictũ Alex. extẽditur etiam ad verba arbitr. in cons. 1. col. 6. li. 5. 120

a Filiabus. Qđ verum, puto, quia non est tanta tõ in fœminis, & priuilegiũ exorbitat; & est originaliter decisio Signo. cons. 184. in qõ. vertente inter durantem, quod ad verbũ refert, & sequitur præpo. in c. per venerabilẽ. §. quod vero. nume. 125. qui fil. sint leg. Item tenet Sign. consil. 219. factum sic se habet. col. pen. nu. 15. Curt. senior col. fin. Hippol. Marsil. sing. 536. & ita tenendu est: licet Dec. hic, & Ias. in l. si quis id quod. col. 2. de iurisd. omn. iu. dubitet. sed ipse Dec. postea maturius cogitans & plenius examinans, in cõsil. 453. secutus est opin. Signo. sol. & bene.

Sed

a Sed tamen *a* de sententia dubitari potest, quia est stricti iuris: vt not. Inn. in d. l. si ita scriptum. de leg. 2. Et confirmatur, quia ex verbis sententiæ plus inferri non debet, quam ex his non inferatur. Bart. in l. Iulianus. col. 4. ff. de condic. indeb. & Fulg. in consilio 140. præsuppositis. in 2. dubio. & dixi in cōs. 43. circa fi. Et de hoc etiam no. Alex. in d. consi. 1. col. 6.

a tamen. Imol. idem.

121 Octauò † quid in officiis? Bal. in cap. ad audientiam. el primo, circa fin. vers. sanè in officiis. de rescript. tenet quod non. vnde infert, quod si quis in testamento dedit executores fratres suos, non intelligitur de sororibus, quia fœmina inualidum habet consilium.

Et ex tali ratione videtur, quod dictū de officiis procedat in materia differenti, prout regulariter est in officiis, vt in hac l. fœminæ.

122 Nonò † specialiter dubitatur, an appellatione fratris, soror includatur de iure cōmuni? Hoc clarum videtur in dispositione legis: quia iura hoc expressè dicunt. l. tres fratres. ff. de pact. vbi glo. & in l. Lucius. §. quæsitum. de leg. 3. & in l. Lucius. in prin. vbi gl. ff. famil. ercis. & in l. Lucius. §. Mæuia. el 2. ff. ad Treb. & not. Fulg. in consil. 71.

Et hoc procedit etiam si verbum, fratres, ab homine proferatur, vt not. Ang. in d. l. tres fratres. in d. §. quæsitum. & in d. §. Mæuia. & sequitur Alex. in cōsil. 8. animaduersis col. 2. lib. 4. Et Paul. de Cast. in d. l. fratres. vbi ipse distinguit, an proferatur in numero plurali vel singulari.

Sed magna dubitatio est, an hoc habet locum in statuto? Petr. de Anch. in cap. 1. de constit. quem refert Alex. in d. consi. 85. † tenet quòd non, in statu-
123
b to odioso. & idem Pau. *b* de Cast. in consi. 240. hæreditas prædicta. quem refert Fran. de Cur. in consi. 9. Et concludit Pau. de Cast. in d. consi. quòd statutum excludens sororem à successione fratris, non habet locum in successione sororis. & idem tradit Bened. Cap. in consil. 62. cum viso. circa fin. qui tenet quòd

b Pau. Quod est est consil. 119. li. 1. secundum nouam impressionem, & placet in exorbitanti, alias secus. adde Alex. consil. 45. lib. 7. Socin. in rubric. in 12. ff. de acq. poss. Alber. in 1. par. stat. q. 168. Dec. in fi. ..., eo. l. secundum naturam. in fi.

non,quia non propriè masculinum cõcipit fœmininum: Et quia sunt diuersa nomina, frater & soror, non est idem sicut est.in filio & filia. Et hoc idem in casu substitutionis not.Fulg.in cõsi.34.domina Catherina:quia non propriè masculinum concipit fœmininum, ideo appellatione fratrum non veniunt sorores. Et idem in statuto exorbitante tenet Corn. Perus.in consil.94. circa princ.lib.2.in prin.

a In contrariũ. vide Hippo. de Mar. in suis singul 39 incip.captas vnũ de pane lucrando. vbi allegat plura eõ ulia doctorũ tenentiũ hanc partem.H C.

In contrariũ *a* autem est decisio Bald.in consi.47. a factum tale:in verbo, dubitatur. lib. 5. vbi inquit, † quod in dispositione legis & testatoris appellatione fratris soror comprehenditur: Et idẽ dicit in statuto si eadem ratio sit.& idem tradit Alex.in consil. 85. animaduersis. colum.2.lib.4. supra alleg. & latè Franc.de Curt. in consi.9. Ticinensi statuto: & Lud. Bologni.in consi.60. tota difficultas videtur in perscrutando, an sit eadem ratio in sorore quę est in fratre.Nam vbi esset diuersa ratio,allegata suprà in contrarium procederent,& exemplum habetur per Alex.in consi.15. viso testamento. lib.4. 124

b Cõiũctorum. Sed non appellatione consanguineorum, vt vult Alex.consil. 153. consil. 181. in fi. lib. 7.

† Decimo notandum est de quibusdam verbis 125 specialiter. Nam appellatione coniunctorum *b* vterque sexus comprehenditur etiam de proprietate sermonis: Alexan. in consil.15.circa dubitationem col.fi.lib.2. b

Idem est appellatione propinquorum:Bal.in cõs. 334.in q.lib.3. Idem est appellatione proximorum. vt not.Ang.in consi.289. viso facto. Idem est appellatione descendentium,quia veniunt masculi & fœminæ.Alex.in consil.160. viso themate.lib.11.

†Idem est appellatione posterorũ. Ant. de But. 126 in consi.9.viso puncto.in primo dubio. cum simili. vt supra dixi,& tradit Petr.de Ancha. in consil.339. pro maiori intelligentia. col.4.

c Fœmininum. vide Alex. in l. sed.si hac. §. liberos de in ius vocando. & in consil. 45. 4.vol. & consi.66.H.C.

Et sub nomine auunculi matertera nõ comprehenditur.Cor. Perus.in consil.271.lib.3.

† Vltimo, è contra, fœmininum *c* non cõcipit 127 masculinum.l.ita scriptum.de leg.2.no. per gl.in §. c

fin.

fin.qui da.tuto. test.poss. in l. 1. ff. de uerbo. signi. Ideo ancillis legatis masculi non continentur.l.ser uis legatis.de leg.3.Nam hoc esset contra naturam, quam ars quantum potest imitatur, ut dicit Card. in clem.1.in 2.quæstio.de sepul. in fi. & in clemen. 1.4.questio.de elec. Et ideo nomine abbatissę abbas nō comprehenditur:ut per glo.in clemen.ascenden tes.de statu monac.

Et intelligitur nisi esset eadem ratio in masculo quæ est in fœmina,ut dicit Ant.de Butr.in c.fi.char. 9. de consuet.quem referunt & sequuntur Moder. in l.si quis id quod.ff.de iurisdic.om. iudic.

Sed hoc non videtur uerum, *a* quia tunc non esset differentia inter masculinum & fœmininum, contra.d.l.si ita scriptum..

Et contra illud dictum Anto.de Butr.allego tex. 8 notabilem in c.quoniam in princ. de simo. † ubi pœna quæ mulieribus imponitur, non habet locum in masculis, in quibus tamen erat eadem ratio. Et illum tex.ad hoc ponderauit Ioan. de Anan. Sed illud quod dicit Anto.de But.posset habere locum quando dictum fuisset de fœmina gratia maioris frequentiæ.*b* Ex quo infertur ad quæstionem quam Albe. ponit in 1..parte statutorum , quæst. 104.incip,sed quid si statutum sit in villa, quòd quis non teneat capras sub pœna , an habeat locum in hircis , dicit fuisse determinatum Mutinæ quòd non,de consilio Alberti Papiens.per regulam dicta l.si ita scriptum.quia fœmininum non concipit masculinum.

Dicit tamen Alberic,quòd uidit contrarium ob seruari propter identitatem rationis, & dici potest expressum fuisse de capris propter maiorem frequentiam,ut dixi.Et ad hoc facit glo.in l.prima.C, de rap,uirg.

9 † Appellatione tamen personæ masculus cōtinetur,vt not.Bal.c in l. quicunque col. 3. uer. idem si statutū diceret,quæcunque persona.C.de ser.fug.

a Verum. l.lem Dec. ca. cum in cunctis in prin. col.4. de elect.

b Frequentiæ. Alcia. de testa. tio. §. serui, de uerbo sign fac. Corset, in sing. uers.frequentia Ger sing. 97.

c Bald. Adde eundē in l. oēs populi . de iust. & iur. col. pen. & Barb. c d lecti.de fo. comp. col. 8 & si uis uidere latiss. de pluribus uerbis, puta filij appel. an ueniat filia. & hirci appell. an ueniat capra, & uerbum, si quis, si cōprehendat fœminam, uerbū, raptor,& de similibus uide Barbat.in cle 1. de elect. ubi multa dicit in col 10. usq; ad 11.H.C.

Et idem dicit ibi, nomine vniuersitatis.per l.metū. §.animaduertendum. ff. quod met. causa. Et idem dicit Bal.in d.l.quæcūque. de nomine aquiliæ, quia masculus, & fęmina compræhenditur. Et in hac l. hæc satis sint.

Philippus Decius regius senator Delphi.

IN §. ITEM IMPVBERES.

Argumenta.

1 *Impuberes ciuilibus fungi officijs haudquaquā possunt.*
2 *Impubes iudex eligi nequit.*
3 *Impubes dignitatem aut officium sine administratione potest obtinere.*
4 *Pupillus, quòd scilicet iudicio careat, ab officijs prohibetur administrationem requirentibus. & num. 5.*
6 *Iuramentum non præsumitur esse de feudi substantia.*
Pupillus in ecclesia cathedrali canonicatū habere pōt.
7 *Pupillus in ecclesia præbendam obtinere potest.*
8 *Pupillus iure hæreditario dignitatem cum administratione potest obtinere.*
9 *Pupillus neque notarius neque testis esse potest.*
10 *Impuberes defectu iudicij non possunt ad testimonium admitti.*
11 *Pupillus maior factus testis esse potest de his quæ vidit in ætate pupillari.*

§. Item impuberes.

ITEM impuberes ab omnibus officijs ciuilibus debent abstinere.

Nota regulā † quòd impuberes ab omnibus officijs ciuilibus remouētur. Et ideo non tenetur pater qui cōsentit filium infantem creari decurionē: quia creatio non valet.lege Lucius.§.pro infante filio.vbi gl. ff.ad municip. Et idē est in officiis ecclesiasticis quæ impuberibus nō conferuntur.ca.indecorū.de ætate & quali.c.super inordinata. de præb. 1

Et

Et ista regula generaliter procedit, adeo quod etiã propter penuriam hominum impubes non admittitur. l. 2. §. fi. ff. de iure immu.

2 Secundo ampliatur, † vt etiam iudex eligi non possit ita ꝙ offidiũ debeat exercere post pubertatẽ: quia tempus electionis cõsideratur. vt not. Bar. in l. impuberem in prin. suprà de fal. ubi dicit, ꝙ pupillus notarius creari non potest, hoc modo, vt postea factus maior officium exequatur. alleg. l. excusatur, in prin. suprà de excu. tut. & tex. in cap. si eo tempore de rescrip. in 6.

3 Sed hoc dictum dubitabile videtur: † quia infrà dicam, impubes potest habere officium & dignitatem sine administratione, Ergo nihil repugnare videtur, quominus constituatur notarius conferendo exercitium post tempus pubertatis: quia tunc dum est impubes nihil facit iudicio intellectus impuberis, Sed postea post pubertatem exequitur officium secundum iudicium quod tunc habet. Secus esset quando actus in effectu haberet fundamentum a iudicio pupilli, dum est pupillus. gratia exempli: Si. minor 14. annis faceret testamentum conferendo eius testamentũ post tempus pubertatis. Certè hoc non ualeret; ut est bonus tex. in l. 1. si minor. ff. de ser. expor. ibi, consilio eius quasi parum firmo resistit. & facit tex. in l. 1. §. fin. ff. commod.

Non obstant iura allegata per Bart. quia habent locum, quando electio fit simplciter. Secus quando facta est conferendo exercitium in tempus habile: de quo tamen videndum est, quod dixi in c. post cessionem, de proba.

† Tertio pupillus prohibetur hic, quia iudicio caret: ut dicit tex. in l. cum prætor. §. non autem. ff. de iud. & in §. præterea. instit. quibus nõ est permis. fa. testam. & facit tex. in l. 1. §. impuberes verò. C. de fal. mo. idcirco tertio ampliatur ista regula, vt cõtrariũ per uiam dispensationis à principe cõstitui nõ pos

 sit,

sit,quia super defectu iudicij naturaris dispensari nõ potest: vt not.Inn.in c.sciscitatus.de rescrip.Bal. in l.bonarum. C. qui admit.fa. tex.in l.fin. C.de testa. milit.cum similibus,ut not.tradit ibi Alex. Et videtur hoc procedere, nisi pupillis esset doli capax,quia cum eo videtur quòd princeps dispensare possit: ut not.Ang. & sequitur Alex.in d.l.fin. per illum tex.de testa. mil. & ad hoc facit text. in d. l. de minor.in princ.ff.de quæstio. ubi in crimine læsæ maiestatis impubes habilitatur ad testimoniũ. & facit gl.in c.statutum. in vers. in canonicis de rescrip.in 6. quæ dicit, quòd Papa ex certa scientia potest causam pupillo committere. Et de hoc tradit Abbas & Modern. in cap. cum vigesimum, de offic.deleg.

† Et prædicta regula nunc limitãt,vt procedat in officijs & dignitatibus cum administratione.Secus 5
esset in officio dignitate simplici, quæ non haberet administratione:ad quam etiam pupillus habilis videtur, vt not.Bal post Odof.in d.l.fi.per tex.de testam.mili.Et idem Bald. per illum text.in l.sed & milites.§.iam autem.§.de excu.tut. vt not.Bar.in l. 1.col.10.vers.ex prædictis patet. C.de digni.lib. 12. ubi inquit,quòd infans licet nihil intelligat, miles creari potest. Et hoc sæpenumero faciunt barones, & reges,qui faciunt eorũ filios paruulos milites: vt Alb.dicit in d.l.fi.Et ista ratione etiã, infanti feudũ concedi potest:quia magis habet naturã beneficij, quàm cõtractus, et licet nõ possit iurare l.iusiurandũ.§.pupillo.ff.de iureiuran. † iuramentũ non est 6
de substantia feudi.ita Bald. dicit in l.si quis seruo. C.commu.de manu.& facit text.in l.quam tuberonis.§.pupillum.ff.de pecul. ubi pupillus potest habere peculium.

a Pupillus imò requiritur qđ annum decimũ quartũ excesserit Egid. bellamera decis.727. supposita,& decis. 755. sentit Panor. c. super inordinata. nu. 4.de præben.in ca.præterea. de æta. & qualit.& est decimũ per Reg. Canc. 17. Innoc.viii.

Et eodem modo in ecclesiasticis potest pupillus a habere canonicatum in ecclesia cathedrali, licet vocem dare non possit.c.ex eo.de elect.in 6.not.in c.fi. ubi gl.de iud.in 6.

7 † Et potest etiam pupillus habere præbendam in ecclesia, vt not. Bald. in l. administrantes. §. qui corporis. ff. de excu. tut. & est text. in c. ex insinuatione. de simo. de quo Feder. tradit in cons. 49. domine Raynut. & in cons. 13. casus est talis, quædam est canonica. Et late Abb. in c. super inordinata. de præben. Nam etiam pupillus potest habere ordines minores, in quib. sufficit septennium. vt per glo. 77. distin. in summa. & in clem fin. de æta. & qualit. Ergo etiam poterit habere beneficia simplicia, ut sup. dictum est, quia ille qui reputatur habilis in ordinibus, etiam in beneficijs debet habilis reputari. capitulo, de his ubi gloss. 28. distinctione in capitulo accepimus. de ætate & qualitate.

8 † Secũdo, regula procedit nisi pupillus iure hæreditario dignitatem cum administratione cõsequeretur: ut patet in filio regis, qui mortuo patre succedit: ut not. in c. grandi. de sup. neglig. præla & no. Bal. & Ang. in d. l. fin. de testa. in mil. & idẽ Ang. d. l. cũ prætor. §. non autem. ff. de iud. Et tunc debet regi per tutorem, ut not. Oldr. in consil. 52. quæstio. talis est Io. And. in addi. Spec. in tit. de tut. in rub. cũ simil. ut tradit Alex. in d. l. fin. & Abb. in c. cum vigesimum. col. 2. de offic. deleg. Ioan. de Anan. in rubr. de delict. pue. col. 1.

9 † Et per istam regulam infertur, quòd pupillus non potest esse notarius, ut not. Bal. in d. l. impuberem. in prin. de fal. Et eodem modo non potest esse testis, l. 3. §. lex Iulia. l. inuiti. in fi. ff. de testib. §. testes autem de testa. quia eius testimonium esset, sicut si cæcus testificaretur de coloribus; ut Bal. dicit in l. testium, C. de testibus colum. secunda. versiculo, redeo ad primum.

Et licet non opponatur, eius dictũ nõ valet, quia ipso iure est nullum. ut not. Ang. per illum tex. in §. 1. in auth. de testam.

10 † Et non uidetur, quòd etiam in defectũ aliorũ impu-

impuberes admittantur propter defectum iudicij naturalis, ex eo quod sup. dictum est per l. 2. §. fi. ff. de iure immu. licet secus esset in alijs testibus, qui ob alium defectum repelluntur.

Et ista cõclusio fallit in crimine læsæ maiestatis, in quo pupillus ad testimoniũ habilitatur. l. de minore, in prin. ff. de quæst. Secundo fallit, quod ad iudicium faciendũ, si sit doli capax; vt no. per gl. in l. inutili. l. 1. in fin. ff. de test. & not. Bar. per gl. ibi in l. fi. C. de his quibus vt indig. & in l. ex libero. §. fin. ff. de quæstionibus. Non tamen facit iudicium plenũ, sed aliquale, vt no. Bar. in l. maritus. suprà de qõnib.

† Tertio & vltimo limitatur, nisi sit maior factus: 11 quia testificari potest de his quæ vidit in pupillari ętate, secundũ gl. in l. 3. §. lex. Iulia. sup. de testi. in l. notione. §. instrumentorũ. de verb. sign. in l. ad testiũ. in prin. §. de testa. & §. sed neque. instit. de testa. & no. Spec. tit. de testib. §. 1. vers. sed nunquid factus impubes. Et hoc est verum in his, quæ vidit, dum esset proximus pubertati: ut not. Bart. in d. l. ad testiũ in prin. & in d. § instrumentorũ, & est communis opinio: ut dicit Aret. in d. l. ad testiũ. *a* & Ang. Aret. in §. testes. instit. de testa.

Sed tamen considerandum est: quia hoc nõ videtur verum. Nam ex quo eorum dictum refertur ad tempus pupil. ætatis, in quo nõ habebat iudiciũ, nõ vř valere testimonium; quia factus pubes non deponit, prout nunc, sed prout tunc facit tex. in l. 3. §. fi. ff. commo. ubi factus maior non obligatur pro cõmodato facto in ætate pupillari.

Philippus Decius Valen.

a Ad testium. Hæc opinio est & cõmunis de iure causa circa quam uide Fel. late post. alios cum nobis de præsēt 4 col. in cã tamen crimi nali requiritur quod sit ætatis 20. anno. ut l. in testimoniũ, i §. de testibus. Sed an ubi delictum aliter non posset probari. admittantur impuberes. Albetic. quod sic in l. in testimoniũ. sup. de testib. quod tamẽ nõ credo uerum per not. per Bal. in l. testium. C. de testi. 2. col. & per ea quæ dicit hic D. Philip in uer. & per istam. & maxime, quia in criminalibus probationes debent esse luce clariores. l. fi. C. de probat. & per tex. in d. l. in testimonium qui non sine misterio statuit ætatem 20 annorũ. in causa crimi- nali. Hier. Chu.

IN L. EIVS EST NOLLE.

Argumenta.

1 *Nolle nubere dicitur, quæ viri potens non reperitur.*

2 *Religiosus qualiter intelligatur non habere velle aut nolle.*

3 *Silere dicitur propriè qui loqui potest, & desinere qui cœpit.*

2 *Tutor nomine pupilli bonorum possessionem agnoscere quit, repudiare nequit.*

5 *Repudiare posse eum, qui & adire, qualiter intelligendum.*

6 *Molle & velle contraria sunt, medium inter vtrunque est non velle.*

7 *Voluntatem cessare, differt ab eo quod est, eandem reuocare.*

REGVLA III. VLPIANVS.

EIVS est nolle, qui potest & velle.

ISTA regula vltra gl. melius exemplificari potest ex eo quod dicit tex. in l.pater Seuerinã. in princ.ff.de condi.& demon.& Bart.ibi ponit sumariũ huius l. Et not.illũ, quòd illa † quæ nõ est viri potẽs, nõ dicitur nolle nubere, ex quo matrimonium contrahere non potest. Et sic velle non potest, bene facit tex. in l.quis sit fugitiuus.§.idẽ ait si seruus.ff. de ædil.edi ubi nolle dicitur ille qui potest statim facere,& non fecit.ibi, cũ posset noluit. Ad idẽ tex. in l.nolle adire.ff.de acqui.hære. ubi nõ videtur nolle adire qui non potest. Et ista ratione dicitur, quòd † religiosus nõ habet velle nec nolle.c. si religiosus. de elect.in 6.& in c. si religiosus. de testa.in 6.in c.fi. de sepul.eod.lib.not.in c.non dicatis.12.q.1.& ideo non nocet nolle ei qui uelle nõ potest, ut not. Bald. ꝑ illũ tex.in l.ab administratione.C.de leg. vbi post Iac.But.infert.ad statutum, quod imponit pœnam declinanti iurisd.potestatis, vt non habeat locũ in clerico, qui etiam si velit non potest corã seculari litigare.c.si diligenti, de for.cõp.& hoc late prosequitur ibi Alexan. per istum etiam vt supra. & nolle etiam dicitur, qui facit quod nõ possit velle. vt not. Bald.

Bald.in cap.intelligimus.col.2.de iud.per l. 1. C. de natu.lib.ubi etiam Bald.in vlt.not.idem dicit.

Et per istum tex. dicit Abb. in conf. 22. quidam Io. col. 2. lib. 2. quod † ille dicitur propriè silere, 3
qui potest loqui, & distinere dicitur ille, qui inchoauit. vt not. Cald.in conf.16.de verb. sign. facit tex. de pœn.distin. 2. fi. ubi dicitur, quòd non est, deferri non potest. Et propriè excusatur ille qui acceptare potest: & qui non potest, dicitur impropriè excusari. gl. not in l. 1. §. initium. in vers.casum.ff.de posses. & facit quod not. per glos. cap. ad dissoluendum, de despon.impu.dum inquit, quòd non moritur ille qui non vixit allega.32. q. 2. in c. quod uero.& in cap.sicut ex vestrarum. de homici. cum simil.& per glos. in d. cap. ad dissoluendum & est regula generalis, quòd priuatio præsupponit habitum.l.decem de verb. oblig.l. manumissiones. de iusti.& iure.l.non videtur.infrà.eod. vbi de hoc plenè videbimus.

† Et regula istius legis secundùm glos.Bar.hic fallit in tutore qui bonorum possessionem agnoscere 4
potest pro pupillo:& tamen illam repudiare non potest l.tutor.ff.de bonorum possessione.

Sed tamen uidetur dicendum, quòd imò ista regula etiã in tutore habeat locum: nã ipse potest nolle, cum habeat facultatem adeundi hæreditatẽ, uel agnoscendi bonorum possessionem. Ergo etiam bene uerificatur, vt dicatur nolle adire uel nolle agnoscere, Sed non sequitur quòd licet dicatur nolle adire uel nolle agnoscere bonorum possessionem, ꝙ uideatur repudiare: quia ex eo quod tutor dicat, nolle agnoscere, nolle adire, non infertur repudiatio: ut nota.in l, qui se patris.C. vnde liber. ubi declaratum fuit.

Bene uerum est quòd per illum tex.in d. l. tutor, limitatur regula l.is potest supra de acquir.hæred, † ubi dicitur; is potest repudiare, qui potest adire. 5
Nulla illa regula habet locum in eo qui iure suo &

ex

ex propria persona adire potest. Secus si ex persona alterius, vt no. Bart. hic & sequitur Alex. in l. legatū. ff. de leg. 1. in l. fi. C. de repud. bon. poss. Et hoc etiam nō videtur verum: quia immo regula. d. l. is potest etiā habet locū in eo, qui ex persona alterius adire potest: vt probatur in l. his qui hæres. §. fin. supra de acquir. hæred. vbi in repudiando voluntas patris, & filiis requiritur sicut etiā in adeundo necessaria est, vt etiam dixi in d. l. 2. de repud. bon. poss. Et ideo d. l. tutor alium habet verum intellectum: quia procedit in eo, qui ad vtilitatem alterius adire potest. Nam in præiudicium alterius repudiare non potest, vt not. idem Bartol. in d. l. is potest col. 5. vbi alleg. gl. hic, quæ hoc sentire videtur, dum dicit, quod fallit in tutore ratione officij.

6 † Postremò, ad declarationem verborum regulæ, notandum est, quòd nolle & velle contraria sunt. Et inter ista contraria datur medium, quod

a est non velle *a* vt not. Bart. in l. iam dubitari de hæred. instit. facit quod no. in l. prima §. scientiam. ff. de tribu. Nam verbum nolle, denotat expressam resistentiā; non sic in verbo non nolle: vnde dormiens bene dicitur non velle: sed non dicitur nolle, vt tradit Innocen. Ioan. Andr. & docto. in cap. prudentiam. §. sexta, de offic. deleg. cum similib. vt dixi ibi, & in l. qui se patris. post Alexan. ibi. C. vnde lib. Et adde Abb. qui videtur in c. fi. litib. de dolo, & contu. in 2. col.

a Non velle. ad de Bal. in l. verbū. de fideicom.

7 Et ad prædicta etiam fa. quia † aliud est, quòd in aliquo casu cesset voluntas: & aliud est, quòd volū-

b tas reuocetur. *b* gratia exempli, morte mandantis expirat mandatum, & mandatum non extinguitur per mortem tanquam reuocatum sit à domino: Sed quia volūtas domini cessat. l. 4. ff. loca. nam per mortem non dr̄ voluntas reuocata, quia reuocatio est, quando contraria volūtas ponitur. & talis reuocatio per mortem fieri non dicitur: ita notabiliter Bar. dicit in l. more maiorum. col. fi. supra de iurisd. om.

7 Reuocetur. no ta. vnum casum vnicum in materia reuoc. mandati, quod vbi subest causa reuocandi mādatū reuocatur l. si eū Cornelius. ff. de solu. ibi nec eām habuisset. Hier. Chuc.

omn.iud.vbi per hoc infert, quod si aliquis causam delegauit, donec iusserit reuocandum, quòd per mortem non videtur reuocare. *a* Allegat. bonum tex.in cap.si delegatus. de off.deleg.in 6.& est communis opinio, quòd per mortem nō dicatur actus reuocari, *b* vt latè Alex.concludit: quia alios refert. in l.centesimis.§.fi.de verb.oblig. & est dictum Inn. in c.licet vndiq;.de off.dele.refert, & sequitur Ang. in l.quia supra, de iurisd.omn. iud. Et sic ille cuius voluntas cessat, dicitur non velle. Et nolle dicitur, qui reuocationem facit.

a Reuocare, hic etiam dicitur iudex qui posuit quendam ad cōfinia donec reuocauerit, an eo mortuo expirēt confinia. de quo vide Barto.in l. cētesimis hic alleg. Bald. in l.in emptis. vbi latè Salyc.de cōtrah. emp.latè per cano. in c. si gratiose de rescript. lib.11. H C.

b Reuocari fateor, sed bene dicitur per se finiri cessante volūtate, vt in delegatione vel alio mandato.

Philippus Decius Valentiæ.

IN L. VELLE NON CREDITVR.

Argumenta.

1 *Velle non putatur, qui superiore cogente operatur.*

2 *Voluntarius non dicitur actus qui iussu patris, vel domini est factus.*

3 *Voluntas coacta qualiter voluntas dici possit.*

4 *Voluntatem coactam, voluntatem esse, in negotijs proprijs, & non alienis intelligendum.*

5 *Voluntas an possit dici coacta in eo, qui gerit negotia aliena.*

6 *Voluntas dicitur quandoque coacta conditionali violentia.*

7 *Filius vel seruus aliquid faciens mandato patris vel domini pressus excusatur.*

8 *Locator operarum excusatur, si iussu cōductoris aliquid fecerit in fundo alieno.*

9 *Laborator an ob denuntiationem cum protestatione extraiudiciali desistere teneatur.*

10 *Bona fides possessoris non alteratur per simplicem denuntiationem.*

11 *Vicinus vicini negotia nosse præsumitur.*

12 *Iudicis mandato qui quid operatur, an aliquando excusetur.*

Regula

REGVLA IIII. VLPIANVS.

VElle non creditur, qui obsequitur imperio patris vel domini.

1 Nota quòd † non reputatur velle ille, qui actum facit ex iussu patris vel domini: licet enim præcise non cogatur obedire, quia etiam iubente domino seruus potest nolle adire: vt dicit tex. in l. cum proponas. C. de hær. inst. Tamen obtemperando actus ille non dicitur voluntarius, vt hic dicitur. Et secundũ gl. hoc intelligitur quo ad hoc, vt à pęna excusetur: aliàs secus: quia etiam volũtas coacta voluntas est. vt per glo. quæ alle. l. si mulier. §. si metu. el 2. supra quod met. cau s. & l. si patre cogente. supra de ritu nup. Sed certè hoc modo ista regula multum restringitur intelligendo illam respectu pęnæ, de qua in text. nihil dicitur. Et ideo generaliter, vt verba sonant intelligi potest, quia propriè verè non datur

2 velle: nec † actus voluntarius videtur, quando fit iussu patris vel domini: quia ex voluntate fieri dicitur, quòd ex libero mentis arbitrio proficiscitur. vt dicit tex. 19. q. 1. cap. 1. in §. voluntatem. Et per obediẽtiã propria voluntas mactatur, vt inquit tex. 8. q. 1. in c. sciendum. Et actus non dicitur voluntarius,

a quãdo fit ab eo qui poterat compelli: *a* vt not. Bal. per illum tex. in l. nouissimæ. ff. quod fal. tut. auth. & tradit Io. And. in cap. pręterea. in vers. extorquentes, de iur. patr. & in regula bonafides. in prin. de reg. iu. in 6. cum simil. vt dixi in c. cum M. de constit. & facit tex. in l. rem legatam. infra de adi. leg. vbi alienatio dicitur voluntaria, quando nõ instante necessitate, sed à mera voluntate procedit. Et ideo ex prædictis bene infertur, quòd hæc regula absolute procedat prout loquitur.

a Cõpelli. Dec. consil. 202. num. 2. vbi dixi.

3 † Non obst. quod voluntas coacta voluntas dicatur, vt in iuribus alleg. in glo. & ad idem text. in l. si priuatus, in prin. supra qui & à q. b. & tex. melior de

iure

iure 15.q.1.in cap.merito.quia respondetur,quòd voluntas est qualificata, & non simpliciter. vnde non proprie dicitur ex quo non est simpliciter,sed secũdum quid *a* arg.l.hoc legatum,& quòd ibi Bart. de leg.3. Et ad hoc est tex.ad literam in c.maiores.in §. itẽ quæritur.de baptism. vbi dicitur, quòd coactus dicitur velle conditionaliter & nõ absolute, & facit tex.in d.l.si priuatus. vbi primo dicitur, quòd coactus manumittere voluntatem accommodauit. Et postea dicit quòd non fuit voluntas manumitten. Et sic simpliciter & absolute eius qui cogitur non dicitur voluntas. Et in primo limitatur,& declaratur illud quod dicitur, quòd voluntas coacta, voluntas est. Et regula nostra intelligitur de voluntate simplici & propria.

a Quid Bald. l. pen.in fi. C.quõ & quando iud. adde Arist. in 3. Et hic Gabr. Bel in 4. sent. dist.15.q.3.artic. 1.tetigi in tract. vsura. num.411. Et nouẽ gradus volũtarij tradit Bonauen. in 2. sent. distin 41. & quæ dicam infra eadem reg. 134.

4 † Secũdò, quod dicitur quòd volũtas coacta volũtas est,habet locum in negotio proprio: secus est in negotio alterius,vt no.Bal.dicit in rub. de cõtrouer.inuest.in fi.per l.1.in fi. ff.de auto.tu. & idẽ not. Bal.in l.2.§.sed si quis.col.fi. C.commun.de leg.

5 †Sed considerandum est, quòd imò etiam in gerẽte negotium alterius, quia in tutore vel procuratore voluntas coacta volũtas est. dum eligit potius hoc facere,quàm aliud malũ pati,ut dicitur in d.c. merito.15.q.1.Nam ratio ista quæ in facto proprio cõsideratur,etiam in alieno procedit, bene uerum est quod compulsio non reddit actum nullum in facto proprio:secus in tutore.& ita loquitur tex in d. l.1.in fi. Et hoc idem est in pluribus alijs casibus.ut no.ibi per glo.

6 † Tertio uoluntas coacta uoluntas dicitur, quando violentia præcise nõ infertur, sed est cõditionalis:puta,nisi sic feceris, te interficiã. In eo enim ꝙ elegit ita facere potius quã mori,eius voluntas est: vt declarat tex.in d.c.merito.5.q.2. & ĩ d.c.maiores, in §.item quæritur.de bap.Secus qñ quis præcise cogitur aliquid facere,quia tunc nullo modo cõsentire vr̃, quia potius dr̃ pati, quam agere. vt dicit tex

not.in c.satis. ꝙ met. cau. & idem habetur in d.c. maiores.

Quartò & ultimo licet coacta uoluntas dicatur, nō tamen est uoluntas spontanea ut no.Abb.per illum tex.in c.1.de reg.& est glo.no.33.q.5.notificasti in uer.licentia.& no.Abb.in ca.cum locum.de sponsa.in cap.abb.quod met.cau.Et in hoc etiam cōside randum est,quia si uoluntas spōtanea accipiatur ꝓ libera,hoc habet locum in qualibet uoluntate simplici,quæ proprie libera esse debet,per ea quę superius dicta sunt.Si verò capiatur spontanea uoluntas pro voluntate eius qui sponte se offert:tunc spontanea voluntas à voluntate simplici distinguitur. Nā sponte fieri dicitur illud quod fit proprio motu,& non ad petitionē:ut no.dicit Pet.de Anch. in clem. præsenti.de censi.in 5.no. ubi expresse dicit, ꝙ non dicitur sponte fieri illud quod fit ad petitionem.

7 † Vltimo notādum est quod dicit gl. hic per istū tex.& excusatur filius uel seruus, qui aliquid facit de mādato patris uel domini.Et hoc inteligitur,in delictis leuibus,quæ non habent atrocitatē.vt gloss. dicit per l.ad ea.infra eo.Et ad hoc est text. in l.liberorū.§.excusantur.ff.de his qui no.inf.& in l. l.liber homo.la.2.in prin.supra ad leg.Aquil.& glo.ibi late insistit.Secus est in grauibus delictis in quibus nō excusatur filius uel seruus d.l. ad ea. quæ a cōtrario sensu,& est tex.in l.seruus nō in oībus supra de act. & oblig.& not.Bart.in l.seruus.ff.de noxal.in l.non solū.§.si mādato.col.j.supra de iniur.& ibi in versi. idē puto dicit,ꝙ ql̄ibet iniuria personalis dr̄ graue delictū quātū ad ꝓpositum.Et licet in grauioribus (ut dictū est) nō excusatur filius uel seruus ex iussū patris uel domini,pœna tamē mitigatur:ut est tex. no.in l.seruos.C.ad leg.Iul.de ui pub.& Bal.& Salic. ibi ad hoc no.illum text.Et eodem modo excusaretur ēt in atrocibus,quādo seruus cogeretur a domino sub comminatione mortis,si illud nō faceret:vt Bart.dicit in d.l.seruus.de noxal.Et hoc haberet lo-

cum in quolibet qui tali modo per metum compelleretur, vt no. per doc. in l. vt vim. supra de iust. & iur.

8 †Et quod supra dictum est de filio vel seruo, etiã habet locum in alijs hominibus sui iuris, qui ex mãdato alterius excusantur, saltẽ in his quæ sunt de genere permissorum, vt no. per glo. fi. in l. in rem. §. tignum. ff. de rei vend. quæ dicit de laboratore *a* qui conductus de mandato conductoris intrauit fundum alterius, quòd excusatur. & Bartol. Angel. & Docto. illam sequuntur, & tradit no. Bal. in consi. 358. statuto ciuitatis Papię li. 3. secundũ nouam formã. & no. Albe. in l. si quis id quod. col. pen. in versi. item facit supra de iurisd. omn. iud. & idem Alb. in l. 1. in prin. col. 1. in fi. in verb. & bene facit ista litera supra de eo per quem fac. est. & no. Bart. in d. l. non solum §. si mandato. col. 3 in vers. sed quæro. Bald. in l. non ideo. col. 1. versi. & nota, quòd l. nostra. C. de accus. & idem Sal. ibi in 1. q. & idem Bal. in auth. ingressi. col. 2. in ver. quod dico de medico. C. de sacrosan. eccle. & facit quod not. Bal. in q. accusatus de vi turbatiua col. antepen. vers. tertio quæritur.

a Laboratore. Idem Bal. l. non ideo minus. col. 1. C. de accusat. Ang. de malefi. vers. Sempronium mãdatorem q. 3. Soc. l. 1é quæ nobis. col. vlt. de acqu. poss. consil. 4 cũ seq. lib. 4. Ias. l. de pupillo. §. nũciationem in ff. de oper. noui nunciã. Franc. Purpur. l. quod te. nu. 86. si cer. petat. Limitat Paul. consi. 470. in fi lib. 1. Alex. consi. 36. lib. 1. Franc. Rip. c. 2. num. 61. de iudi.

9 † Et prædicta conclusio limitatur non procedere quando prædicto laboratori sit facta denũtiatio, vt dicunt Imo. & Roma. in l. de pupillo. §. nuntiationẽ. in versi. quis forte. per glo. ibi, in ver. nullus. in fin. Et idem voluit Ang. in d. §. tignum. in vers. quod intellige: dicens, quòd contra laborantes non obstante protestatione eis facta, est præsumptio doli. & idem no. Ang. in auth. vt omnes obe iud. in 5. col. in vers. item ex hac lectura patet, & sequitur Alex. in consil. 36. visis his quæ per dominos. lib. 1. col. 1. & in consil. 79. visis his quæ egregie lib. 3. Et ista videtur communis opi. licet idem Alex. cõtradicat in d. l. de pupillo. §. nuntiationem col. 3. vbi inquit, quòd laboratores propter talem protestationem non debẽt desistere: quia illa denũtiatio extraiudicialis non cõstituit illos in mala fide. alleg. tex. in l. pe. ff. pro empt. vbi

ubi emptor rei alienæ qui bona fide possidebat nõ constituitur in mala fi.ex eo quod quis extraiudicialiter sibi denuntiauit rem esse suam.

10 †Sed responderi potest,quòd tex.in d.l.pe.loquitur in eo qui erat in bona fide causata ex tit.emptionis merito illa bona fides non alteratur ex simplici denuntiatione alterius. Nõ sic uidetur in laboratoribus, quorum bona fide. & credulitas erat solum fundata in simplici dicto conductoris: ideo etiam ex simplici dicto alterius alteratur, cum nulla sit ratio quare magis uni quàm alteri credatur. Et sic defenditur ista limitatio,quæ maxime haberet locum, si protestatio facta fuisset re integra antequam laboratores intrarent feudum, arg. l. si fundum;& quod ibi Bar.C. de rei uend. & ex eo quod dixi responderi potest ad doctrinam Bart.quæ facit pro opi. Alex.in l. quod te.col. pen.supra si cer. pet. in l.qui in alterius.de regu.iur cum simi.vt dixi ibi, quod quis non tenetur credere denũtianti uel protestanti in eo quod non pendet a facto proprio eius cui fit protestatio: quia in facto alieno est probabilis ignorantia,nisi facta sit fides per instrumentum,nam hoc non uidetur habere locum in laboratore.quia,ut dixi, sicut fuit facilis ad credendum conductori: ita etiam debet contradicenti credere,& desinere.

Secundo gl.in d.§,tignum.habet locum propter ignorantiam probabilem,in qua sunt laboratores. Secus ergo uidetur,si ignorantia non esset probabilis:ut quia essent uicini, qui præsumuntur habere
11 titiã,† quia uicinus præsumitur scire facta uicini. c.quosdam.de præsumpt.& no.Bar.& doct.in l.1.ff. si cer.pet.Et in simili casu ad propositum nostrũ tradit Spec.in tit.de emp. & uend. §. nunc dicendũ est in fi.& in terminis tradit Alex.in consi.36.lib.1. supra alleg.Et pari rõne idem esset dicẽdum in alijs casibus,in quibus sciẽtia præsumitur, ut quia esset fama in loco,propter quã scientia præsumitur: vt

not. Bar. in l. is p̄t. col. 6. de acq. hær. & in l. si cui. §. eiſ dē. ff. de accu. cū simi. & tradit Alex. in conſ. 36. uiſis his col. 2. li. 1. & in conſ. 176. in hac cauſa col. 3. lib. 2. & in conſ. 159. col. 2. eo. li. 2. & ſcd̃m iſtam limitatio nē procedit tex. in l. 2. in fi. in uer. ſi uero. ff. de term. mot. de quo text. opponit Alb. & non ſoluit in l. ſi quis id quod. ff. de iur. om. iu. Nā loquit̃ ille tex. qñ operarij ſcienter hoc fecerunt, ut colligitur ibi, in uer. ſeq. ꝙ ſi ꝑ ignorantiam, ubi tex. aduerſatiue lo quit̃ de ignorātia. Ex quo dat̃ intelligi qđ in d. verſ. ſi uero immediatè præcedēti loquit̃ qñ ſcienter id factū fuit, & nō placet ſol. Moder. in d. §. nuntiatio nem. qui dicunt, ꝙ in tex d. l. 2. ſequitur qñ labora-tores cōducebātur ad opus illicitum. quia ibi non conſtat hoc, quia illa mutatio lapidum & termino rum de ſe nō uidetur de genere prohibitorū. † Ad 12 ſupradicta ēt eſſet uidēdū, an excuſetur ille qui mā dato iudicis aliquid facit. Et regula eſt, ꝙ ſic, in reg. ꝙ quis de reg. iur. in 6. & in l. nō uidetur. §. qđ iuſſu. inf. eo. & qūo hoc ꝓcedat. & intelligat, reſeruat̃ dicē dum ibi, ubi melius cadit. Philip. Dec. Valentiæ.

IN L. IN NEGOTIIS.

Argumenta.

1 *Furioſus quia agenda non intelligit, merito negotium gerere nequit.*

2 *Furioſus ad pias quidem cauſas teſtari poteſt.*

3 *Teſtamētū furioſi aliquādo Romæ approbatū legitur.*

4 *Furioſus pro delicto non punitur, quod ratione careat & ſenſu communi.*

5 *Furioſi factum non perſonale dicitur, ſed caſuale.*

6 *Furioſus ijſdem cauſis, quibus & ignorans legatur.*

7 *Filia furioſa aliquo caſu pro conſentiente habita. Filia ſanæ mentis, ſi nō contradixerit, pro conſentiēte haberi debet.*

8 *Furioſus quo differat à pupillo fari ualente.*

9 *Pupillus infans à pari procedit cum eo, qui infantiæ proximus eſt.*

10 *Pupillus qualiter oblgiari poſſit, remiſſiue.*

Regula

REGVLA V. PAVLVS.

IN negotijs contrahendis alia causa habita est furiosorũ alia eorum qui fari possunt quamuis actum rei non intelligant;nam furiosus nullum negotium contrahere potest:pupillus omnia negotia cum tutore agere potest.

1 Primo noto,quod,† furiosus nullum negotium cõtrahere põt:quia nõ intelligit quod agit.§.furiosus.instit.de inuti.sti pu,nulla est eius voluntas.l. furiosi. intra.eo.§ præterea rep.instit.quib.nõ est permis.facere testa.& in oĩbus,& per omnia loco absentis,& quiescentis habetur.l.2.§.furiosis.supra de iure codicil.l. 1.§.adipiscuntur supra de acquirenda possess.& in l.ubi non uoce.§.furiosus infra eod.in l.2.§.furiosus.supra de procuratoribus.

Et ista cõclusio procedit etiam dato ꝙ actus per furiosum recte factus fuisset,prout prudenti conueniret:quia hoc uidetur factum à casu ex quo mente caret:ut dicitur in d.§.pręterea cum simili, suprà al
2 lega. Et hoc patet,quia † etiam ad pias causas furiosus testari non potẽst:ut Bar.concludit in l.1.in 1.q. C.de sacrosan.eccle.bene facit tex.in cap. fin. de successio ab intest.& c. sicut tenor. de regu. & hoc videtur verum quando constat talem non esse sanæ mẽtis:aliàs vero ex dispositione quæ mature & prudẽter facta sit,ex quò hic non constat de furore,uidetur ꝙ non præsumatur furiosus. Et hoc modo ui-
a detur ꝓcedere quod notat Ioan.And. in capit.fina,
3 de successio.ab intesta.circa fin. vbi refert *a* † testamentum cuiusdam qui dicebatur furiosus,ex eo ꝙ recte factum fuisset,Romæ in senatu approbatum fuisse,& recitat Bal.in cap.1.in prin.per quos fiat inuest.Alex.in l.furiosum.C.qui testã.fac.pos, & facit quod not. Ang. in d.l.furiosum vbi inquit,quòd in furioso qui dilucida habet interualla, ex qualita-

a Refert. Anto. Corf. in singul. vers.testm,las,t. patre furioso. col.2 de his qui sũt sui uel alie. iur.& consf. 141. col.5.li.4 Hipp. Marf. sing., 80. vide Cor. consi. 73.lib.1.

te actus præsumitur factum, quando erat sanę mentis. *a* cum si. & tradit Alex. in consi. 112. matureque. a
col. 4. lib. 1. & in conf. 36. uisis attestationibus colū. pen. libro 2.

4 † Secundo, prædicta conclusio quæ uidetur loqui in contractib. ampliatur ut habeat etiā locum in delictis, in quibus furiosus nō punitur. l. sed & si quēcunque. §. 2. ff. ad leg. Aquil. l. illud. §. sane. supra de iniur. & etiam pro graui delicto *b* puta pro homicidio, vt est tex. in l. diuus. supra de offic. pt. l. infans. supra ad leg. Corn. de sica. in l. pen. §. fi. supra de par. Aliqualis tamen pœnitentia imponitut, si furiosus post delictum commissum ad sanam mentem conuertatur, ut dixit tex. 15 q. 1. cap. si quis insaniens. & hoc toleratur, ne disciplina ecclesiæ deseratut. vt dicitur in cap. excommunicatorum. 23. q. 5. ubi imponitur pœnitentia pro homicidio permisso, ne disciplina ecclesiæ deseratur. & in hoc tenet Luc. de Pen. in l. si apparitor. col. fi. de coarta. li. 11. Sed hoc dictū non uidetur uerum: quia furiosus pro tali homicidio non efficitur irregularis, tex. in cle. 1. de ho. ergo non b

a Mentis. Adde Alex. consi. 1 1. lib. 1. fa. Pentha. de Cre. repet l. 2. col. 52. C. de rescind. vendit. Lud. Gomes in reg. Cācel. reg. de infir resign. q. 10 Sed quod præsumitur furor præseruare, & in eo facto, Alex. consi. 147. col. 2. lib 7 Bertran. cōs. 45. ex processu. col. 9. lib. 1. uide Alc. tract. præsump. reg. 11. pſum 18.

b Delicto. Nota tamen, quòd si culpa sua sit factus furiosus & delinquit, nō excusatur. ita Card. in clem. 1. de homi. in 6. quòd de delicto tamen commisso ante furorem non potest puniri criminaliter. ita Bald. in c. 1. de eo qui fr. suū occidit. & ista est communis opin. de qua uide latissime per Ias. post Alex. l. ex facto. de uulg & pupil col 10. uers. sed pulchrum dubium. & Bald. in c. in literis de rescriptis. & hoc procedit etiam si ante furorem fuerit condemnatus, secundum doct. ibi. Si tamen constaret de simulatione, bene potest puniri. ita Bald. furiosum qui test. fac. poss. C. in cautela, hinc usus est quidam iudex in patria mea quadam cautela cum uellet mandare sententiam executiōni contra quendam malefactorem: fuit oppositum quòd non poterat propter superuenientem furorem: tunc ipse fecit ponere malefactorem in loco ubi erat sagittandus, & præcepit cuidam ex executoribus, ut percuteret sagitta lignum in quo malefactor erat: quo facto ipse alta uoce petit confessionem, & sic detecta fuit malitia malefactoris. Qualiter autem probetur furor, uide Barbat. c. cum dilectus. de success. ab intestat. 2. col. Ias. l. furiosum. j. col. quia quis non præsumitur furiosus secundum Bal. per illam. l. in fin. C. de hæredibus instit. ideo alleganti incumbit onus probandi ut per Bald. in l. nec codicillos. C. de codic. & Card. clem. 1. sup. alleg. in 2. q. Et an probetur per testem non reddentem rationem dicti sui. uide Bal. in l. solam. C. de testibus. Paul. de Cast. in d. l. furiosum. Hieronym. Chucalon.

non uidetur aliquo modo puniendus:& quia satis ipso furore punitur. d.l. diuus.& l.pen.§.fi.de par. & quia ibi dicitur tale homicidium esse impunitũ.

5 † Et quia factum furioso, uideatur factum a casu sine facto personæ,ut dicit tex. in l. fi.in fi, supra de administ.tut. & glo, hoc tenet in d.c.si quis insaniens.in uersi.propria.& ad illum text.in prin. responsio colligitur.Non obst,tex. in d. cap. excommunicatorũm, quia ibi potest esse culpa, quæ non cadit in furioso.

6 Et ad supradicta notandum est,quòd furiosus a

a tamen obligatur ex causis ex quibus ignorans obligatur, ut probatur in l. 3. §, & si furiosi, supra de neg.gest.no.per glo.hic,& tradit Bar. in l. Iulianus, in 7.col. ff.de condict.indebiti.

Et no.etiã casum singu.quem gl. hic adducit, in quo furiosa filia pro consentiente habetur in l,2.§, uoluntaté.ff.solu. mat.vbi uidet ille text.cõtra tex, in l.quia certum.ff.loc.vbi furiosus nõ potest haberi, pro cõsentiẽte:quia expresse cõsentire nõ potest. Docto.laborant in ratione illius.§.uoluntatem.nõ fingitur consensus aut uoluntas:quia istud est impossibile in furioso,d.l. qui ad certum,sed ibi fingitur non contradictio: quia filia ibi furiosi habetur pro non contradicente.

Sed certe hoc videtur contra illum text. qui expresse dicit consentire eam,quia merito credatur ergo ibi fingitur cõsensus:& nullo modo dici potest, quòd fingatur ibi non contradicere;quia in veritate non contradicit filia furiosa, Cum ergo debeamus ueritatem,non est opus fictione:quia fictio cũ ueritate non conueniret.l.filio quem pater. supra de liber.& posthum,

7 † Præterea illo casu filia sanæ mentis, si non cõtradicit,habetur pro cõsentiente,ut ibi dicitur,nisi euidenter cõtradicat uideri patri cõsentire,ergo in illo casu non videt differẽtia an fingatur cõsentire uel fingatur nõ contradicere. Et ideo stat cõtrariũ

a Furiosus. Et an furiosus gaudeat omnibus priuilegijs pupilli Bal.in l 2. C.qui admitti. & vnum not. quòd licet furio non habeat consensum in contractib, ita Bal. in sua Margarita i uerbo, furiosus . & in dubio si sit furiosus per dilucida interualla si faciat testm̃ uel contractum præsumitur fecisse tẽpore nõ dilucidi interualli, ita Bald, ubi sup H. C.

de d.l.quia certũ.quia in filia sanæ mentis, taciturnitas habetur pro consensu: quia contradicere potuisset: secus uidetur in furiosa.d.l.quia certum.

Sed potest responderi, ut dicit glo. hic, quòd ibi sit casus specialis: & ratio specialitatis uidet, quia actio erat communis cum filia: & quia non agitur de interesse filiæ, ex quo pater teneretur illam iterum dotare, si non haberet dotem: ut not. per gloss. in l. 2. §. quòd sit in patris. in verbo, dos est.ff.sol.matr.

8 † Secundò principaliter noto differentiã quam regula facit inter furiosum, & pupillũ qui fari potest, & idem habetur in §.furiosus.& in §. pupillus inst.de inu.stip.Secus est in pupillo infante, quia furioso æquiparatur, ut a contrario sensu colligitur hic & ad idem pro ista æquiparatione est text.in d. §.pupillus.in l.j.§.adipiscimur.supra de acq.poss.in l.Fulcinius.§.adeo uersic.ita autẽ. suprà ex quibus cau.in poss.ea.in l.pupillus supra de acqui.hære. in l.6.supra de cõdic.fur.in l.quod infans suprà de rei uend.in l.infans, supra de sica.in l. inuitum de ser. urb.præd.in §.præterea.institu.qui.non est permissa.test.in l.quod pupillus.supra de cond.ind.in l.pupillus.supra de act.& obli.in l. 1.C.de fal.mo.limitatur in casu l.infantis.C.qui admitti.ubi gl.facit differentiã inter infantẽ & furiosum, de quo ibi dixi.

9 † Et quod dictum est pupillo infante, idem est. si infantiæ proximus sit ut dicitur in d. §. pupillus insti.de inuti.stip.& glo.ibi declarat, quãdo dicatur proximus infantiæ uel pubertati.in uerbo.infantię proximus.& idem gl. in l. pupillum in 1.glo.infra eo.no.Bar.in l. 1 .ff.de noua.col.2.

Et de hoc qũo intelligatur & ꝓcedat uidebimus in d.l.pupillũ.infra eod.ubi melius cadit: quia text. ibi loquitur de pupillo proximo pubertati. Regula ergo ex differentia, quæ traditur hic, procedit in pupillo q. sit maior infante & ꝓximus pubertati, quo casu habet aliquẽ intellectũ, & actus in eo fundari

potest

poteſt,& ſuppleri cum autorita.tutoris: ut hic dicitur,& in d.§.pupillus.de inuti.ſtipul.

10 † Et qualiter pupillus obligetur,no.Bar.in d.l.1. col.pen. ſupra de noua.cuius dicta reaſſumit Ang. Aret.in d.§ pupillus.col.1.videbimus in l. pupillus infrà eod.

IN L. NON VVLT HAERES ESSE.

Argumenta.

1 *Legitimus cõſentiens hæreditatem transferri in inſtitutum,præſumitur nolle hæres eſſe.*

2 *Transferre latius patet,quàm concedere.*

3 *Transferre velle intelligitur quis varijs modis.& n. 9.*

4 *Corrũpere volens mulierem,quãdo capite puniri debeat*

5 *Voluntas non eadem eſt cum facto,ſed ipſa re diſtincta.*

6 *Verba ſtatutorum ſunt proprie intelligenda.*

7 *Veneno interficere volens,an ſit plectendus,ſi non perfecerit quod voluit.*

8 *Venenum necandi gratia punitur,ac ſi necaſſet.*

9 *Verba actum denotantia pro materiæ ſubiecta ratione ſumuntur,quandoque pro ſimplici voluntate.*

10 *Voluntate ex facto collecta,præſumitur tacita.*

11 *Actus ſe habens per modum actionis,fortior cenſetur eo,qui per patientiam conſtat.*

12 *Non velle dicitur,qui etiam velle poteſt.*

REGVLA VI. VLPIANVS.

NON vult hæres eſſe, qui ad aliam transferre voluit hæreditatem.

ISTA regula melius quàm gl.dicat, exemplificari poteſt in caſu l.ſi quis ita hæres inſtituatur ſi legitimus.ſup.de hære.inſtit.ubi hęres inſtitutus ſub conditione ſi legitimus hæres hæreditatem uẽdicare

1 re nolit.† Nam ſi legitimus conſentiat quòd hæreditas in hæredem inſtitutũ transferatur, apparet quòd nõ velit eſſe hæres,vt hic dicitur: qui enim rẽ in

in alterum transfert, illam nolle ipsa habere dicitur, vt de donatione text. dicit in l. senatus. § j. de dona. cau. mort. ubi qui donat, illum potius quàm se habere mauult. Et qui rem habet pro derelicto, intelligitur uoluisse in alium trásferre, & se omnino reiicere. ut inquit tex. in l. 1. in l. si id quod. §. fi. ff. pro dereli. in l. quod seruus in princ. ff. de stipulat. ser. & in §. hoc amplius. instit. de rer. diu. Et ideo hic bene dicitur, quod non vult hæres esse, quia ad alium uoluit hæreditatem transferre. & uerbum istud, transferre, de quo text. loquitur intelligitur de totali abdicatione. † quia plus est transferre, 2
quam concedere, ut per gl. in c. 1. de commo. in §. sed quod prin. in uerbo, concessit. institu. de iure natu. & in cap. lex est. 2. distinctio. quæ exponit, & transtulit, id est concessit. Et ideo translatus de vna ecclesia in aliam. nihil retinet de prima 21. q. 2. c. si quis translatus. Et not. Bal. per illum tex. in l. Vlpianus. ff. de execu. tut. Et dum in tex. dicitur hic uoluit transferre, ista verba dupliciter intelligi possunt.

† Primo simpliciter pro nuda voluntate, ut quia 3
declarauit uoluntatem suam esse, quòd hæreditas in alium trásferatur, prout dictum est in figuratione casus, per illum tex. in d. l. si quis ita hæres.

Secúdo, illa verba uoluit transferre, intelligi possunt cum effectu, ita quòd re ipsa hæreditatem ipse in alium transtulerit. Et ita uidetur glos. hic intelligere.

Et secundum istum intellectú hic probatur quod uoluit. glo. not. per illú tex. in l. in fi. ff. de rer. diuis. quæ uerba hic posita, muros transcédere uoluerit: interpretatur & intelligit, quòd re ipsa transcéderit muros. † Bart. ibi det illam glo. infert statutú, 4
quo cauetur, quòd si quis uoluerit a aliquam mulierem corumpere capite puniatur. Nam intelligitur, quòd cum effectu illam corruperit. Et ex hoc dicto Bar. infert Frá. de Cre. in suo no. 49. defensaui semel,

a Voluerit, istud dictum sequitur Barbat. in c. quia non nulli de rescri. col. 17 & Fe yn. in suo trac. quádo conatus puniatur in j col. in prin. qué uide in ista materia doc. in trac. falien in reg. 31. fol. 8. & Bertachi. in suo reperto. in uersic. uenena.

semel, quòd stante statuto, quod si quis voluerit aliquem venenare, capite puniatur, quòd tale statutum non haberet locum in illo qui præparauerat uenenum, si delictum non fuit consumatum: quia uerbum illud uoluerit, intelligitur de ipso quòd fecerit. Et pro tali expositione etiam est gl. in l. 1. in uerbo uoluerit. ff. de leg. 2. Et illum not. ibi Alex. in fin. post. Paul. de Cast. Et ad idem est gl. in l. fin. in princ. C. de condi. in uers. uoluerit, quam exponit uoluerit, id est elegerit, & in l. si constituerit, in ver. voluisse. ff. fini. reg. & in l. quod si ab initio. ff. cer. peta. & in c. si diligenti, in uerbo, purgare de foro compet. & not. Bal Ang. & Imo. in l. si quis Semproniũ. supra de hære. instit.

a Sed tamen *a* aduertendum est in prædictis quæ Doctores simpliciter sequuntur. Nam talis expositio est contra proprietatem veborũ: † quia voluntas ab ipso facto separata est, & distinguerit c. 1. de eo qui mit. in pos. l. promissor Stichi. §. cũ cõstituto supra de constit. pec. Et ideo exponere uerbum uoluerit pro ipso actũ, est contra proprietatem verborũ. Bene fateor, quòd talis expositio tolerari potest quandoque propter subiectam materiam: quia verba secundum subiectam materiam accipiuntur l. si uno. in prin. ubi Bar. C. loc. etiam impropriãdo uerba: ut Alexan. tradit in cons. 5. puto de iure lib. 5. cũ simil. ut dicam in l. quoties infra eod. Et hoc modo procedit & intelligitur gl. in d. l. fin. supra de rer. diui. Nã illa expositio ibi necessaria est, quòd exponatur uerbũ illud, transcendere uoluerit, pro facto quod transcenderit, quia pœna de qua ibi agebatur, erat imposita pro ipso facto, ut dicitur ibi in principio l. si quis uiolauerit. Nam uerbũ illud, violauerit. designat factum, unde licet postea inferius in eadem l. dicatur, quòd Remus occisus fuit ex eo quòd muros transcẽdere uoluerit: cõsonat, quòd uerbũ illud uoluerit, pro facto accipiatur, secundum quod in princip. l. dicitur. Et ideo illatio quam facit Bart.

a Tamen eadẽ tradit & tenet Dec. in l. certi condictio. §. fi. colũ. 2. supra si cert. pet.

5

ad statutum in d.l.si non bene probatur in statuto, quia in statuto non cõcurrit illa ratio ita interpretandi. quæ in præalleg.l.fi.habet.

Et in contrarium est regula communis, † quòd statutorũ verba propriè intelliguntur l. 3.§.hęc verba. vbi Bar,ff.de neg.gest. 6

Minus etiam satisfacit illa decisio Francisc. de Crem. quòd statutum, si quis voluerit venenare aliquem, non habeat locum in eo qui præparauit venenum.

† Primo, quia militat ratio inducta cõtra Bar.ꝙ in casu statuti non subest illa necessitas *a* recedendi à proprietate verborum, prout erat in casu d.l.fi.de rerum diui. 7 a

Secun-

a Necessitas I nol. videtur quòd sic: quia statuta punientia delicta, intelliguntur de consummatis, iuxta doctrinã Barto.& omniũ in l. 1. ad leg. Corn. de Sicar. & statuta debét intelligi in casu vero,& nõ ficto l.3 & ibi Bal.§.hæc verba de neg.gest.l.& quicquid de verb. oblig § & sic ista voluntas venenãdi etiam si processit ad actum propinquum, dr ficta, vnde non potest puniri per statutum, quia requirit factũ verum & cõsummatum, prout in simili consuluit Bald.in conf 356.incip. statuto Placentiæ in j.vol. vbi vult quòd stante statuto Placen quod quicunq; nixus fuerit adulterium committere, decapitetur, quod siquis tentauerit, & non potuit adimplere, quòd non sit decapitandus, sed quòd puniatur alia pœna pecuniaria : per not. per Cyn.& Docto in l.is qui cum telo ad leg.Cornel. de Sicar. Tertio facit, quia per consuetudinem totius mundi est derogatum omnibus legibus disponentibus conatum puniri.vt vult Specul in tit.de accus. in § 1. quem sequitur Bal.in conf.36 .in j,vol.incip quidam rumor.& Alex.in conf.15. in 1.vol.2.col. Ang.& Mod.in l,1.§.hæc autem verba ff.quod quisq; iu r.Felyn.in tract quando conatus puniatur.in 3.col.Ang. in tract malefic in ver. & ex interuallo pen, colum Berthach in suo repert. in ver.venatio.vbi dicit se pluries iudicasse Romæ.Barbat.latissimè in conf.33.in 2.vol. & hæc est communis opin. prout ipse dicit, & sic videtur quòd bene iudicauerit Franc.de Crem.exponendo venenauerit, idest,re ipsa fecerit & mors secuta est pro quo facit text.gloss.in cap.consulere. de simo.his tamen non obstantibus credo opin. D. Philip. veram per ea quæ ipse subtiliter dicit, prout moris eius est semper mittere falcem suam in materias subtiles, nodosas, & intricatas, & eas miro & subtili modo enucleare, nam negari non potest,quòd voluntas sit separata ab ipso facto.text.c. 1.hic per eum alleg vbi glo.in verùc.voluntatem, alleg.plures concor. quæ voluntas in delinquendo retenta in animo etiam in atrocissimis delictis non punitur. l.cognitionis supra de pœnis latè Card.in clemen. 1.de vsur.in 3.q. sed vbi processum est ad actum exteriorem,efficitur punibilis. vt not. dicit Bald in l. non ideo minus.C.de accus. 7.col.dicens, quod etiam in atrocissimis voluntas, seu ordinatio ad delinquendum non punitur, nisi processum sit ad aliquem actũ ordinatum de præsenti ad ipsum factum, quo casu venit punienda.sic ergo in præsenti casu. Secundo, vbi quis est impeditus impedimento facti, vt quia

fuit detectus, non venit puniendus conatus: vt volunt Docto. maxime Card. in d.c.1. de eo qui mit. in pos. Tertio, statutum loquitur clare & expresse punien do ipsam voluntatem. ergo debemus sequi illud: quia lex vel statutum quancunque durũ & rigorosum sit, vbi clare loquitur, est sequendum. l. prospexit. ff. qui & à quibus. Quarto, verba statuti sunt intelligenda proprie vbi absonus intellectus non sequitur in l. 3. §. hæc verba & ibi Bartol ff. de neg. gest. ita in casu isto cum clare constet voluntatem statuentium velle punire ipsam voluntatem delinquendi propter atrocitatem delicti: vt in l. 1. C. de malef. vbi glo. Salyc. & Ioan. Fab & Ang. post gl. in §. alia. instit. de publi. iud. Bal. in suo consil. 164. in 3. vol vbi appellat istud delictum grauissimum, dicens quòd committens tale delictum, proditor & homicida nuncupatur. ergo si est grauissimum, quare non puniet eius conatus sicut in aliis etiam hodie. Vt in crimine læsæ maiestatis, & in assassinamento, vt vult ipse Bal. & Angel. post gl. ibi in d. §. hæc verba. & magis latè Ludouic. Boleg. in suo consi. 8. in 3. col. vers. quo assassinamento. Quinto, facit dictum consil. Bal. 356. vbi vult, quòd si ibi probatum esset quòd ille qui tentauit committere adulterium, fecisset quicquid potuerit, & per eum non steterit, quòd veniret puniendus: tamen quia ibi non perseuerauit: quia pœnituit, non venit puniendus. & ad contraria supra adducta respondeo, quod nos loquimur vbi statutum clare vult punire conatum: quia tunc non potest dici casus fictus, imo verus, quia ipsa voluntas delinquendi vere est, nec etiam consumatum, quia satis est consumatum illud quod punit statutum nec etiam obstat communis opinio, quæ habet, quòd generali consuetudine est hodie derogatum omnibus legibus punientibus conatum, quia illa non extenditur ad atrocissima delicta, vt supra dictum est, nec etiam obst. d.c. consulere, qua responde, prout ad l. fi. de rer. diuis. Et bene verum, quòd in iudicando esset durum recedere à prima opin. quam sequuntur omnes. de quo vide. his per DO. Philip. alleg. maxime Barb. Vnum tamen dico, quòd si casus eueniret vbi esset in practica talis species delicti prout est Romæ, quod iudicarem contra cõmunem, & credo quod recte. Hier. Chu.

Secundo, quia in casu in quo loquitur Franc. de Cremona, ille non habuit simplicem voluntatem, sed deuenit ad actum, quia venenum præparauit, & per eum non stetit, quia detectus fuit, vt ipse dicit. quo casu statutum videtur voluisse talem pœnam imponere propter atrocitatẽ delicti, quia plus est hominem veneno interficere, quam gladio. l. 1. C. de male. Et ad hoc bene facit decis. Bart. in l. 1. ff. parric. vbi in vlt. not. per illum tex. dicit, quòd ille

8 qui emit venenum vt daret alicui, licet non dederit, punitur tamen ac si dedisset. Quod dicit notandũ esse contra quosdam monachos, qui voluerunt abbatem venenare.

Et de hoc no. Ioan. de Anan. in rub. de his qui fil. occ. & Bart. Veron. in cõs. 81. visa inquisitione. & est consi. vltimum. Et idem Bar. Veron. in cons. 5. casus talis

talis.& in simili casu de abortiuo tradit And. Sicul. in cons.23.sapientissimus dicit lib.2.col.pen.

Eodem modo quantũ ad casum huius l.applaudet quòd uerba illa trãsferre uoluerit, intelligitur cum effectu proptet subiectam materiam: ut sup. dictum est.

† Sic etiam econtra propter subiectam materiam 9
verba quæ denotant actum & effectum, pro voluntale simplici quandoque accipiuntur l. stipulatus sum damam. de verb. oblig. cum gl. in ver. dares. quæ exponit dare velles l.2.in prin.ff.solu. matr. in ver.cogitur.circa fi.dum dicit:stipulanti idest stipu re uolenti.& in l.illud.C.de sacrosan.eccle.in ver.fecerit.quæ exponit, idest facete uoluerit.facit tex.in l.1.§.1.ff.de aqua plu.arcen. cum gl. in ver. noceat. quæ exponit,id est nocere possit.ad idem l. Labeo.ĩ prin. sup. statu lib. ibi, nocet, id est nocere possit.in l.hæ actiones.ff. ad Velleia.cum gl.in ver.com petunt.quæ exponit,id est competere possunt,cum sim.ut in not.casu tradit And.Sicul.in cons.11.præ clare dicitur.col. 3.lib.2.& consi.81.præclare & eleganter.col.2.lib.4.

Et retento supradicto intellectu,ad istum tex.ꝙ verba illa transferre uoluit intelligantur cũ effectu ita quòd taliter in alium hæreditatem transtulerit, colligitur,& bene probatur hic,† quòd ex facto vo- 10
luntas declaratur ad idem tex.in l. Paul.respondet. ff.rem rat.hab.in l.si auia.C.de iure delib.in l.repre hendenda.cum gl.C.de instit.& substi.ubi gl.in ver. comprobasti. quæ alleg. bonum text.in l.de quibus supra de legibus.

Et plus est aliquid facere facto,quàm verbo:vt di cit tex.in c.dilecti.el.2.app.Et plus est facere, quàm pronuntiare,vt inquit tex.in l.si tamẽ.§.ei qui ĩ. de ædi.l.edic.& pauciora sunt facta ad declarandũ uoluntatem,quàm verba, quæ sæpenumero contra in tentionem proferuntur:ut Abb.dicit in.cõs.117.il lud de iure quæritur.lib.2.col. 2. † Notandũ tamẽ 11
est,

est, quòd voluntas quæ ex facto colligitur, tacita videtur. Et ad qualitatem facti restringitur, & limitatur. vt not. Bar. in l. 1. §. si quis hoc interdicto. in fin. ff. de iti. actuq; priua. quod vero verbis fit expressū, dicitur, & magis extēditur. gl. no. in cle. sæpe. in ver. partibus. circa fi. de verb. sig. de qua no. Pau. de Cast. in l. si. cōuenerit. supra de iurisd. om. iu. & in consi. 25. super primo. col. 5. secundum formam primam. & Roma. in consil. 133. in proposito casu. & ad idem facit glo. not. in l. 1. §. sed videndum. in vers. succedat. infra. de suc. edi. prout illum declarat Paul. de Cast. in l. 1. C. qui admit. de quo videndum est quod dixi ibi, col. 3.

Similiter notandū est, quòd licet facto voluntas declaretur, vt supra dictum est, tamē actus facti qui se habet per modum agendi, est fortior & magis intentus ad demonstrandum voluntatem, quàm actus qui sola patientia consistat. vt no. Inn. tradit in c. olim el 3. de resti. spol. Ant. de But. in c. veniēs. col. 2. uers. restat uidere, de fil. presby. cum sim. ut Moder. congerunt in cap. gratum. de offi. deleg. & dixi ibi. col. pen. Sic etiam testis facilius probat facere, quàm pati. ut not. Bal. in l. data opera. col. 11. uers. 8. modo dicitur. C. qui accus.

Vltimò considerandū est, quòd regula ista uidetur procedere quantum ad hæreditatē. de qua principaliter disponitur, quod in aliū transferatur. Secus est in consequentia: quia transferendo in aliū hæreditatē, uidetur uelle esse hæres per prius, quia aliter in aliū translatio fieri non potuisset. l. si auia. ubi tex. C. de iure delib.

In gl. unica, quę laborat ponēdo exēpla ad istum tex. quæ non uidentur conuenire. Nam in duobus primis exemplis nō potuisset pro se retinere ille, q. in alium transtulerit hæreditatem, cuius contrariū uidetur præsupponere tex. hic, dum inquit, nō uult

12 hæres esse †quia nō uelle dicitur, qui potest & uelle l. eius supra eo. & ulterius in secundo exēplo, quando

do quis fuit grauatus restituere, ipse remanet hęres saltem nomine, & nō fit totalis translatio, ut denotat uerbum illud, transferre, dictum fuit in princ. Alia duo exempla proposita in gl. etiā non possunt bene adaptari: quia ibi hæreditas in illū transfertur propter expressam repudiationem: & non ex eo simpliciter, quando quis hæreditatem in aliū transtulerit, prout hic tex. loquitur, & vltra gl. secūdū Alb. hic exēplificari potest tex. in casu l. fuit quæstionis. supra de acq. hæred. & in l. Iulianus. in princ. supra si quis omis. causa. test. Sed etiam illa iura non uidentur bene adaptari posse ad istam regulā, quę videt̃ loqui in casu licitò, in quo q̃s possit licite in alium hæreditatem transfere, uel illā habere apud se: sed in illis iuribus punitur transferendo hæreditatē in aliū: ideo exēplificari potest, ut dixi supra in prin.

Philippus Decius Valentiæ.

IN L. EIVS EST NOLLE.

Argumenta.

1 *Testamentum est quod indiuiduum, quod nō est partim validum & partim nullum.*

2 *Ius accrescendi qua ratione introductum fuerit.*

3 *Substitutio pupillaris an faciat testamentum pro parte valere, quod alias non ualet.*

4 *Testator non potest ius accrescendi prohibere in institutione.*

5 *Hæres partem hæreditatis adire nequit, alia repudiata.*

6 *Miles partī testatus, & partim intestatus decedere pōt.*

7 *Miles de vna re testari potest, in reliquis remanens intestatus.*

8 *Miles, quod ad testamentum attinet, in dubio præsumitur vti velle communi iure.*

9 *Miles cœlestis militiæ uno iure testatur, & an possit testatus partim, & partim intestatus decedere.*

10 *Qualitas quæ uerbo adiungitur, secundum tempus verbi ferè semper intelligitur.*

11 *Sen-*

11 *Sententia iudicis quare strictā recipiat interptationē.*
12 *Statuto induci potest, ut decedere possit quis partim te status, & partim non.*
13 *Testatus partim qui decedit, quando alicui totum relinquere nequit.*
Vxor maritum in tertia parte bonorum potest hæredē instituere, in reliquis quos vult, aut debet.

REGVLA VII. POMPONIVS.

IVS nostrum non patitur eundem in paganis, & te-
a *stato & intestato a decessisse, earumque rerum naturali-*
ter inter se pugna est, vt testatus, & intestatus quis sit.

1 ISTA regula comprobatur: † quia testamentum est actus indiuiduus. Ideo pro parte ualere nō potest: ut no. Cyn. in l. furiosum. C. qui test. fac. pos. & Bal. per illum tex. in l. si is qui legē supra de test. & facit tex. in l. fideicommissa. §. 1. & quod ibi Bar.
2 de leg. 3. Et propter istam regulam † ius accrescēdi introductum fuit, ne quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, ut no. per gl. in l. si ser uus cōmunis exterò. ff. de acquir. hered. vt not. Bart. in l. 1. §. his ita. uer. tertio habet. C. de cad. tollen. in l. reconiuncti. col. 7. uer. quarto quæro de l. 3. & probatur. in §. non autem. inst. de hered. instit. ubi tex. ista rationem adducit. & in l. duobus. suprà de test. mil. & de ista ratione videndum est quod dixi in l. j. C. quando non pet. part. ubi defendo prædictam rationem ab impugnatione Mod.

a Intestato. Circa istam regulā uideas socin. in tract. fal. ubi ponit uiginti duas fallētias in reg. 400 fol. 55. & inquantū dicit qđ ad pias causas pōt quis decedere pro parte &c. uide Ias. l. 1. C. de sacrosanc. eccl. col. 4. ubi dicit quod cōis opin. est qđ intesta. ad pias causas non sint sublatæ solennitates iuris. ciuil. soc. tū ubi sup. tenet cum Bar. Hier. Chuc.

Ista regula ampliatur tripliciter. Et quatuor modis limitatur.

† Primò enim ampliatur, vt etiam habet locum in pupillari substitutione, quā facit pater pro filio, ut no. Bal. in l. sed & plures. §. ad substituit. ff. de vulg. ubi per illū textū dicit, qđ sicut pater potest

decedere pro parte testatus,& pro parte intestatus, ita filius cui pater pupillariter substituit: quod dicitur esse notatu dignum, & hoc refert & sequitur Cor.Peru.consi.38.in casu isto.li.5.

4 † Secundo ampliatur, ut regula intantum procedat,quòd dispositio testatoris in contrarium nō ualet,quia nō potest testator in institutione prohibere ius accrescendi,ad istum effectum,ut pro parte decedat testatus,& pro parte intestatus, ut not. Bart.in l.si duo in prin.suprà de hær.instit.& de hoc doct.omnes cōueniunt.arg.l.nemo potest.de leg. 1. Sed inter doc.magna est discordia.An tali casu debeat testator in totum testatus uel in totum intestatus decedere,de quo videndum est in locis alle. per Alex.in l.quoties.C.de hær.inst.& l.si quis priore.in fin.suprà ad Treb.

5 † Tertiò ampliatur, ut idem sit in hærede qui non potest hæreditatem pro parte accipere, & pro parte recusare. l. 1 & 2.ff. de acq.hæred. Et in tantum hoc procedit, quòd etiam filius hæres institutus non potest legitimam retinere, & residuum hæreditatis repudiare, ut tenet Cyn. in l. hæres institutus. C. de impub. ubi Bal. & Paul. de Cast. sequuntur. & Bar. in l. quia poterat suprà ad Treb. cum simi.ut tradit ibi Alex. & idem Alex. in consi. vlt.lib.5.Pet. de Anch. in consil.312. ex sola vulgari Aret. in consi. 160. longa est ista consultatio.col.2.

6 † Prędicta regula primò fallit in milite qui potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus:ut colligitur hic ibi,in paganis. & est tex. §. nō autē.instit.de test.mil.& in l.qui miles unū.in l. si duobus,suprà de testa.mil. Et nōn solum pro parte bonorum, sed etiam pro parte temporis militi priuilegium conceditur,ut probatur in l. miles ita hęredem,suprà de test,mil. Et ratio specialitatis in milite uidetur;quia uice duarum personarum fungitur.l.2.§.fin.suprà ad Maced.

Et

Et regula ista de eadem persona loquitur, ibi, eundem. vnde non mirum: si regula non habet locum in milite, licet vice plurium personarum fungatur. Et ita dicunt Bal. Sal. & Mod. in 2. not. in l. 1. C. de testa. mil. Et ex ista ratione inferri uidetur, quòd miles testari possit de bonis castrensibus tantum, & in paganicis remanebit intestatus, uel econtra, non autem uidetur, quòd pro parte bonorum paganicorum testari possit. ita inferri videtur ex ratione præalle.

Sed tamen hoc nō est uerum, quia etiam de vna re miles testari potest, & in omnibus alijs bonis intestatus decedere. l. similes. vnum ex fundo. suprà de test. mil. l. cogi. §. sed & si miles. suprà ad Treb. Et ratio superius alle. non uidetur vera: quia imò miles pro una persona consideratur in tali priuilegio. ut colligitur in d. §. cum autem. instit. de hær. inst. ubi ponitur regula, quòd iste non potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, nisi sit miles.

Vt ergo exceptio facta de milite cōueniat, miles pro una persona reputatur, ex quo regula ibi facta est de eadem persona ibi. neque idem & dixi latius in d. l. 1. de testam. mili. Non obstat l. 2. infra ad Maced. quia ibi dicitur, quòd miles filiusfam. in castrē si peculio reputatur sui iuris, quia aliàs non posset testari. l. seniū. C. qui test. facere pos. l. qui in potestate suprà de testamē. unde in alijs militibus qui sunt sui iuris illa ratio cessat. Est ergo dicēdum, quòd in militibus speciali priuilegio hoc cōcedatur, vt possint etiam pro parte testari: † tale priuilegium

8 habet locum, quando apparet de eorum uoluntate, a Cōs. Alex. cō-

a aliàs in dubio præsumitur, quòd iure communi uti uelint. l. in testamento. C. de testamento mili. cum simi. ut dixi ibi in ult. not. Et ista limitatio de militibus extenditur, ut etiam habeat locum in pia causa: ut not. Bart. in l. 1. C de sac. san. eccle. & sequtur Alex. in cōsi. 105. in fi. lib. 4. Abb. in cōsi. 31. circa duo col. 2. in 2. lib. Et pari ratione idē videtur in

a Cōs. Alex. cōsi. 60. nu. 20. lib. 2. consi. 55. nu. 6. lib. 5.

testamẽtó facto inter liberos, per ea quæ notantur. in l.hac consultissima.§.ex imperfecto.C.de testam.

9 † Restringitur tamen ista limitatio in militibus armatæ *a* militiæ, prout iura supra alleg. loquuntur: Et non haberet locum in militibus cœlestis *b* militiæ: vt not.dicit Ioan.And.in rub.de pecu.cler. in add.Specu.in versi.est autem sciendum. & sequitur Aret.in l.1. quam legit cum l.2. col.4. ver. adde etiam. ff. de acq. hæred. Hoc tamen pendet ab his quæ tradunt Alex.& Moder. in l.centurio, supra de vulg.& pupil.

Secũdo regula limitatur procedere à principio, vt verba regulę etiã indicãt, ibi, decessisse. & in d.§. nõ autem.ibi, nec enim ex parte intestatus decedere potest. Et sic verba referuntur ad tẽpus mortis: quia † qualitas adiuncta verbo secundum tempus verbi intelligit.l.Titius. vbi Bar. ff de testa.mil.in l. in delictis. §. si extraneus. de noxa.Secus verò est ex postfacto: quia non prohibetur quis ex postfacto decedere pro parte testatus,& pro parte intestatus. *c* vt probatur in l. circa. supra de inof.test. vbi Bar. & doc.dicunt, & hoc sanè intelligitur qsi per sentẽtiã iudicis post aditam hæreditatem mediãte querela rumpitur testamentum pro parte.d.l.circa. nã querela non intentatur nisi post aditã hæreditatem.l. filium.§.sed cum exhæredatio. supra de contratab. † & sententia iudicis strictè intelligitur: quia ex verbis sententiæ non infertur nisi quatenus verba sententiæ important de necessitate: ut nõ.Bar.in l.Iulianus.col.4.supra.de cõd.indeb.vbi alleg.l.si iudex. ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.& l.1.C.de ord.iud. & not. Fulg. in cõsi.140.præsuppositis.meritò ergò sententia iudicis restringitur, vt pro parte rũpatur testamentum: secus verò si testamẽtum rumpatur pro parte ex dispositione legis, & ante aditam hęreditatem: quia tunc etiam ex postfacto in totum rumpitur, vt nõ. Bar.per illũ tex. in l.pen. ff.de ritu nupt.& Paul.de Cast.ibi declarat.

a Armatæ. Pro hoc facit glo.in §.sed hactenus. inst.de mili.testa. qui vult, q̃ nulla priuilegia cõpetant militibus non existentibus in expeditione, nisi quod filiusfam.& surdus & mutus milites possint testari. quæ glo. cõiter approbat ibi. de quo latè doct.l.Centuriõ. hic alleg.H.C.

b Cęlestis. Facit Matthes.singul 81.

c Pro parte intestatus. De hoc vide latissimè l.Paul de Cast. in 1nam & i.§. filius ff.de inoff. test. & in l. cum duobus C. de inoff.test.

Tertiò

Tertiò regula fallit, si aliter diponatur à statuto: quia huic regulæ licet à testatore derogari non pos
12 sit suprà dictum est, tamen † autoritate statuti induci potest, quòd quis possit decedere pro parte testatus, & ꝑ parte intestatus, ut nota. Ang. & Imo. in l. moribus. in prin, per illum tex. ff. de vulg. & pu, & Alex. in l. sequitur. in 2, notab.

Quarto & ultimo regula fallit, quãdo quis alicui non potest totum relinquere, sed tantùm partem, a
a quia in alia parte erit intestatus: ut not. Bart. per illum tex. in l. 1. C. de secun. nup. no, in l. si is qui. ff. de vulg. & pupi. ubi Alex, post alios in 2, notab, & ibi reprehendit glo, nostram hic, quæ tenet quòd totum acquiratur. licet postmodũ auferatur sibi illud qđ erat prohibitum & Bart. in d. l. 1, de sec, nup. refert opi. glo hic, & in d. l. 1, quæ idem tenet, Sed ipse dicit esse speciale in illo casu, ut quis possit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus: sicut est milite. quasi velit Bar. quòd propter dispositionẽ legis & statuti hoc fieri possit, ut supra dictũ est. Et certe hoc esset verum in terminis d. l. 1. de secund. nup, si constaret de mente legis. Sed in illo casu nõ cõstat, quòd Imperator voluerit derogare huic regulæ. † Nam simpliciter ibi dicitur, quòd nõ potest uxor maritum instituere, nisi in tertia parte. Et pro hoc non infertur, quòd in alijs partibus, mulier intesta ta decedat: quia intelligitur, quòd aliũ instituat in alijs partib. Et casu quo nõ intueret in totum, acquiritur iure accrescendi. Sed ultra tertiam partẽ restituere cogetur, arg, l. cogi, §. hi qui solidum supra ad Treb, et ita in effectu glo. hic saluari potest.

a Partem. uide Steph Bertran. in l j. nu. 47 & ibi Io de Garro super glo. 2. nu. 8. & 5.

IN L. IVRA SANGVINIS

Argumenta.

1 *Naturalia quæ sunt, immutabilia sunt.*

2 *Pater iure naturali filios educare tenetur, non obstante statuto contrario.*

3 *Pactum quòd pater non tenetur alere filium, est ipso iure nullum.*
4 *Filius an possit ex causa alimentis priuari.*
5 *Filius, qui debitam sibi portionem consumpsit, alimenta à patre petere poterit.*
6 *Pactum contra ius naturale aut officium paternum, est ipso iure nullum.*
7 *Legitima filijs debita non potest per statutum auferri.*
8 *Legitima quo iure filijs sit debita ex bonis parentum.*
9 *Legitimu patri vel matri, an statuto possit minui, vel in totum tolli.*

REGVLA VIII. POMPONIVS.

IVRA sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt.

Hæc regula de plano procedit capiendo iura sanguinis pro ipsa coniunctione sanguinis, quæ tolli nō potest etiā pacto. l. ius agnationis. supra de pact. l. abdicatio, vbi gloss. C. de dat, pote. † quia naturalia 1
immutabilia sunt. §. fi. insti. de iur. na. bñ facit tex. in l. 2. supra de vsuf. ea. re, quę vsu cōsu. vbi dicitur, ꝙ rō naturalis autoritate Iurisconsulti immutari nō pōt, & iō ista naturalis coniunctio sanguinis ōt cadit in seruum, vt not. Bart. in l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accu. Ius verò cognationis quod à iure ciuili inducitur, bene tolli potest: vt per glo. in §. quod autē. in versi. cognationis. instit. de capi. dimi, & no. Bal. in l. 1. §. ius naturale. in fi. ff. de iusti. & iur, vbi inquit, quòd ista agnatio vel cognatio non potest tolli, sed ius agnationis, idest, ius proueniens ab agnatione, tolli potest. Et in no. casu tradit Roma, in consi. 82. quo ad id quod quęritur. vbi concludit, cōiūctū sanguine posse haberi pro extraneo ex forma statuti quo ad commoda ciuitatis. † Et cum 2
pater iure naturali teneaẗ alere. l. 1. §. ius naturale, supra de iusti. & iur. per iustū tex. infert Alb. de Ros. in 1. par. statutorum, in q. 40, in versic. item quæro.

quòd

quòd non valet ſtatutum, quòd pater non teneatur filiū educare. & ad hoc alleg. Iac. de Are. in l. ſi quis à liberis. ff. de lib. agn. & Galeotum in tract. de alim. in verſi. pone quæſtionem. & allega. etiam Spec. in tit. qui fil. ſint leg. col. 4. verſ. ſed pone, quidam eman-
3 cipauit filium. † ubi tenet non valere pactum, quòd pater nō teneatur alere filium, cui dedit patrē ſuā, ſi poſtmodum ad neceſſitatem peruenerit. & quòd
a non valeat pactum, *a* nec ſtatutum, tenet idem Alb. in l. 1. §. ius naturale, col. fi. verſ. ſed quæro. ff. de pac. Sed tamen contrarium de iure videtur ſaltem ex cauſa: quia licet educatio liberorū ſit de iure natu-
b rali quantum ad inſtinctum *b* naturæ. dict. l. 1. §. ius naturale. & 1. diſt. in c. ius naturale: tamen ille naturalis inſtinctus eſt reductus ad neceſſitatē à iure ciuili, l. ſi quis à liberis. in prin. ff. de lib. agn. vnde in pluribus caſibus videmus, quòd alimenta filio denegari poſſunt, puta ſi filius à ſeipſo viuere pōt, d. l. ſi quis à lib. §. ſed ſi filius. de lib. agn. Et ex pluribus caſibus poteſt filius exhæredari. §. aliud quoq; capitulū. in auth. vt cū de ap. cog. Et pariter ex illis cauſis alimenta denegari poſſunt, vt no. Bar. in d. l. ſi quis à lib. §. ſi q̃s ex his. & in l. diuus, ſupra de part.
4 & in l. ſi patrem. C. de alen. lib. † ergo pariter videtur, quòd ex cauſa filius a ſtatuto poterit priuari iure alimentorum: quia tollitur ſolum illa neceſſitas
c *c* à iure ciuili introducta, & remanet ille inſtinctus naturalis: & tūc pater ſecundum illum naturalem inſtinctū qui tolli non poteſt, poterit alimenta miniſtrare: quia ſolū in effectu, vt dictum eſt, tollitur illa

a Pactum. Vide Ludo. Bolog. in conſil. 21. in 2. col. & 7. vbi an valeat arg. de pacto ad ſtatutū. & adde quod cōis opi, Cano, à qua nullus diſcrepat, tenet q̃ non valet conſuetudo q̃ pater nō teneatur alere filium. ita Rochus Curt. in repet. c. quanto. de conſuet. col. 34. fol. 22. H. C.

b Inſtinctum. Iſte vt metus legiſta non capit quid ſit ius naturæ, quia inſtinctus licet inſit à natura non eſt ius, ſed paſſio vel affectus. Ius aūt naturæ quātū ad diuina eſt notitia quædam legis diuinæ hominis naturæ à Deo indita. ad Rom. 1. & iux a illud pſal. 4. Signatū eſt ſuper nos lumen vultus tui. Quantum autem ad ciuilia negotia, ius naturæ eſt negotia ſiue dictamen rectæ rationis naturaliter inditum. vt probatur in l. cum naturalis ratio de bon. dam. Et tradit Io. Gerſ. in lib. de vita ſpirit. ani, Aret. Felyn. Pſal. 1. Sic in propoſito, vt recta rō dictat liberos alendos. ita ius naturę obligat, contra data iuſta cauſa denegandi, vt nec recta ratio ita, nec ius naturæ obligat. Nec propter ea ius naturæ ſeu recta ratio mutatur in ſe, tamen cā ſubiecta mutatur ſeu circūſtātiæ caſus variantur.

c Neceſſitas. Vult dicere quòd remanet ius naturale, & eius obligatio; licet non detur actio de iure ciuili, quod hic ineptum eſt.

illa necessitas inducta à iure ciuili. & ad hoc facit text.in auth. ex complexu. C. de incest. nupt.ubi pater filio non tenetur præstare alimenta. Ergo pariter ex causa à statuto hoc induci potest, imò etiã sine causa *a* videtur, quòd fieri possit, quia iura ciuilia pro voluntate statuentium mutari possunt. §.fi.inst.de iur. nat.

a Sine causa. Falsum, nec ualeret tale ius ciuile, tanquam iuri naturali cõtrariũ, sicut cũ tyrannus ius denegat.

b Petere. Vide Barba.in c. quæ in ecclesiarum, de cõstit. col. 5. post med.

Non obstant alle.supra in contrarium:quia possunt habere locũ in pacto, prout loquitur Spec. in loco supra alle.secus uidetur in statuto saltẽ causa subsistente,per ea quæ supra dixi. Et in pacto idem tenet Bal.quòd † filius qui consumpsit partem suã quam habuit à patre,possit petere *b* alimenta.Bald. 5 idẽ tenet in d.l.1.§.ius naturale.col.fi.in ver.quæro quid si filius.& in l.scimus.in prin.in versi.6.quęro. supra de inof.te.ar.l.libertus qui operarũ. supra de ope.li.& idem Bal.in auth.si captiui.in fi.C. de epis. & cle.cum si.ut tradit Alex.in l. si cum dotem. §. 1. col.3.ff.sol.mat.& dicit Bar. in d.l.j.§.parens. in fin. non ualere pactum,quod filius alimentari non debeat.ff. de lib. agn.

Et quod dictũ est uidetur limitare Bal. in auth. quid si rogatus.col. 2.uer.& facit ad duas quæstiones.C.ad Treb.nisi filios partem sibi datam à patre perdidisset dolo uel lata eius culpa. & sequitur Alex.in in d.l.si cum dotem.§. 1.

6 Sed considerãdum est,† quia aut dicimus quòd non ualet pactum,quia sit contra ius naturale, uel cõtra officium paternum.Et ista ratio pariter mili tare videtur, dato quod filius ejus dolo uel lata culpa portionem sibi datã perdiderit.Aut dicimus quòd valet pactum:quia ex causa factũ uidetur, ex quo eius partem recepit. Et indistinctè uidetur pactum valere quocunque modo eius portionem perdiderit,quia non priuatur legitima, ex quo illã habuit. Et hoc vr̃ de stricto iure,licet ex quadã miseratione deberet pater illi ꝓuidere,sed ad hoc cogitur.& sic tali casu idẽ vr̃ in pacto quod in statuto.

Et

Et hoc quando specialiter sit dictum de alimentis,
a alias secus uidetur: quia generaliter *a* remisione nō a Generali.
videtur remitti alimēta d. l. libertus qui operatur. Host. consil.
& bene facit. tex. in l. libertus. §. posthumus. & quod 66. Dec. l. pri
ibi Bart. ff. de ali. & cib. leg. Et tali casu quando non cipalib. in fi.
fuit expressum de alimentis, saluari potest opi Bal. supra si cert.
& Doc. in locis supra alleg. peta. Aymo.
7 † Similiter per istum tex. arguit Dyn. in regula, in cons. 189. n. j.
b dultum. de reg. iur. in 6. quòd legitima *b* quæ filijs b Legitima.
debetur, tolli non possit à statuto: quia secundū na- Breuis veri-
turā debetur. §. cum itaque. in auth. de hære. & fal. tas est, quòd
ibi secundū ipsam naturam eis debeat. facit tex. in licet possit
l. script. in fi. infrà vnde lib. in l. cū ratio. in princ. de quota uaria-
c bo. dam. Contrarium tamen cōcludit & tenet *c* Dy. ri, non potest
in tolli liberis,
nisi ex causa ad exhæredationem iusta. Adde decis. Tol. 437. Ang.
Aret. tract. testa. ver. nolens decedere intest. col. fin.

c Contrarium tamen cōcludit, & tenet. Vnum scire debes, quòd vsque ad hæc tempora nullus discrepauit in hac opin videlicet ꝙ legitima possit minui, præter Barb: in ca. Ray. de testi. qui tenet ꝙ non potest minus in col. 42. & in cons. 24. in 1. uol. sed an possit in totū tolli. Dy. & Io. And. in reg. indultū. tenent ꝙ sic. Idem Io. And. in addi. Spec. in tit. de suc. ab intest. hanc opi. tenent omnes hic alleg. ꝑ dom. Pilip. in uers. contrarium tamē, &c. hanc etiā Old. cōsi. 107. circa ius municipale, & Ang. in consil. 362. incip. post hoc scriptum. & in cōs. 359. inci. presuppo. stat. in cons. 300. incip. punctus talis est. in l. 1. col. Rom. cons. 134. incip. pro declaratione primę. in prin. Fed. in cons. 21. in 3. col incip. nūquid hęres. Cald. in cons. 15. incip. an si statutū augeat. Et Cald. in cons. 32. sub ti. de testa. Card. in d. c. Ray. Lanfran. in repe. in d. c Raynutius in 6. col. ubi dicit hāc communē legistarum. Ant. in l. plane. §. si duobus. de leg. 1. Rom. in l. sequens gradus. ad Silla. Ange. in repet. l. pater filiū. de inoffic. testam. Bart. Imo. & Moder. in l. Titio. §. Titio genero. de condit. & demonstra. Pau. in l. planè §. si duobus. de leg. 1. Ful. d. l. Papinia. §. vnde si quis Ray. & Io. de Bel. in anth. de hęre. & Fal. & ibi Bar. Saly. in auth. nouissima 6. col. 11. q. vbi dicit, ꝙ cōmuniter tenetur opi. Dyn. tamen cū modificatione, videlicet ex causa. Pau. in cōs. 16. in 2. col. in 1. parte. Philip. Corn. in omnibus consilijs hic leg. affirmat

hanc cõmunem Bar.in l.de quibus.ff.de legibus. in 3.col. in prin.

Contrariam tamen opin.videlicet quòd non in totum,tenent, Doctores hic alleg.per dom.Philip.in verſ. nonnulli tamen. & Domini de Rotæ in deciſ.476.ſub tit.de cõſuetu.fol.92. col.3.in antiquis incipien.cõſuetu.videlicet &c. & magis late in deciſione. 18. in nouis,fol.5.col.4.incip.fuit dubitatum.Iaſ.in l.quoniã in priorib.col.2.in fi.& in auth.nouiſſima col.pen. C.de inoffi.teſta.tenet hãc opinionẽ:& dicit hanc eſſe communem opi. Bar. ſingulariter in conſil.24.in 1.vol.& in c.Ray.de teſt,col,12.& 13.vbi alleg.Bald, & Ancharanũ in quibuſdam recollectis in l.hac edictali. C. de ſec. nup.Card.Alex.in c.ius naturale.1,diſtin,in 3.col.vbi reprobet dictum Abb.in d.c.Rayn.Ang.in d.ca.Ray.in 5.col. in medio, Bal.in auth.nunc autem.C.de epiſ.& cleri. & in tract, ſtatutorũ in verbo legitima,verſ.8,& 9.& in ſua Marga.in verſ.legitima verſ.3.Bar.in conſ 62.col.2.Car.in conſi.2.vbi dicit, quòd de iure canon.non valet tale ſtatutum,Ang.& Bal.in l.2.§.ius naturale.de iuſt.& iur.in finalib.verbis.Capra in cõſi.72.in 2,col,Inn.in c,quæ in eccleſiarũ, de conſtit.Fely.in c,eccleſia ſanctæ Mariæ,de conſtit.col.3.Soc.cõſ. 150.in 1.parte.& in conſi.275.incip. in cauſa fratris in 2.vol, & in conſi.288.in 2.parte.Alex.in conſ.197.incip,viſo tit,q.in 4.col.vbi dicit hanc veram opin.& communẽ cano,Alber,de Roſa.in 2.par, ſtatu.quęſtio.103,& 104.& in l.quoniam in prioribus. pen, & fin. col.Bal.tenet hanc opinionẽ in plu.locis relatis,vbi ſupra in tract, ſtatu, & ſic vides quòd vtraque opin. eſt communis: tamen non recedas ab opin. Cano, quia eſt magis æqua, quia vbi ſunt duæ opinio.communes contrarię, ſcilicet Cano. & legiſtarum, eſt tenenda opin. Canon, de quo vide Lan. in repe. c.quoniam contra, in verſi.teſtium.colum.11. in fi, de probat. & vbi eſt deciſ. Rotæ, eſt. maioris autoritatis quàm communi opinio. Docto. ita Barbat, in cap. olim. de lit,conſta, colum. 12. poſt princ. eſt bene verum quod cum cauſa poterit in totum per ſtatutum vel conſuetudinem tolli legitima, ſecundùm magis communem opinio, Docto.quam refert Abb.in conſil.75. colum. fin. & Rochus Curt, in tract.de conſue. col.84. fol.32. & dato quod prima opin. legiſtarum eſſet vera.cõmuniter tenent omnes quod alimẽta poſſent peti.de quo per Barb.vbi ſuprà.& Imo.in §.Titio genero.col pen. & Abb.cõſi.63,in 1.vol.& per d.Roch. de Curte. Vbi ſupra qui dicit, quòd nullus diſcrepat quòd non valet cõſuetudo quod filij à

paren-

in dicta regula, indultum quòd de rigore iuris, qui in isto casu praeualet aequitati. statutum possit tollere legitimam quae introducta fuit à iure ciuili, ꝙ quidem ius ciuile imposuit illam necessitatem relinquendi filijs, §.1. in auth. de trien. & semis. §. si q̃s autem, & in auth. de fal. Bene uerum est, quòd lex ciuilis ita statuit naturali ratione suadente. Et hoc modo iura alleg. in contrarium intelliguntur. & idem finaliter tenet Cyn. in l. scimus. in fi. C. de nup. Old. in consil. 135. factum est tale. & Alex. in consil.

8 75. visis. col. 2. lib. 1. refert. Dy. † quòd legitima debetur de iure ciuili: naturali tamen ratione. Et quòd legitima absolute à statuto tolli possit: tenet Ang. in l. Papinianus. §. quarta autem, col. fin. supra de inoffi. test. vbi dicis se pluries ita consuluisse: & patet in eius cons. 15. statutò cauetur. in cons. 349. consultatio hęc. & idem Ang. in l. quòd de bonis. §. fi. supra alleg. Fal. & ibi imò, dicit ꝙ ista est cõmunis opi. & Alex. ibi post multas alleg. dicit, communiter ita tenetur, saltem ex causa, Et idem Domi. in c. quãuis col. pe. de pact. in 6. to. de Anan. in cons. 4. visis. Lapus in alleg. 101. in ciuitate Florẽtiae. col. 1. Rota in 18. decis. fuit dubitatũ. in nouis. & Abb. in cons. 65. primo est videndũ. col. fin. lib. 1. And. Sicu. in cons. 77. col. 6. lib. 4. Et istam esse cõmunem opi. etiã attestatur Cor. Peru. in cons. 150. hanc quęstionem. in fi. lib. 1. & consi. 210. in hac consultatione. col. 1. pen. lib. & in cons. 7. in hac cõsulatione. lib. 3. & in cons. 123. licet breue sit. eo, lib. 3. col. fin. & in cons. 1. col. 3. lib. 4. ubi pluribus medijs tollit aequiparationẽ quae fit de alimentis ad legitimam.

9 † Et ista conclusio praesertim habet locũ in legi-

a tima *a* quae debètur matri uel patri, ut not. Ang. in d. cõs. 105. Bal. in l. §. ius naturale. ff. de iust. & iu. Ro. in cons. 32. visa. col. fin. Ben. Cap. in cons. 15. pro plenìori. & cons. 151. subscripsi.

Nõnulli. tamen tenent contrarium, quòd non possit tolli totũ, sed minui. Et vltra antiquos quos

refert,

parentibus non alantur. Et sic per ista patet an ualeat statutum inclytę ciuitatis Valentiae regni Hispaniae dispones quòd pater possit filiũ exhaeredare cũ quinque solidis monetae ipsius regni, qui faciunt summá quartae partis unius aurei. Item etiam an meliorationes seu maiori catus sunt liciti. de quo uide Mo. Hisp. in repet. c. p uestras. de donat. inter uir. & uxor. fol. 83. uersic. test. nũc exam. H.C.

a Legitima Roma. cons. 32. incipien. uisa mu nicipali. fi. col. ubi dicit quod nullus tenet cõtrarium. & Abbas cons. 75. incip. quidam decessit &c. H.C.

refert Dyn. in dicta reg. indultum. hoc tenet Bal. in conf. 47. in quæstione. lib. 1. & in conf. 151. circa prædicta lib. 2. Fulg. in cõf. 65. quidam Raphael, Cuma, in conf. 90. quidam Serpetius col. 1. And. Sicul. in cõsil. 24. col. 3. fin lib. 1. Alex. in cõsi. 55. viso titulo. col. fin. lib. 1, & Maria. in conf. 30. quamuis ex his. & Soc. in conf. 150. in prin. vera, & magis communis opin. est quòd possit tolli etiam in totum, saltẽ ex causa per supradicta.

IN L. SEMPER IN OBSCVRIS.
Argumenta.

1 *Minimum quod est, quando sequi debeamus.*

2 *Testator præsumitur quam minimum velle hæredem legatis grauare.*

Minimum in legatis sequi debemus, & in vltimis voluntatibus.

3 *Minimum sequimur, nisi significatio propria vocabuli aliud innueret.*

4 *Legatum ad pias causas nõ est de minori intelligendũ.*

5 *Legatum quod fit clericis, an intelligi debeat de minori, an verò maiori.*

6 *Legatum pro loco, cui fit, qualiter est intelligendum.*

7 *Minimum etiã in contractibus quare sequi debeamus.*

Debitori datur electio in alternatiuis.

8 *Obscurum iudicis arbitrio declarandum si sit, non recurritur ad id quod minimum est.*

9 *Minimum in pœnis infligendis attendendum.*

10 *Damnatus pœna capitali, intelligi debet de minori.*

11 *Proprietas verborum in pœnalibus maxime attẽdẽda.*

12 *Pœna si pro delictis sit infligenda, quæ mitior est irrogari debet.*

Excommunicatio qualiter esse pœna probetur.

14 *Excommunicatio minor non solet ab homine proferri.*

15 *Obscurum in iudicijs interpretari solemus in fauorem actoris.*

16 *Obscurum quando aliquid esse merito dicatur.*

REGV-

REGVLA IX. VLPIANVS.

SEMPER in obscuris quod minimum est, sequemur.

EADEM regula habetur eod.tit.in 6.c. in obscuris,& gl.ibi exéplificat in c. ex parte. de censi.sed nõ bene:quia tex ibi rationẽ specialẽ adducit. & in terminis illius c.si legatum fuisset factũ ecclesiæ, deberet maius.l.Titia.§.Seia.& ibi Bar. ff.de aur.& ar. leg. vnde exemplificari potest. l. in nũmis. de leg.3. quã gl.hic adducit.& in l.apud Iul. §.Seio. de leg.1. in l.qui concubinam. §.cum ita.de leg.3.cum simi, vt tradit Dy.in d.reg.in obscuris.

3 †Et ista regula habet locum in subsidium: quia prius inspicitur quod actum est.Secũdo, quod veri similius est.Tertio,quod fieri solet.l.semper.inf.eo. l.in obscuris.inf.eo.& no.per gl.in d.reg. i obscuris. Et huius regulæ rationẽ adducit gl. in d.reg. in obscuris,eo.tit.in 6.quia in eo quod plus est, continet minus. Sed ista ratio bene procederet in quãtitatibus, non autem speciebus. l.inter stipulantem.§.si stipulantem.ff.de verb.oblig.vnde melior ratio vr:

2 †quia in legatis testator videtur minus grauare hæredem quã fieri possit. l. vnum ex familia. §. si rem. de leg.2.in contractibus vero ratio videt, per reg.l. veteribus. ff.de pact. & in delictis ratio colligitur per l.si præses.ff.de pœnis.

a Habet ergo locum regula, primò in legatis, *a* & in vltimis voluntatibus, vt probatur in d. l.nũmis. de leg.3.in d.l.apud Iulianum. §.Seio.in l.si ita scriptũ sit.in fi.de leg.1.in l.fi.ita relictũ fuerit. in prin. de leg.2. in l.qui concubinam. §.cum ita.de leg.3.

Et tali casu regula procedit vbi est incertitudo in rebus.Secus est in personis:quia tunc elect.datur hær.l.si quis seruum.§.si inter duos. de leg.2.Et no. per Dy.in regula in obscuris.eo.tit.in 6.vbi dicit,ꝙ in personis minimum apparere non potest.

a Legatis. infr. eo.l.in testamẽtis.nu. 3. idem Dec.l. j. in fi.l. si creditores. in fin. l. certis annis.col. 2. C.de pact. l. in testamento.col.fi. C. de mil. test.l. 1. col. C. de impu. & ali. Iaf.l. fin. pluribus. col. 2. de leg. 1. l. non solum.§. h. col. 20. de oper. no. nunc. Socin.l. si fuerit. de reb. dubijs.

Secun-

† Secundo regula limitatur, nisi propria significatio vocabuli aliud importaret, ut not. Barto. per illum tex. in l. si is qui ducenta. in princip. supra de reb. dub. 3

Tertio regu. intelligitur quando illud minimũ habet in se utilitatem: alias secus. ut per glo. in l. legato generaliter de leg. 1. ubi Alex. in 3. col. in uers. item dicit glo.

Quarto regula intelligitur, quando non apparet quòd electio data fuerit legatario: alias secus. ut not. Bar. in d. l. legato generaliter. circa fi. in uersic. prædicta omnia. de leg. 3.

Quinto fallit, quando qualitas legati uel legatarij aliud suaderet. l. si cui. de ali. cib leg. l. Stichus. de leg. 3. quia legatum obscurũ ex affectione cuiusque capit interpretationem, ut dixit tex. in l. capienda. §. qđ factum est. infra eod. facit tex. in l. Aurelius. §. Titius testamento. & quod ibi Bar: supra. de li. leg.

† Sexto & ultimo fallit in legato relicto ad pias 4
causas: *a* q̃a nõ de minori, sed de maiori fauore re a
ligionis intelligit̃. l. Titia. §. Seia. ff. de auro & ar. le. ubi Bar. ita limitat istam regulam. & illum tex. pro singulari alleg. Rom. in sing. 515. quæ si ratio si lego ecclesiæ. & no. dom. Abb. in c. iudicante. de test. col. 2. vers. vnum tamen sing. Et tradit And. Sicul. in cons. 59. illud in medium. col. 11. lib. 2.

a Causas. Idem Soc. in tract. fallentiarum, in reg. 210. in 41. priuilegio piæ causæ. H. C.

Limitatur tamen ille tex. procedere in legato ecclesiæ, prout loquitur.

† Secus si esset legatum factum clericis uel perso 5
nis ecclesiasticis, ut not. Abb. dicit per illũ tex. in c. ex parte. de censi. per rationẽ quæ in tex. ibi assignatur. Sed certe cum tex. ibi loquatur in voto, consonat, quòd uotum factum fuerit de dando ecclesiæ, & clerici ibi videntur pro ecclesia recipere. vnde ille tex. indistinctè prout loquitur, videtur procedere secundũ istam reg. quę etiam uidetur habere locum in relicto facto ecclesiæ.

Non obst. tex. in d. l. Titia. §. Seia, quia nõ videtur

pro-

probare illud quod per Bart.& doct. omnes allegatur.
6 tur.† Nam ibi erat factum legatum templo, in quo non erant nisi dona aurea & argentea merito secundum qualitatem loci legatum intelligitur. Et dum ibi dicitur, quòd de argento debeat legatum fieri, bene probatur regula, quòd in dubio legatum sit quod minus est: ex quo si ibi de argento vel de auro. Et idem Rom. in not. supra alleg. 515. bene dicit, quòd legatum factum ecclesię de calice, intelligitur de argento vel auro: quia de alia materia calices ecclesię non conficiuntur. cap. vt calix. de con se. distin. 1. Et sic propter qualitatem loci videtur fieri illa interpretatio.

a Aliàs a ergo in legato facto etiam ecclesiæ regula ista haberet locũ: ut probatur in d.c. ex parte. Et hoc modo saluatur gl. in d. reg. in obscuris. eod. tit. in 6. quę exemplicauit reg. per illũ tex. in d.c. ex parte. Et ad hoc facit quòd not. Rom. in singul. 59. quidam Rom. ubi inquit, quod si quis legauit ecclesię vtilitatem palatij sui, quòd videtur legare solum vsum, & non proprietatem. alleg. tex. cum gl. in l. si habitatio. ff. de vsu. & habita.

a Aliàs. Idem Ias. in l. si ita sit ascriptum. in fi. de leg. 1.

7 † Secundo regula etiam habet locum in contractibus. l. inter stipulantẽ. §. si stipulante. l. si stipulatus fuero decem. de verb. oblig. l. si fideiussor. la secũda. sup. manda. l. si quid vẽditor. in fi. sup. de ędil. edict. Et facit regula, quòd in cõtractibus alternatiuis electio est debitoris. l. plerũque. in fi. ff. de iu. dot. Et ad propositum fa. gl. notan. in l. fi. sup. de præt. stip. quę dicit, quòd iudices semper sequuntur quod minus est. Et ideo, in mãdato obscuro attenditur illud quod minus præiudicaret: ut not. Bal. in l. falsus. col. pen. C. de falsis. & in dubio nõ videtur quod transferatur dominium. ut nó. Bar. in l. cum pater. §. pater pluribus de leg. 2. Alex. post Bal. quem ibi refert in l. si pascenda. C. de pac. Et talis regula in contractibus procedit quando illud minimũ non sit inutile alias debetur mediocre. l. si quis argentũ. §. similique modo

do,C.de dona.declarando vt per Dy.in regula.in obscuris.co.ti. lib. 6.

Secũdo regula fallit in dote:ut not. ꝑ gl.in prin. in l.nuptura.ff.de iure do.quæ alleg.l. in ambiguis. co.tit.Nam illa regula,in ambiguis, quæ loquitur in dote,est magis specialis, & videt̃ derogare huic regulæ generali,vt regula generi per speciem. de reg.iur.in 6.

† Tertio fallit, quando illud quod obscurum est, declarari debet arbitrio iudicis:quia tunc nõ recurritur ad mininum,vt not.Abb.in c.1.de deci.ubi limitat istam regulam.& ad hoc bene fa.tex.in l.cum post.§.gener.supra de iure dot.quod suprà dictum fuit in legatis per l.is cui de ali.& cib.leg. 8

a Veteribus. Imò rectè intelligendo. iuxta sçpe. de uerbor. sign. concordat.

Quarto fallit in casu.l.veteribus.a sup.de pact.vt per gl. hic. Dy. in d.reg.in obscuris.Et de intellectu. d. l. veteribus. videndum erit in locis infra allegandis. a

Quinto fallit ratione subiectæ materiæ, quia in dubio videtur dominium transferri. l. 1.in ver. tamen.ff.pro dote.l.si ita distrahatur.§.1.in de cõtrahen.emp.& not.Bar.in l.dotis.ff.de iure dot. & in l. cum pater.§. pater plurib.de leg.2.

† Tertio regula etiam procedit in delictis:vt not. per gl.hic:quia in dubio minor pœna imponitur.l. si.præses & l. interpretatione.sup. de pęnis.& de pę. distin.1.in c.pęnę in l.pactum.§.in pęnalibus.infra. eod.facit tex.cũ gl.in l.hæ enim causæ sup.de suspe. tut.in l.absentem.ff.de pœn.Et not.Bal.in l. diuortio.in prin.2.vers.& facit ad qõ.ff.sol.mat. & l. quoties.§. si quis ita.in ver. facit etiã hoc ad quæst. sup. de hære.instit.& tradit Alex.in cons.119.in causa inquisition s.lib.3.†Et ad idem facit,quia cõdemnatus pęna capitali (cum sint plures causæ capitales) de minori intelligitur.vt not.Abb.post glo.& alios in ca.quãto.col.4.ver.3.quæro.de iureiur. cum sim. ut tradit Alex.in cõs.cũ statuto loquens lib.1. Et cõdemnatus ad restitutionẽ rei furtiuę in dubio vide 9 16

tur

tur condemnatus condictione furtiua, quæ non in famat.vt in no.qō.tradit Ioan.de Ana.in c. qualiter & quando.§.ad corrigendos.col.3. de accus. vbi dicit se ita consuluisse Venetijs. facit gl.in l. si quis id quod.in versi.quingentorum.quæ dicit, ꝙ aliàs in text.est quinquaginta. Et ita approbatur, quia est minor pœna,secundum Cy.Alber. Bal. & alios ibi, & Fulg.in cons.188.hoc maximè.

Et prædicta conclusio limitatur primo, nisi ex qualitate facti aliud colligatur,vt patet in l.1.C. ad leg. Cor. de sicar. in l. si non conuitij. C.de iureiur. in cap.1.de præsumpt.& latius per Dyn.in d. reg.in obscuris.

Secundo fallit in casu l.item Mela.§.si plures. ff. ad leg.Aquil.de cuius intellectu vide Io.de Ana. in c.significasti.el secundo,de homi.in 3.not. Et Petr. de Anch.in cons.216.nos Bartholomæus. cum sim. vt tradunt Moder.in d.c.significasti.Et adde Roma.

a in cons.401.eo præsupposito. Ale.in consi.15.a viso processu lib.1.& in cons.50.visis.col.2.eo.lib.1.& in cons.46.copiosè.lib.4.

a Cons.15. Ad de Nic.Boer.decis.237. & infra eo.l.fauorabiliores. nu.6.

11 † Tertio,prædicta conclusio limitatur non habere locum,quatenus verborum proprietas videt̃ requirere:quia lata interpretatio fit vt verborum ꝓprietas seruetur,etiam in pœnalibus.l.cum l.supra de testa.vbi Aret.no.illum tex.ad hoc.& facit quod no.Cal.in cons.1.de consang.& affin.vbi inquit, ꝙ materia dispensationis quæ stricte debet interpretari.c.1.de fil.presb.tamen latè secundum proprietatem verborum interpretatur.

12 † Quarto & vltimo, conclusio supradicta procedit in delictis,vbi agitur de pœna corporali,vel pecuniaria.Secus est in excōicatione, in qua in dubio fit interpretatio de maiori excōicatione.cap. pen. de senten.excomm.quia excommunicatio non dicitur pœna,sed medicina ad correctionem.cap.1. de senten.excomm.in 6.vt not.Abb.in d.cap. pen.& in c.1.de postu.præl.

Sed iſta reſponſio non uidetur uera: quia† abſur 13
dum eſt decidere, quòd excommunicatio non ſit pœna: quia contrarium probatur in ca. quoniam frequenter. §. fi. vt lit. non conteſt. & nulla maior pœna eſt in eccleſia: ut dicit tex. in ca. corripiantur. 24. q. 3. Obſtare tamen videtur tex. in d. c. pen. ubi contra naturam pœnæ ſit lata interpretatio. Et in hoc ualde laborant docto. Imo. in cap. 1. de loca. Ioan. de Ana. in cap. 1. de ſagittarijs. Moder. in c. pen. in c. dilecte. de exceptio.

Sed non bene reſoluunt. vnde dicendum eſt, *a* ꝙ a
tex. in d. c. penul. loquitur in iudice, qui protulit ſententiam excommunicationis. Nam de maiori intel
ligitur,† quia ab homine minor excommunicatio 14
proferri non ſolet: & uerba intelliguntur ſecundũ communem vſum loquendi cap. quamquã. 2. q. 7. l. Labeo. ff. de ſupel. leg. & in delictis quomodo regula procedit, dicendum eſt, ut latius per Dyn. in d. reg. in obſcuris.

b Dicendũ eſt. Aliam tibi aſſigno rationem quã dat Ancha. in c ſtatuimus. de ſent. excom. libr 6. in verſic. a no. nam excõmunicatio non profertur niſi ꝑ mortali cap. nemo. 11. q. 3. mortale de per ſe operatur remotionem à ſacramentis, vt minor excommunicatio. c. ſacerdotes. 1 q. 1. ergo vt aliquid addat, excommunicatio debet intelligi de maior. vel l. 1. in fi. ff. ad municipales. alias rationes ponit Fely. in d. c. penul. de ſent. excommu. quem vide, vbi ſentit iſtam, licet non ita declaret. H. C.

† Vltimo regula nõ habet locum in iudicijs, ut 15
glo. hic dicit, quia in dubio fieri debet interpretatio in fauorẽ actoris. l. ſi quis intẽtione ambigua. ſupra de iudi. l. inter ſtipulantẽ. §. ſi Stichum de verb. obli. & not. Barto. in l. rerum amotarũ in fin. ff. re. amo. Et no. Inno. in c. licet cauſam in fin. de proba. quã Bald. refert. in l. ordinarij. C. de rei vend. col. pe. & idem Inn. in ca. examinata. de iudi. in fin. Abb. in conſi. 77. in q. in fi. lib. 2. Alex. conſ. 67. uiſo themate, col. pen lib. 2. Et prædicta concluſio etiã habet locũ in iudicio criminali. ut Alex. concludit reprobãdo. Roma. in l. diuortio. in prin. col. 3. ff. ſol. matri. & ita tenet Bar. in l. libellorum. col. fin. in prin. uer. quæro aliquis percuſſit. limitatur tamẽ tex. in d. l. ſi quis intentione, ut Bal. ibi dicit in ſecundo notabili, & tradit Alex. in conſi. 55. quoniam cauſa. col. fin. lib. 5.

† Et ad declarationẽ regulæ. ut l. veteribus. ff. de 16
pac. quando aliquid dicatur eſſe obſcurum, tradit Alex. in conſi. 11. viſo col. fin. lib. 2. & ibi dicit quod

uerba

verba generalia non dicuntur obſcura. de quo not. in l.ſi fideiuſſor. alij ff. mandati.

Et an ſit differentia inter verum, & ambiguum, dixi in c.fi.de conſtit.

Et de præallegata l.veteribus no. Imo.in cõſ. 21. in caſu præmiſſo.Io.de Anan.in conſ.98. viſis. in fi. Aret.in conſil.54.in cauſa magiſtri Blaſij. in fi.& in conſ.84.diligenter.col.fi.Oldr.in conſi.95.& forma. tolum.2.

IN L. SECVNDVM NATVRAM.
Argumenta.

1 *Commoda ferens, incommoda & onera ſuſtinere debet, & nu.2.*
2 *Pactum de lucro in ſocietate, eſt etiam de damno intelligendum.*
3 *Contrariorum quare eadem diſciplina, & nu.5.*
4 *Teſtes publicatione facta nec ſuper ijſdem capitulis, nec ſuper directo contrarijs admittantur.*
6 *Augmentum ſi non auget, nec minutio minuet, quòd oppoſitorum eadem ſit ratio.*
7 *Argumentum ab oppoſitis quare inualidum.*
8 *Frater an ſuccedat ſorori, ſtatuto ſtante quod ſoror nõ ſuccedat fratri.*
9 *Teſtes tot in reuocatione requiruntur teſtamẽti, quot in eiuſdem confectione.*

REGVLA X. PAVLVS.

Secundum naturam eſt: commoda cuiuſque rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda.

a Eadem regula habetur *a* in c.qui ſentit.eod. titul. lib.6.& probatur in l.j.in prin.ſupra de inſtito.§.cũ autem.inſt.de emp.& vend.l.1.§.pro ſecundo.C.de cad.tol.cum ſim.alleg.in glo.alia exempla, & ſimilia traduntur per gl.in d.regula, qui ſentit. Et adde tex.in l.is qui in poteſtate.in §.fi.ff.de leg. præſtan.

a Habetur. Facit Hipp. Marſi. ſing.204.

† ubi dicitur absurdum esse alium habere cōmoda, 1
& alium onera sustinere. & ubi periculum est, ibi lucrum debet collocari l.fi.§.pe.C.de fur.glo. per illū tex.in l.si is qui §.2.supra commo. Et ideo pactum factum de lucro in contractu societatis, etiam de damno intelligitur §.illud. insti.de socie.iniquissimum enim est genus societatis, in qua vnus damnū & non lucrum haberet l.si nō fuerint.§.fi.ff.pro soc. Et ideo commodum ab onere regulatur: ut in not. q.tradunt Bal. Ang.& doct.per glo. ibi in l.plane §. duobus.de l.1.ubi Alex.refert col.1.facit tex.in l. Seio.in prin.& quod ibi Bart.ff.de annuis leg.in l.Nesennius.§.fin.supra de excus.tuto. & in l. quoties. ff ad Trebel. Et ad prædicta facit quod no.Barto. in l. quia poterat.in fin.supra ad Treb.ubi ponit quęstionem de socio, qui suo periculo uoluit ire Venetias contra voluntatem socij: nam de lucro quod facit nihil debet habere socius, qui noluit periculū subire.cū simil.vt tradit ibi Alex.col.1.& sequitur Ang. Aret.in §.illud.insti.de socie.& Roma.consi.575.& per istam regulam, & Bal.dicit in l.1.§. pro secūdo. in fin.C. de cadu. toll. quòd aut vasallus dimittat feudum, aut præstet seruitium.

† Et prædicta regula procedit data habilitate 2
personæ. Sed quandoque propter inhabilitatem personæ quis commodum consequitur, licet onus, & incommodū non patiatur: vt patet in muliere & minore qui ad hæreditatem agnatorum admittūtur, & tamē tutelā eorum subire nō tenentur.l. 1.§. interdum. ff. de leg. tut. in §. fi.insti. d.l.pat.tute.

Secundo regula non habet locum in dote. in qua mulier qn̄que habet lucrū, & onus non petit, ut no. Bar.in l.si constante.in prin.col.pe.in 5.q.3.prin.

Tertio ista regula habet locum, qn̄ est eadem ratio, vt quis ad commodum & incommodū admittatur: secus ubi esset diuersa ratio, ut not.Bar.hic.& patet in iurib. alleg.in gl.videlicet in l.si negotia ab-

sentis,

ſentis.ſupra de neg.geſt.in l.ſi quis. §.j. ſupra communi diu.in l.ſed & ſocius.§.ſi abſenti.ff.pro ſocio. in quibus iuribus propter culpam eius quis cogitur damnum ſubire,& a lucro repellitur. ut no.Angel.per glo.ibi in l.fi.C.ad Tert.

Et ſecũdum iſtam limitationem,duæ limitationes ſupra dictæ vidẽtur procedere, ita omnia ſupra dicta in iſta limitatione includi poſſunt, & ratio Bar.in d.l.ſi conſtante. non fundatur in fauore dotis,ſed quia eadem ratio videtur. Et ad hoc facit, quod inferius dicam.

Per iſtum tex.cum ſimilibus.ſupra,& in gl.alleg.
3 infert gl.hic illud vulgatum, † contrariorum eadẽ eſt diſciplina.& idẽ no.per gl.in rub. C. de acq.poſſ. in c.quanto.de cenſi.in gl.fi.& in l.ſciendũ.§.fin.ſupra qui ſatiſd.cog.in l.Põpo.§.j.in uer.eſſe.ff.de ꝓc.

Prædicta regula exponitur,& declaratur plurib. modis.Primo,ut dicamus:eadem diſciplina,id eſt, eadẽ cognitio:quia cognito vno de contrarijs, alterum cognoſcitur,& hoc probatur in l.1.ff. de his ꝗ ſunt ſui uel alie.iur. inſt.eo.in prin.& ibi Ang.Are. & inſti.de tutel.in prin.& in l.qui accuſare. in prin. ff.de accuſ.& in l.1.ſtipulatio.ſupra de præt.ſtip. Et hoc modo arguit Dy.in reg.2.in prin.de reg.iur.in 6.Bar.in l.inter ſtipulantem. §. ſacram. col.3. ff. de verb.obl.Abb.in c.fraternitas.de teſt.col.antep.

4 † Et ideo ſicut facta publicatione teſtiũ teſtes nõ admittũtur ſuper eiſdẽ capitulis:ita nõ admittunt ſuper directo cõtrarijs,ꝗa eſt idẽ timor ſubornationis in directo cõtrarijs, ꝗa cognito vno cõtrario,alterũ cognoſcit,ut dicit Ang.Are. inſt.de his ꝗ ſunt ſui uel alie.iu.col.j.in fi.alle.no.in cle.2.de teſt. & in §.ꝗa nõ. in aut.de teſti.no.ĩ c.fraternitatis, de teſti.

5 † Secundo, contrariorũ eadẽ eſt diſciplina,intelligitur, ꝙ eadem ſit deciſio, quia diſpoſitũ in vno, habet locum in alio.ut gl.hic, & dicit ꝑ iſtũ tex. cũ ſim.Nam licet contraria ſit contrariæ naturæ, & effectus c.hoſpitiolũ.32.di. ĩ c.fi. vnde ſi vnũ cõtrariũ

est bonum, alterũ malum est: vt per gl. in c. intellecto. de iureiu. quia quod operatur propositũ in proposito, operatur oppositũ in opposito. l. si & toto. in princ. l. quod in rerũ. §. n quid potest. de leg. 3. Et contraria non possunt simul stare: quia vno posito alterum tollitur. 21. q. 2 c. cũ humilitatis. & ibi glo. in l. fi. vbi glo. de diuor. facit tex. in l. non codicillũ. C. de test. & quod ibi gloss. l. Pomponius. §. 1. ff. de procur. Tamen quandoque de vtroque contrario idem disponitur & iudicatur, vbi est eadẽ ratio, vt hic, secus si diuersa ratio sit: vt cõcludit Bar. hic. & idem Bar. in l. in fundo. in col. ff. de rei vend. Ang. in conf. 66. visis, in fi. & Dyn. in d. reg. qui sentit. & Bar. in d. §. sacr. Paul. de Cast. in l. qui proprio. §. procurator. ff. de procu. Ang. Aret. in d. §. illud. & insti. de his qui sunt sui & c. in prin. & in ista cõclusione omnia iura resoluũtur: & ita etiam concludit Aret. in rub. ff. de acq. poss. vbi ad hoc inducit gl. no. in cle. fi. de appel. in ver. repulso.

†Et secundũ prædicta procedit quod no. Bal. in l. 6
pe. C. de sol. vbi dicit, quòd oppositorum est eadem disciplina: quia si diminutio nõ minuit, sic nec augmentum augere debet. allegat pro cõcordãtiis l. & si contra. §. fi. ff. de vulg. & pup. & quod no. Bal. in l. non nudis. in fi. ff. de proba. †quòd non ualet argu- 7
mentum ab oppositis, quando nõ est eadem ratio, & quod no. gl. in cle. 1. in verbo obseruare. de sent. excom. quæ dicit, quòd contrariorum non est eadem disciplina, vbi verba & mens resistunt. & idem Bald. in l. si præses. C. quomodo & quando iud. in princip. dicit, quòd contrariorum non est eadem disciplina, quando non est eadem ratio contrariorum.

Ex supradictis infertur ad quæstionem quam ponit Bal. in l. duodecim tabularum, in fine. C. de leg. hæred. in versic. quæro statu. vbi dicit, †ꝙ si statuto *a* 8
cauetur, quòd soror non succedat fratri: non tamẽ a
in casu cõtrario videtur statutum disponere, quòd frater

a Statuto. dom. Soc. tenet contrariũ per pulchra fundamenta, in rubr. ff. de acqu. poss. in fi. verbis Ias. tamen ibi dicit communem opin. esse contra Soc. & ibi late per doc. circa hanc materiam. H. C.

a frater *a* non succedat sorori, quia non videtur eadẽ ratio contraria conseruandæ agnationis: & illud ẽt sequitur Paul. de Cast. in d. l. lege. est simil. vt tradit Alex. in l. inter stipulãtem. §. sacram. de verb. oblig.

a Frater supra co. l. 2. nu. 117.

9 † Et quot testes requirũtur in confectione testam.
b tot etiam in eius reuocatione requiruntur, *b* vt not. Bal. in l. fi. col. 3. ver. & scias. C. de fideicom. cum si. vt tradit Alex. in rub. de acq. pos. & de hoc videbimus plura similia in regul. nihil tam naturale. infra eod. vbi melius similes quæstiones conueniunt.

b Requiruntur. Imò non semper, vt no. in l. sancimus. C de testam.

IN L. ID QVOD NOSTRVM.
Argumenta.

1 *Voluntas nostra quare facti esse dicatur.*
2 *Facti vocabulo venit quandoque non factum.*
3 *Princeps & respublica occasione data rem meam mihi auferre possunt.*
4 *Commune quod est, meum aliquo modo est.*
5 *Libera patrono nupta non potest eo inuito diuertere.*
6 *Meum, tuum, suum, hæc verba in dubio pro toto sunt accipienda.*
7 *Conditio, si meus erit, verificatur si meus pro parte sit.*
8 *Res tota in dubio venit rei vocabulo.*

REGVLA XI. POMPONIVS.

ID quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest.

IBI in tex. facto nostro. Hic factum nostrum
1 pro voluntate simplici etiam accipitur. † Nam voluntas nostra, & animus facti esse dicitur l. bonę fid. §. 1. de acquir. rer. do. ibi ad factum pertin. not. Bartol. in l. pro hære. in princ. ad fin. ff. de acquir. hęred.

Secũdo factum nostrum hic etiam non factũ in-
2 cludit. † Nã appellatione facti, ẽt nõ factũ cõtinetur.

instit.de nup.§.si quam vxor. in fi. vbi dicitur rectius.illos facturos si se abstinuerit.& not. per glo. & doct.in l.3.in prin.ff.de uerb.obl.Et hoc etiam habet locum in materia pœnali:ut tradit Alex.in l. ubi autem. §. quia id quod. ff. de verb. oblig. & terminis regulæ hoc patet: quia id quod nostrum est, mediante negligentia. & sic mediante nostro facto ad alium transfertur: ut contingit in præscriptione & usucap.l.j.supra de usucap.l.traditionibus.C. de pact.& gl.hic dicit dũ inquit, quod ille qui tacet & patitur contra se præscribi, dicitur aliquid facere.& fortior videtur ista translatio.quę fit mediante præscriptione,quia prælatus qui non potest alienare, cum eius negligentia ecclesia priuatur iure suo mediante præscriptione c.veniens. de præscript.

3 Et ista regula sic declarata limitatur nõ procede re ex causa,† quia princeps *a* & respublica ex causa possunt rem meam mihi auferre.l.item si verberatũ.§.1.ubi Bar.ff.de rei uẽd.l.Lucius. ff.de euict. not.in l.Antiochensium.ff.de priuil.cred.& ibi Bar. Imò etiã officialis ex causa hoc potest.l. fi.§. Titius. ubi Bart.ff.de pig.act. Et hoc sanè intelligitur,dum modo precium soluat.l.serui.vbi Bald.C. pro quib. caus.lib.accip.glo.in l.si locus.§.fin. ff. quemad. ser. amit.& no.Bar.in d.l.fi.§.Titius.Arch.11. q. 3. ca.ꝑ principalem bonus tex.in l.uenditor.§.si constat.ff. communia præd.

4 In hac l.est glo.not.quæ allegatur, † quòd illud quod est commune, dicitur meum *b* largo modo per fictionem & non propriè *c*. & istam glo. sequitur Bar.in l. serui electione.§.1.fi.supra de leg.1.per text.in l.illud.ff.de rit.nupt.vbi vr̃ tex. dũ ibi dr̃.q̃ a nõ propriè vr̃ eius liberta,quæ ẽt alterius sit.Nicol. de Neapol.in d.§.1.& Alb.de Ros.quem ibi Ale.refert,dicũt,ꝙ tex.in l.illud.vr̃ ꝓbare cõtrariũ: & illũ contra Bart.inducit Are.in d.§. 1.quia licet primo. secũdũ sniã m Iaboleni tex.dicat,ꝙ res cõis propriè non

a Princeps vide latissimè Ias. l.Barbarius . de off. præs.6. col. vers. circa duas vltimas causas. c. q̃ in ecclesia. de const. H. C.

b Meum . Dec. c. ratio de præben. Ias.l. cætera.§. item quæri põt de leg. 1. Alex.in l. pupillus.§.fi. de ver. sign.

b Et non proprie.adde Bar. l. si testamento in princ. ff.de condi.insti. & l.hoc legatum. de leg. 1.& doct. in ca. cum in illis. §. fi.de præben. li. 6.vbi dicit,ꝙ in materia fauorabili meum dicitur quod est commune: secus si odiosa: de qua vide Cardin. in clemẽ. 1. de ho. in 2.col. in fin. adde tamẽ Bal. in l.1.C.de com mun. re ali. qui dicit,quòd commune dr̃ meum tantum vsq; ad dispositioné patris meæ & non vltra. H.G.

non sit mea: tamen videtur recedere ab illa opi. dũ inquit alijs contra visum est: quia libertam eius esse negari non potest, licet alterius quoque sit liberta: & iureconsultus illam approbat. & sic videtur recedere à prima opi. Iaboleni.

Sed responderi potest, quòd licet sententia Iaboleni reprobetur in decisione illius casus: Ratio tamen allegata non reprobatur: & ibi de liberta
5 communiter iudicatur idem. quod de propria: † quia liberta nupta patrono, non potest illo inuito diuertere. l. fin. in prin. ff. de diuor. & hoc statutum propter reuerentiam patroni: ut dicitur in l. in eo iure: §. fin. ff. de rit. nup. Et talis reuerentia insolidum patrono debetur. l. communis libertus. ff. de in ius voc. l. fin. de iur. patr. l. quædam mulier. ff. fa. erc. & ista ratione in d. l. illud. de cõm. lib. idem iudicatur quod de propria: ut Soc. ibi declarat, & ibi est casus specialis fauore matrimonij: ut not. Io. And. in c. fin. col. 2. de verb. sign. in 6. Et difficultas secundum Aret. in hoc cõsistit, vtrum ille qui dicit rem suam, ita propriè loquendo intelligi possit de parte, sicut de toto: & ipse tenet, quòd res propriè sua dicatur, si pro parte sua sit: quia materia pœnalis quæ proprie & stricte intelligitur, appellatione rei meæ venit communis. d. l. libert. Sed responsio colligitur ex supradictis.

Ad idem Aret. inducit tex. in l. rectè dicimus. de verborum significatione. vbi res communis non falso dicitur mea.

Sed dic verum esse, ꝙ nõ falso dicitur mea, quia excusatur à falsitate, ex quo mea est pro parte. Sed non sequitur ꝙ propriè dicatur mea. ad idem alleg. tex. in l. pupillus. in fin. de verb. sign. ubi dicit, quòd verbum, suum, ambiguum est, an de toto vel parte intelligatur. & ideo qui iùrat suum nõ esse, addere debet neque sibi commune esse.

6 † Sed dic. quia licet uerbum. suũ, ambiguum sit, in dubio cũ pro toto intelligitur inferius dicam.

Illa

Illa expressio, quòd non sit cōmunis, videtur facta ad maiorem declarationem, vt gl. ibi dicit: & no. Io. And. in d. cap. fi. de verb. sig. in 6. col. 1. vbi dicit, quia verbum, meū, de vi verbi debet intelligi, ꝙ sit meū simpliciter, *a* id est omni sui parte, & dicit, ꝙ tex. in d. l. pupillus, intelligitur ad tollēdam dubitationē. vt ibi not. & sic videtur approbare gl. ibi, & concludit, quòd cōmune non potest proprie dici meum: & idem sequuntur Doct. ibi. col. 2. a

a Simpliciter. Alex. consi. 395. num. 3. lib. 6.

7 †Vltimò Aret. alleg. l. 2. i prin. ff. de cōdi. insti. vbi illa cōditio, si talis seruus meus erit cum moriar, verificatur etiam si meus sit pro parte. & sic videtur quòd proprie verificetur: quia cōditio est voluntaria: quę formaliter debet impleri. l. Mæuius. & l. hæredi. de condi. & demon.

Sed potest responderi, quòd ibi illa cōditio verificata videtur vt actus valeat, quia aliàs si in totum seruus proprius remansisset, institutio non valuisset; quia erat institutus seruus sine libertate, quo casu institutio non valet. Sed in aliena in totum vel in parte valet. l. 3. ff. de hær. inst. & ita illum tex. declarat Soc. in d. §. Labeo. in l. serui. alleg. de leg. 1. licet idem Soc. referat dicta Aret. & sequatur in consi. 240. inci. circa præsentem consultationem. col. 7.

Et cōcludendo cōclusio gl. hic verissima videtur, quòd propriè illud quod est cōmune, non dicitur † meū. quia appellatione rei simpliciter de tota intelligitur, vt dicūt Io. Mo. Io. And. & Dom. in d. c. fi. de verb. sign. & si quandoque cōtrarium reperitur, illud videre ꝓcedere in casibus specialibus qui habēt particularem rationē, & hoc modo etiam procedit tex. in l. §. dn̄i appellatione. ff. ad Sillan. ibi etiā appellatione domini pro parte dominiū cōtineri dicēdū est, quia in illa materia, vt occasio delinquēdi remoueatur, fit larga interpretatio: vnde ibi etiā filius viuente patre dn̄s reputatur. in l. 1. §. domini appellatione. el 2. Et quòd secundum regulam 8

appel-

appellatione rei simpliciter de tota intelligatur, probatur in l.si quis cum totū. in prin. ff. de excep. rei iud.vbi parificatur quòd quis petat totū fundū, vel fundum simpliciter.ad idē tex.in l.si defensor.§. qui interrogatus.ff.de interrog.act.in l. de pupillis. §.qui nuntiat.ff.de ope.no.& ibi Bar. cū sim.vt tradit ibi Alex.& idem Alex.in cōsi.113. viso.in fi. li.3. Abb.in c.2.de libel.obla.col.3.vers.secundo dicit gl. & facit tex.in l.1.§.edere. ff.de eden. vbi dicitur, ꝙ edere dr̄ ille qui totū edit.Et ideo quando res communis, tanquam propria iudicatur, iura vtuntur verbis designātibus improprietatem.l.extraneo. de quæst. vers.cum enim ibi,de cōmuni seruo habēdā quæstionē rescripsit,ꝙ pro domino fore videretur.

IN L. IN TESTAMENTIS.

Argumenta.

1 *Testamenta locum habere, interest reipublicæ. Interesse publicum dum tractatur, verba latissime interpretantur.*

2 *Statutum fauorabile est, quod de non rumpendo testamento factum est.*

3 *Legata etiam in testamento relicta, strictam recipiunt interpretationem.*

4 *Mistus casus quando contineatur sub simplicibus.*

5 *Testamenta pleniorem admittunt interpretationem quàm contractus.*

6 *Legata in testamētis relicta, paratā habēt executionē.*

7 *Argumentum à testō ad contractus, est nullū in dubio.*

REGVLA XII. PAVLVS.

IN testamentis plenius voluntates testantium interpretamur. a

a Interpretamur. Quæ sit interpretatio vi de Bald in rubr. C. de verb.sign. & quotuplex sit, vide Bar I l.omnes populi. in 6. q.de iustit.& iu. & ibi Alexan.& Bal. in l.3.C.de lib.præt.& quan do sit facienda late,& latissime, vide hic Barto. & in l. 2. C. de bon. vac. lib.10. H C.

IN testamentis plenius voluntates testantiū interpretamur. & idem dicitur in c.cū dilecti de don.

1 †nam agitur de interesse publico,ꝙ testamenta habeant

beant locũ l.vel negare ff.quemad.test.ape l.Gallus. §.si is, vbi Bal.ff.de lib.& posthu. Et quando agitur de interesse publico, lata interpretatio fieri debet. l.2.§.exercitum. ubi Bar. ff. de his qui no. infa. l. quemadmodum, vbi Bar.de agrico.& censi.lib. 11. 2
† & propter hoc statutum de non rumpendo testamentum dicitur esse fauorabile, ut not.Bal.in cons. 433.incip.domina Ioanna.lib.4.& ideo in fauorem testamenti iudicari debet l. siue pars. ff. de inoffic. testa.c.fi.de re iud.

Et ista regula non videtur habere locum † in legatis, quæ licet testamento relicta sint, tamen strictè debent interpretari l.nummis, de leg.3. l. apud Iulianum.§.Seio.de leg.2.cum sim.vt dixi supra. in reg.in obscuris. Et ideo gl. quæ ponit exemplum in legatis, nõ bene dicit, & Bar.in l.cũ auus. de cõd. & demon.videtur istam legẽ intelligere respectu institutionis, quia institutio est caput testamẽti §.ante hæredis inst.de leg. Et ideo fauorabilior interpretatio fit in testamẽtis quã in legatis: ut not.per glo. fin.in l.si plures.ff.de cõd.instit.ad hoc facit tex.in l. cũ quidã iuncta l.pen.§.illo.C.de neces.ser.hæ.insti. 3
† Vide tamen tex.in l.Titiæ textores.de leg.1.vbi etiã in legatis videtur fieri larga interpretatio: q̃a casus mixtus sub simplicibus cõtinetur. Sed potest responderi quòd ibi erat facta prouisio de vtroque simplici.quo casu licet materia odiosa sit, tamẽ prouisio facta in vtroque simplici videtur habere locũ in mixto: ut probatur in l.si ita. ff. de iniu. rupt.& irrit.fac.test.ubi hoc dicitur in exhæredatione, quæ odiosa est l.cũ quidam.supra de lib.& posthu.Et de intellectu l.Titiæ.textores.not.Bar.in l.seruis vrbanis. §.fi.de leg.3.Aret.in l.Gall.§. & quid si tantum, col.6.vers.3.adde.de lib.& posthu. 4

a Contractibus. Quę sit rõ differentiæ vide Ias. post Alber. in l. beneficium de const.princ. col. 3.vers.in quarta parte, vbi satis latè tractat Alber. hanc materiam,& in trac. stat.in rubr. an statu. recipiant interpretationẽ H. C.

Item regula bene procedit comparatiue ad cõtractus: † quia plenior fit interpretatio in testamentis, 5
quam in contractibus, *a* ut dicitur in d.c. cũ dilecti a
de dona.Nam in testamentis appellatione filiorum

ueniunt

ueniunt nepotes:secus in contractib.ut no. Bar. in
6 l.liberorum.col.6.ff.de verb.sign.† & relicta in testa
a mentis paratam *a* habent executionem: ut no. Ang. per illum text.in §.illud quoque. in uers.item not. auth.de hære.& fal.& no.Bar.& Doct. in l. fin. ꝑ illũ text.C.de edic.diui Adr.tollen.ubi Alex.in 2.notab.

a Paratam iure nõ probatur. & contrarium etiã tenet Dec. in l. fi.C. de edic. diui Adr.toll.

Secus est in alijs instrumentis,quæ nõ habent paratam executionem. l.minor vigintiquinque annis §.de mino.& in dispositis in testamento masculinũ concipit fœmininum.Secus in contractibus,secundum communem opi.ut supra late dixi l.2.eod.tit.

Et ex his cõprobatur quod dicit Alex. in cõs.61. 7 incip.super eod.col.3.lib.1.† quòd in dubio nõ ua-
b let argumentum de testamento ad contractus.*b* secus tamen ubi cõstaret, quòd esset eadẽ ratio,quia tunc ualeret argumẽtum: vt ibi Alexan.dicit,& hoc modo procedit in l.seruum filij.§.cũ qui chirographum,de leg.1.in l pactum inter heredem.supra de pactis in l.1.ubi Bald.C.de lege Fusia Cani.tol.cum multis sim.& per istam regulam arguit d. Alex. in cõs.260.col.3.lib.3.& in cons.58.lib.3.col.fi.Abb.cõsil.32.lib.2.col.2.

b Contractus. Nic. Eueral. in loc. lega. Ioan. xvij. de contra. ad vlt. vol. Vin. Hereu.disput. j. col. 51. Salyc. a s. i.fin. C.de lega. Vide Paulũ,Ias. in l.pactum inter.de pact.Cæ ne.cons. 102. li. 3.Dec.l.1. col. 1. C.de institut. & substit.

IN L. NON VIDETVR CEPISSE.
Argumenta.

1 *Actionem habere,sed elisam exceptione,perinde est,ac si nullam habeat.*
2 *Debitũ nõ dicitur, quod ꝑpetua exceptione defenditur.*
3 *Creditor non dicitur, negligens, quo potuit exceptione repelli.*
4 *Actio intẽtata perimitur exceptionẽ, quæ opponitur.*
5 *Sententia pro actore fertur,ni exceptio,ex parte rei pro betur.*
6 *Iure ipso liberari magnopere differt ab eo quod est ope exceptionis liberatum esse.*
7 *Exceptio quando perimat actionem,& quando non.*
8 *Præscriptio petitione sola interrumpitur.*

Regula

REGVLA XIII. VLPIANVS.

NON videtur cepisse, qui per exceptionem remouetur à petitione.

AD istam regulam alia conformatur in l. nihil interest, infra eo. vbi dicitur. †Nihil interest ipso iure si quis actionē nō habeat, an per exceptionem infirmetur. & facit alia reg. quæ habet in l. si quis obligatione. §. non potest videri cepisse. infra eod. 1

Et per istam reg. confirmetur qđ no. Bald. in l. ꝙ si maritus §. si quis autem. supra de const. pec. vbi inquit, † ꝙ non dicitur deberi illud quod perpetua exceptione defendi potest. facit text. in l. debitor, in l. creditor, supra de verb. sig. & ista rōne valet legatum factum creditori, cui exceptio perpetua cōpetebat l. si creditori, in prin. de leg. 1. 2

Et per istam reg. ēt infertur ad illud quod not. Petr. de Anch. in cons. 5. pro parte, in vlt. dub. dū ibi concludit † quod non dicitur esse in negligētia ille qui non petijt debitum, à quo debito excludi poterat exceptione: quia ille malè agere dicitur, cui obstat exceptio. l. verum. supra de compensa. 3

† Ad declarationem regulæ considerandum est, ꝙ opposita exceptione actio intētata perimitur l. quęcunque. supra de compen. & exceptio ꝓposita actionem excludit l. 2. supra de excep. & no. in l. si unus §. pactus ne peteret. supra de pact. vbi Bart. hoc declarat col. 3. & in l. Iulianus. col. 10. sup. de cond. ind. Et ideo regula bene dicit, quòd non videtur cepisse q̄ per exceptionem remouetur à petitione: quia intētio agētis excluditur exceptione opposita, vt supra dictū est. Et tali casu intelligitur alia regula supra alleg. in d l. nihil interest. infra eod. Secus est, si exceptio non opponatur, quia actor obtineret, vt not. ꝑ gl. in d. l. si vnus §. pactus ne peteret, quē Bar. ibi sequitur col. antep. dicens, quòd si petij à te decem, in quib. eras debitor meus, licet fecerim tibi pactū 4

de

de non petendo:nisi tu opponas exceptionē, iudex te condemnabit,& Pau.de Cast.ibi col. fi.alij sequūtur,& hoc idem no.Bar.in l.eū qui ita §.qui ita.supra de uerb.oblig.& in l.exceptionem.C. de proba.& tradit Ang.Aret.in §.omnis col.2.instit.de uerb.
5 obl.Et ad hoc facit.† quia ubi est fraudata intentio actoris, nisi exceptio ex parte rei probetur, fertur sententia pro actore.cap.post electionem c. cum super,de conces.præben.& tradit Alexan.cons.58.viso & perlecto, in princ.lib.5.Et ista conclusio procedit,nisi ex actis constaret exceptionem competere:
a quia tunc iudex supplere potest *a* in his quę ex actis colligūtur, ut no.per gl.in l.1.C.qui & aduer.quos, Ant. de But.in c.ex tenorę col.1.in vers.not.hoc dictum,de rescr. Ang.in d.l.si unus.§.pactus ne peteret,col.fi.Rom.in cons. 227. spectabilis domine. in fi.cum sim.ut dixi latè in c.ex insinuatione, circa fi. de appel.& tradit Alex.in l.1.C.ut quę desunt aduo. col.2.in cons.95.in causa & lite.col.pen.lib. 1. Cautus tamen sit aduocatus ut opponat exceptionem; quia si iudex non uellet supplere, non facit litem suam,ut notat Ange.in d.§. pactus ne peteret. col. fi.alleg.dictum Spec.in tit.de offi.iud.in §. competit,de quo latè dixi in c.ad hæc el.3.de appel. ubi uidendum est.Et superius dicta procedunt, ubi agitur de exceptione propria, quæ excludit actionem: secus si non excluderet actionem : quia non esset
b opus replicatione, prout *b* esset exceptio intentionis, & facti:ut not.Paul.de Cast.post Ang.in l.licet.col.fi.in uers.not.tu qui practicas.C.de iud.& de illa exceptione intentionis dixi in rub. extra de except.ubi uidendum est.
6 † Ex supradictis colligitur, quòd magna sit diffe
c rentia,an quis sit liberatus ipso iure *c* uel ope exceptionis,& declarat Ang.Aret.in §.omnis.alleg.supra in 2.col.instit.de uerb.oblig. ideo ille qui obligatus ipso iure reperit̄,licet exceptione se tueri possit,dicitur esse in dāno:quia magis sibi expediret,ꝙ

a Potest. Licet non teneatur nisi petatur.

b Prout. Quo casu ēt parte nō opponente supplere tenet. Adde Alex. consil. 186.in fin lib.2. cons.235.not. 2. lib.6. Dec.l.cum qd col.6.supra si cer.pet.

c Ipso iure vide Bald. in sua marga in versi. liberatio. & Ias. in §. in bonæ fidei.instit.de act. col.1. H.C.

ipso iure non esset obligatus, ut not. Ange. dicit in l. metum §. sed quòd prætor per gloss. ibi, ff. quod met. cau. & ad hoc facit, quia melius est iura intacta seruari, quàm post causam vulneratam remedium quærere. l. fin. C. quib. cau. in integ. restit non est neces. l. 1. C. quando lic. vnicuique sine iud. se vindi.

† Postremò regula ista limitatur procedere respe ctu principalis petitionis, prout loquit: quia illa ex ceptione opposita perimitur: ut dictum est. Secus uidetur quo ad ea quæ extrinsecus veniũt: quia tũc petere uidetur, licet per exceptionẽ repellatur. gratia exempli, in l. amplius non peti. ff. rem ratã habe. ubi prohibitus petere sub pœna *a* si petat, & litem contestetur, incidit in pœnam. certe hoc etiã haberet locum, licet post litem contestatã opposita exce ptione excludatur d. l. amplius nõ peti. & etiã citra litis contestationẽ in l. si quis maior. C. de transact. committeretur pæna secundum dispositionẽ illius legis: quia petens licet repellatur exceptione, dicitur tamen petijsse, & contrauenisse quantum ad pœnam illius legis. 7

b Sub pœna. Et quod petitio ẽt infructuosa sit punibilis quando petenti pœna imponitur, ponit Bart. in l. 1. in 2. not. C. de bon. pet. subla. lib. 10.

Similiter quo ad effectũ interrumpendi præscri ptionẽ † quia sola petitio sufficit: ut not. Bar. in l. 8
fin. supra de eo per quem factum est, per l. cum notissimi. C. de præscrip. triginta anno. cũ simil. & hoc modo fallẽtiæ quę ponũtur in gl. adaptari possunt.

In gl. ibi, nõ alij, restituendum, hoc non bene congruit uerbis regulæ, quæ etiã primam acquisitionẽ excludit, dum inquit, remouetur a petitione. Et per hoc etiam nõ uidetur cõuenire quod gl. dicit de hærede grauato restituere, qui grauatus adiuit, Simili ter aliud exemplum quod gl. ponit pro veriori, nõ satisfacit: quia ibi in l. nihil §. si cũ filius, ponitur casus spãlis, in quo filius deceptus fuit facto patris, & nõ consonat, quòd regula in casu speciali restringatur. Similiter limitationes quæ ponuntur in gl. nõ conueniũt verbis literę, quæ dicit, remouetur à petitione

titione,& in casibus quibus gl.loquitur, non remouetur à petitione:quia habuit hereditatē, vel heres esse reputatur,& ideo limitationes gl.debēt adaptari,prout dixi in vltima declaratione ad textum. Et dum in tex.dicitur,non videtur cepisse,melius quā gl.dicat exponi potest:cepisse, id est inchoasse & petijsse:vt colligitur ibi, remouetur à petitione. Et pro ista expositione facit text.in l.1.§. cepisse. ff. de pollici.11.q.3.c.cepisti 24.q.1.in c.fi.vel cepisse,idest acquisiuisse,vt per gl.in l.si quis obligatione.§.non potest videri cepisse.infra eod.

IN L. IN OMNIBVS.
Argumenta.

1 *Qualitas loci & tēporis quæ in principali obligatione ponitur in fideiussoris obligatione repetita censetur.*
Dos promissa puellæ,intelligi debet cum nubilis erit.
2 *Promissio mercedis vel pensionis soluendæ ad quod tempus porrigatur.*
3 *Promittens simpliciter restituere mutuum, non potest statim conueniri.*
4 *Precarium ad voluntatem concedentis reuocabile, non est illico reuocandum.*
5 *Precarium recipiens,cū reuocatur de solo dolo tenetur.*
6 *Promittens simpliciter,non statim cogitur soluere,licet præsenti die debeatur quod promissum est.*
7 *Dies apposita dispositioni,differt ab ea,quæ executioni.*
8 *Conditio dispositioni apposita præsumitur in dubio,quādo substantialia concernit.*
9 *Obligatio an nasci soleat ante diem ratione loci tacite subintellectam.*
10 *Natiuitas actionis an differat à natiuitate obligationis*
Dies expressa actionis natiuitatem impedit, obligationis non item.
11 *Debitum purum dicitur,quod præsenti die debetur.*
12 *Promissio de soluendo die præsenti,non ob temporis expressionem impedit fieri exceptionem.*

REGVLA XIIII.

IN omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præsenti die debetur.

IDEM habetur in l. eum qui Calendas. §. quoties. de verb. oblig. cum sim. alleg. in gl. ad idem text. in l. si dies. in princ. supra quando dies leg. ced. in §. omnis. insti. de uerb. obli.

Ista regula procedit nisi dies ratione loci tacite intelligatur. §. loca. instit. de verb. oblig. d. l. eum qui. §. quoties l. interdum l. continuus. §. cum ita ff. de verb. obli. l. 3. §. quis ita el. 2. de eo quod certo loco.

Et hoc etiam habet locum respectu fideiussoris l. si testamento. §. fideius. facit l. si ut proponitur ff. eod. titu. de fideius. per quem Bartol. concludit in l. si ita stipulatus §. Chrysogonus, in pen. col. de verb. obli. †. quod qualitas loci uel temporis posita in principali obligatione, repetita intelligitur obligatione fideiussoris: & notat Bald. per illum textum in l. Titius. C. de operis liber. & dixi in cons. meo 2.

Secundo, quod dictum est ratione loci, idem est ratione rei, quæ non sit rerum natura, sed speretur, quia dies & tacita conditio intelligitur, si nascatur d. l. interdum de verb. obli. l. 3. §. fi. de cōd. & demon. not. per glo. hic, & in §. omnis. instit. de verb. oblig. cum sim.

Tertio, idem est si ex uoluntate disponentis tacite aliquod tēpus determinatū intelligatur, vt de testatore not. per gl. in l. si dies. in prin. in uerbo, confestim, supra quādo dies leg. ce. quę allegat l. epistolam in §. fin. ff. ad Trebel. & Bar. ibi declarat. ad idē facit text. in l. fideicō. §. si filio. de leg. 3. quem ad hoc Bar. adducit in l. si legatarius §. fin. de leg. 3.

Quarto, hoc idem dicendum est, si ex qualitate cōtractus vel actus hoc intelligatur, & potest exemplificari hoc pluribus modis.

Primo

Primo, ex quod notabiliter dicit Christophorus Porcus in d. §. omnis. de verb. oblig. instit. in gl. in
2 verbo, cōfestim, quòd † si quis promittit puellæ dotem, tacitè, intelligitur cum erit nubilis ętatis. allegat l. qui filium. ff. ubi pupil. educ. deb. & ibi dicit, quòd eo ita respondente iudicatum fuit.

Secundo, aliud exemplum Porcus ibi ponit, in eo qui promittit soluere mercedem magistri, uel pensionem domus. nam tacitè intelligitur in die quo solutio fieri consueuit. l. nec semel. §. si in habitationem. ff. quando dies leg. ced.

Tertio, aliud exemplum colligitur ex dictis Bar. in l. si pœnam. in fin. de verb. oblig. uers. inquit
3 quòd † si mutuaui tibi decem, & promittas simpliciter restituere, non tamen videtur quòd statim possis conueniri, quia ex tali mutuo non haberes aliquam utilitatem. allegat gl. in l. pen. in fin. C.
a commodati. & sequitur Imo. *a* & Alex. in d. l. si pœnam. quia non debet quis decipi beneficio, sed iuuari. l. in commodato. §. sicut. ff. commodati. facit l. qui sic. ff. de sol.

Quarto hoc in simili uoluit Abb. in c. fi. de precariis, col. 4. versi. sic potest dici in precario, dicens,
4 † ꝙ licet precarium reuocari possit ad uoluntatem concedentis, non tamen videtur, quòd statim reuocari possit, ex eo quod not. Bar. in d. l. si pœnam. hoc tamen dictum Abb. de precario non uidetur procedere sine dubio, quia precarium pendet ex sola voluntate concedentis l. Lucius. ff. de donationib. ergo ui
b detur, quòd statim *b* reuocari possit, & ita Bal. dicit in l. 2. C. commodati. Confirmatur hoc, quia si pēdet à uolūtate concedentis. d. l. Lucius. & in l. de precariis. in c. 1. eo. ti. uoluntas est libera. l. fideicommissa. §. quanquam. ff. de leg. 3. ergo uidetur, quòd semper pro voluntate reuocatio fieri possit.

5 † Et pro ista cōclusione contra Abb. iudico tex. in l. quæsitum §. eum quoque. ff. de precariis. & qđ per illum tex. no. Bar. in l. quod natura. col. fin. uersic. 13.

a Imola. Itē & tenet ibi Raph. sed Bal. in add. in d. l. si pœnam. & ibi Ang. tenēt gl. d. l. si pœnam licet Bar. eam reprobet, & allegat glo. in l. pen. in fi C. cōmod. pro sua opin. tamē illā gl. reprehēdit Frā. Tigr. & alleg tex. contra eam in l. seruus le. §. fin. de leg. 1. & in l. fideic. §. si hēs. de leg. 3. quæ iura si eo uideri probant clare opin. Bar. maxime. §. si hæres & in §. fi. si iungatur eū §. si hēs hāc opi. tenet Ias. d. l. si ponā. & l. cum qui calendis. §. 1. eo. tit H C.

b Statim. infra eod. l. cōtractus. nu. 9.

quæro.ff.depositi.vbi concludit, ꝙ ex eo quod precarium reuocari poteſt ad nutum concedētis, ſolū de dolo tenetur qui precarium recipit: quia cū in vno grauetur, in alio releuatur. Et iſta ratio facit, & inferre videtur, quòd ſtatim reuocari poſſit, nec ꝓpter hoc deceptus videtur, qui precarium recipit: quia iſta eſt natura precarij, de qua cogitare potuit à principio ille qui recipit.

Quinto † generaliter conſiderandum eſt, quòd licet præſenti die debeatur illud, quod ſimpliciter promiſſum fuit, non tamen ſtatim promiſſor cogitur ſoluere: ut gl. hic dicit. & idem gl. in d. §. omnis. inſti. de verb. oblig. vbi tex. & magis præcisè loquitur dum inquit, quòd confeſtim peti poteſt: & tamen gl. ibi dicit, hoc eſſe intelligēdum cum aliquo ſpatio. & idem gl. in §. ſi impoſſibilis. in verbo. ſtatim. inſtitu. de inuti. ſtip. & ad hoc facit, quia licet interpretatio conſtituat debitorem in mora. l. ſi ex legati cauſa. de verb. oblig. not. in l. quod te. ſupra ſi cer. pet. hoc tamen intelligitur cum aliquo ſpatio. l. ſi quis filium. §. ſtip. de colla. bo. ff. & not. Bart. in l. ſi pœnam. ſupra quando di. leg. ced. cum ſim. ut trad. Alex. in l. 1. §. item. ſi ita. col. 2. ſupra ad leg. Fal. Et ſtante iſta concluſione, dictum Bar. in d. l. ſi pęnam. videtur habere locum non ſolum in mutuo, prout ipſe loquitur, ſed in quolibet alio debitore qui videlicet teneatur, non tamen ſtatim cogitur ſoluere, ut ſupra dictum eſt. 6

Vlterius in caſibus ſupradictis aduertendum eſt, † quia magna differētia eſt, an dies qui apponitur, apponatur diſpoſitioni vel executioni. vt not. Bar. & diſtinguit in l. talis ſcriptura. in fi. de leg. 1. Et eo modo in cōditione quæ reſpicit executionē nō ſuſpendit, neq; facit actum cōditionalem. ut per Bar. in l. 1. col. 2. ff. de cond. & demō. vbi declarando tex. in l. mutuo. §. ſub cōditione. ff. de tu. dicit, quòd illa conditio appoſita tutori, ſi ſatiſdederit, nō facit cōditionem, vt ibi dicitur, quia nō reſpicit donationē 7

tuto-

tutoris,sed executionem & administrationem tutelæ.& idem Bar. concludit l. item quia. vers.hu ius rei. sup. de pact. in l. ita demum. C. de arb. & Bald.in l.3.C.de arb.cum sim.vt tradit Alex. in d. l. item quia.& est bonus text.in l.si decem cum petie ro.de verb.obliga.

8 † Et in dubio conditio videtur apposita dispositioni,quãdo cõcernit substantialia,sine quibus obligatio consistere nõ potest,secus si respiciat accidentalia,quia tunc executioni apposita videtur: vt not, Bal.in c.fi.col.1.in fi.de pręsum.Et applicãdo ista ad ea quæ superius dicta sunt,considerandũ est,ꝙ quãdo datur tempus debitori ad soluendum miserationis causa,ut sup.in 5.& vltimo casu dictũ fuit,illud tempus respicit executionẽ,& non impedit natiuitatem obligationis.Et tali casu regula ista non limitatur:quia uerũ est dicere,quòd præsenti die debet̃, licet exactio differatur: q̃a cessit & venit dies, cum obligatio pura sit.l.cedere diẽ de uerb. sign. & eodẽ modo in casu mutui,de quo Bar. loquitur in d.l.si pœnam.ille qui mutũ recipit statim tenetur illud restituere,ut not.per gl.in fi.d.l.si pœnã facit. l.1.ff.de cer.pet.licet aliqua dilatio ad soluendũ tribuatur. arg.l.ratum.& l.quod dicimus.ff.de solu.secus est in tacita cõditione,ratione rei quæ nõ sit in rerũ natura.ut sup.in secũdo casu dictum fuit:quia ista suspẽdit dispositionem,quia respicit substãtiã obligationis.d.l.interdũ.de uerb.oblig.& d.l.j.in fi. de condi.& demon.& idem dicẽdum est, si testator hoc velit.ut supra in tertio casu dictum fuit.per gl. in l.si dies.ff.quando dies leg.ced.cum sim. supra alle.facit l. in conditionib.§.1.de cond. & demon.In istis enim casibus regula nostra hic limitatur: quia præsenti die non debetur.

9 † Sed dubitatio est de die tacita quæ ratione loci subintelligit̃,de qua sup.in primo casu dictũ fuit an ante diẽ quæ tacitè intelligit̃ sit nata obligatio, Bar.in d.l.interdũ,cõcludit ꝙ obligatio statĩ nata sit,

ſed non actio.per illum tex. & opi. Bar. cõmuniter tenetur,ut Alex.ibi dicit.facit tex.in l.ſi ita ſtipulatus eſſem abs te.de verb.oblig.ibi,non ante agi poſſe.& in l.exiſtimo.§.ex hac.eod.tit.de verb.obl. & in l.ſi tutor reipu.§.fi.de tutel.& rat.diſtrah.

Iaſon tamen nouiſſimè in d.l.interdum , dicit ſe tenere contra omnes , quòd dies tacita nedum impediat natiuitatem actionis,vt communiter Doct. dicunt , ſed quòd etiam ita impediat natiuitatem obligationis,propter æquiparationem quam facit tex.in d.l.interdum. de ſtipulatione quæ fit de partu naſcituro,vel de fructibus naſcituris ad promiſſionem ſolutionis,quæ certo loco fieri debet, & q̃ a ſecundum eum,ſi dies quæ tacitè ratione loci intelligitur,impedit natiuitatem actionis, vt doct.communiter tenent , pariter videtur natiuitatem obligationis impedire,quia ratio diuerſitatis, dicit ipſe,reddi non poteſt.Audacter iſte loquitur, & cum paruo fundamento,& ideo à communi opin. recedendum non uidetur.

Non obſt.æquiparatio quam facit tex.in d. l. interdũ,quia loquitur reſpectu actionis . de qua text. expreſsè dicit,nõ aũt de natiuitate obligationis. & certè quantum ad natiuitatem obligationis , alia ratio videtur in eo qui partũ futurum , vel fructus naſcituros promittit,quia incerta eſt obligatio.nõ ſic uidetur in eo qui certo loco ſoluere promittit.

† Nõ obſtat quòd non videtur ratio diuerſitatis inter natiuitatẽ actionis & obligationis , quia hoc in die expreſſa reperiẽ, quæ licet impediat natiuitatem actionis,non tamen impedit natiuitatẽ obligationis.l.cedere diem.de verb. ſig.no. Bart.in d.l. ita ſtipulatus.in 2.principali.q. de verb. obl. Iaſon rñdet in d.l.interdum . & fatetur hoc in die expreſſa : ſecus dicit in tacita,de qua agiẽ, ſed talis differẽtia nõ ſatisfacit quantũ ad propoſitũ, quia ſi dies expſſa nõ ĩpedit natiuitatẽ obligationis , à fortiori nec tacita q̃ l. intelligiẽ ex cõiecturata mẽte cõtrahẽtiũ. 10

Adde

Adde tamen, ꝙ contra communem opinionem, videlicet quòd ante diem quæ tacitè intelligitur, non sit nata obligatio, uidetur tex. in l. continuus. §. cum ita. in fi. dum ibi dr̄, quòd si ille qui certo loco dare promisit, ad talem locum peruenerit celerius quàm fieri solet, statim ꝙ applicuit ad locum, obligatus est, ergo uidetur quòd prius non sit obligatus. & Aret. ibi not. illum tex.

Non obstat, quòd in die expressa sit nata obligatio ante diem: quia non sic uidetur in tacita, in qua minor est certitudo, quàm in die expressa & determinata: quia dies tacita arbitrio iudicis declarari debet. d. §. cum ita.

11 Vltimo not. istum tex † quòd illud quod præsenti die debetur, purè debeatur. ad idem tex. in l. liber homo. §. 10. de verbor. obligatio. ubi ille qui hodie dare promittit, potest statim cōueniri, quia obligatio præsens dicitur, & non in diem. & illum text. glo. hic adducit. hoc verum est respectu dilationis, quia illa expressio præsentis diei non facit dilationem, secus est quo ad alium effectū extrinsecum, quia diem habere dicitur, ut est text. not. in l. talis scriptura. de legat: 1. ubi clausula illa quæ loquitur de legatis in quib. dies non erat, non comprehendit legata quæ præsenti die relicta erāt, quia illa dicuntur habere diem ad effectum de quo

12 tex. ibi loquitur. † Et notādum est, quòd promissio facta de soluendo hodie, uel præsenti die, nō impedit exactionem fieri in ipso *a* die propter specificā expressionē temporis, licet secus sit in promissione facta simpliciter, ut no. Ang. Aret. in §. omnis. insti. de uerb. obl. per glo. ibi in uerbo, nec ipso. & alle. ēt Bar. ad hoc in l. liber homo. §. decem. de uerb. oblig. & ꝓbatur per illum tex. & ad idem facit l. 3. §. si q̃s ita. el 2. supra de eo quod cert. loco, ubi si quis promittit hodie dare Romæ 10. nō ualet stipulatio ꝓpter impossibilitatē. ergo datur intelligi, ꝙ illa exp̄ssio de dādo hodie sit precisa, & dilationē nō patiatur.

a Ipso. In contrarium est sensus & obseruantia communis.

In glo.ibi, idem si exprimatur. Alb. hic dicit, quòd ista gl. à Doct. reprobatur, sed saluari debet, ut habeat locum quo ad natiuitatem obligationis, put loquitur, secus quò ad translationem. ut Bar. cõcordando glo. contrarias concludit in l. ita stipulatus in 2.q. de uerb. obl.

IN L. QVI ACTIONEM HABET.

Argumenta.

1 *Meum non immerito dicitur quod mihi debetur.*

2 *Actio vel mobilis vel immobilis dicitur, pro qualitate rei quæ in ea deducitur.*

3 *Videtur, verbum fictionem, non veritatem importat.*

4 *Actionem habere, an sit minus, quàm rẽ ipsam teneri.*

5 *Actiones personales, & debitorum nomina, in bonis nostris computantur.*

6 *Statutum loquens de vendente rem suam, non intelligitur de re ad quam quis habet actionem personalem.*

7 *Debitum mihi, non est propriè meum.*

REGVLA XV. PAVLVS.

QVI actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur.

NOTA quòd de actione idem quod de re ad quam competit, iudicatur: †& ideo illud quod mihi debitum est, meum appellatur, ut no. per gl. in l. si tibi pecuniam. in verbo, meum. ff. si cer. pet. & in l. si me & Titium. in uerbo pecunia. in l. eius qui in prouincia. in verbo. defuncti. & ibi Bar. ff. si cer. pet. & in l. si pecuniam. in uerbo, tuam. C. de nego. gest. in l. 1. ff. quod cum eo. in uerbo suum,

† Et ista ratione actio iudicatur res mobilis, uel 2
immobilis, secundum qualitatem rei *a* quæ in ea a
deducitur, ut per gl. in l. 1. C. si aduer. transa. & Bar. ibi hoc declarat. & idem Bar. in l. poteſt. ff. de auth. tut. cum simil.

a Rei. And. Tiraq. in tract. retract. proxi. §. 1. glo. 8.

Et quantũ ad istam regulam, ille de plano exẽplificat,

ficari potest in actione reali: quia cum actio cõpetat ad rem recuperãdam, talis res dicitur esse in bonis.l.rem in bonis.ff.de acquiren.re.do.l. bonorum ap.sup.tit.1.

Nec ob.quòd habens dominium rei, & rei vẽdicationem,propriè dicatur rem habere,ut gl.hic dicit.Regula autem ista loquitur per modum fictionis,dum dicit, † videtur.per istam rationem gl.re-
3 probat istum intellectũ. Quia responderi potest,ꝙ ista ratio nõ tollit,quin ista regula verificetur, & à fortiori habeat locũ in actione reali,dato quòd verè & propriè dicatur rem habere ille qui habet dominium:sed ratio præallegata videretur inferre, ꝙ in actione reali regula nõ restringatur. Præterea & secundo respõdetur, licet in actione reali quis verè habeat dominium, plus tamen est habere rẽ apud se,quam habere actionem ad rem recuperandam, propter commodum possessionis, quod non videt esse parui momenti.§.commodum.insti.de interd. l.is qui supra.de rei vend.& ideo alia regula quæ ha
4 betur.ff.eo.†dicit,minus est actionem habere, quã rem,& isto respectu iura utuntur uerbis denotantibus fictionem,quia uerè non habet rem apud se,licet habeat dominium. & isto modo loquẽdi vtitur tex.in d.l.rem in bonis.de acqu.rer.do. dum utitur uerbo intelligitur,quod denotat fictionem. l. quoniam.ubi Bal.ff.de his qui no.infa.l.hæres quandoque.s.de acq.hære. quem tex.ad hoc allegat Roma. cõsi.405.præsuppositis terminis.col.1.& in c. ex studijs.de præsump. quem tex.ad hoc allegat Abb.in consi.20.casus in effectu,col.2.lib.2.

Similiter tex.in d.l.bonorum.§.fi.supra ti.1. utitur uerbo, uidẽtur, quod uerbũ etiam no.fictionẽ, ut per gl.hic,& in l.si duo.in gl.fi. supra de acq. hæ. in l.j.§.deiecisse.in uerbo.& uideor.ff.de vi & ui ar. cũ sim.ut per Bar.in l. si quis pro emptore. de usuc.

Secundo ista regula etiam uidetur procedere in actione personali,ut tenet gl.hic,quæ rationem adducit:

ducit: quia cũ ad esse dicatur debitori id in quo alij obligatus est. l. si mandato Titij. ff. de negot. gest. ergo econtra creditori cui debetur, videtur adesse, secundum glo. hic. & ad hoc facit, † quia actiones personales, & nomina debitorum dicuntur esse in bonis. d. l. bonorum. §. fi. tit. 1. & ideo qui non potest rem acquirere, eodem modo actionem ad rem acquirere non potest. l. si ad resoluendam. C. de præd. mino. l. si vnus ex socijs. ff. de serui. rustic. præd. ubi Pau. de Cast. & illud quod est in iure, & obligatione dicitur esse in patrimonio, ut not. Bald. in l. facere. in prin. per illum tex. ff. sol. mat.

Et ista conclusio vera est largo modo & fictè, ut denotat verbum illud: secus est verè & ꝓpriè, quia vt supra dictum est, minus est, actionẽ habere, quã rem. ut infra eo. l. minus. † & ideo statutũ quod loquitur de vendente rem suam imponendo pœnam, non habet locum in eo qui venderet rem ad quam haberet actionem a personalem, ut not. Barto. in l. 6
Gallus. §. uidendũ. de lib. & posth. quia ille nõ dicitur proprie habere rem ad quam habet actionem, vt post alios tradit Alex. in d. §. uidendũ, & not. Bar. in l. nemo. ff. de in inte. rest. & dicit Bar. in l. forma. §. fi. cũ ergo. supra de cens. ꝙ ille qui possidet, debet ponere rem in castro, non ille qui habet actionẽ ad rem petendã, & facit. l. sciendum. §. si fundus. supra qui satis. cog. ibi diuersa causa est eius qui fundi petitionẽ personalẽ habet, sic etiã quod supra in prin. dictum fuit, quòd meum quandoque appellatur quod est mihi debitũ: illud est uerum largo modo & improprie, per supradicta, & ad idem facit, quia licet ius patronatus sit de foro ecclesiæ. c. quãto. de iud. tamen actio personalis ad ius patronatus dicitur de foro ecclesiæ secundum Ant. de But. in d. ca. quanto. circa fi. & no. Aret. in cons. 6. viso instrumẽto. in fi. de quo dixi in d. c. quanto. in fin.

a Actionẽ. Dixi in consuetu. Paris. §. 23. q. 9. H.C.

† Et quia, ut dixi, proprie non dicitur meũ, quod est mihi debitum, vt no. per gl. inst. de actio. in prin. 7

in

in uer.debetur,& per illam glo. dicit Rom. in cōs. 101. pro decisione,quod meum proprie nō dicitur mihi debitum.etiam facit tex.in l.Aurelius. §.Meuia.in l.creditor.§.Titia.de lib.leg.& quod no.Bal. in l.cum necessitatem.C.de fideic.in princ. & aliud est quod beneficium sit suum, aliud quòd sit sibi debitum,ut no.per glo.in clem. auditor. in uerbo debitum.de rescrip.l.large. ergo & improprie mihi debitum dicitur meum,ut dixi.& not.Rom.in consil.195.in casu præmisso. & quod no.Alex.in consil. 64.& si celerrime.l.3.in prin.

IN L. IMAGINARIA.
Argumenta.

1 *Pretium,in contractu venditionis dicitur de substātia.*
2 *Venditio facta pretio viliori, an sit dicenda donatio.*
3 *Venditio imaginaria seu simulata,nullius est efficaciæ.*
4 *Venditio facta in fraudem creditorum, valida est,reuocatione indigens.*
5 *Vēditio nullius est valoris,quæ facta est in fraudē legis*
6 *Simulatum contractum asserens, simulationis speciem exprimere debet.*

REGVLA XVI.

IMAGINARIA venditio non est, pretio accedente.

IAM pretium arguit contractū uenditionis.l. si.ubi Bar.C.de prædi.curia.lib.10.no.gl. & Bal.in l. cum dotem.C.de iure dot.& gl. in uerbo pretio:in l.apud Celsum.§.sed cum legitima.supra de excep.
1 do.†& pretium dicitur esse de substantia cōtractus venditionis l.pacta conuenta. supra de contrahen. emp.&ideo accedēte pretio,ut ibi dicitur, vera est vēditio,& non imaginaria,sufficit etiam ut vera dicat venditio & cōuentio facta de pretio cū proposito soluendi pretiū, quia solo consensu vēditio pficitur.§.1.insti.de emp.l.2.ff. eo. vnde q dr hic ptio

accedente,

accedente, intelligitur etiã conuento: nec resoluitur contractus venditionis, licet postea pręter primum propositum loco pretij aliud soluatur l. pretij causa C. de rescin. uen. l. si sponsus § circa venditionem ff. de don. inter vir. quem tex. hic gl. adducit. & quod dictum est intelligitur, quando ea principio intentio erat, quod pretium solueretur: secus si pretium apponatur ex causa donationis, id est ea intentione quòd non soluatur: tunc enim non dicitur venditio l. cum in uenditione. supra de contrahen. emp. esset enim imaginaria venditio, quæ in effectu facta est sine pretio, ut hic a contrario sensu colligitur; & eo modo imaginaria venditio dicitur, si facta sit uno nummo de re maioris pretij, ut no. per glo. in §. præterea. inst. quib. mod. ius patr. pot. sol in ver. imaginaria. & inst. de test. in prin. in verb. libripendæ. Si autem venditio facta sit pro modico pretio, illa tamẽ est vẽditio vera, vt hic dicit per tex. qui hoc bene probat in l. quis donationis. intra de contrahen. emp. secus est, ut dixi, in venditione facta vno nummo, quia tale pretium nullã habet proportionem ad ęstimationem rei An autẽ
† vẽditio facta modico ꝑtio dicatur potius donatio quàm venditio, Cy. in l. 1. in fi. C. de pact. quẽ Bal. ibi refert, dicit, ꝙ potius dr̃ donatio: & ad hoc est glo. in l. apud Celsum. §. autoris in verb. causa de excep. dol. supra. & ideo Bal. in d. l. 1. infert, ꝙ dispositio l. si unquam. C. de reuoc. donat. habeat locũ in vẽditione facta modico pretio. *a* & idem dicit Bald. in d. l. si vnquam, & facit quod no. Bar. in l. non usque. supra si quis a pa. fue. ma. & hoc intelligendum vr̃ qñ pro maiori parte esset donatio secundum doctrinã quã tradit Bar. in l. Aristo. circa fi. ff. de do. & l. tenetur. §. 1. supra de act. emp. no. c. ad quæstiones. de re. ꝑmu. & trad. Abb. in cõsi. 15. quęritur lib. 5. Alex cõsi. 112. uiso ꝓcessu. col. pe. lib. 5. † Et imaginaria vẽditio & simulata, de qua dictum est, nulla *b* est l. emptor. in prin. sup. de aqua plu. arc. facit. & ꝗ sub imagine. C.

2

a

3

b

a Pretio. Late And. Tiraq. rep. d. l. si vnquam. vers. donatione largitus. nu. 2.

b Nulla. Vide Bal. & doct. in l. j. C. plus vale. quod agi. vbi dicit, ꝙ simulatio vitiat iuramentum, transactionem, sententiã & laudũ, & quotuplex sit, vide Bal. in l. cũ precibus. C. de proba. latè Cæp. in tract. de simul. contractuum. & qualiter probetur, vide Bald. vbi sup. Bar. l. pacta. C. de pac. & Bal. in l. multũ. 1. col. C. si quis alteri. H.C.

de distra.pig & not.Bart.in l.post cōtractū col.3.ff.
4 de don.† vbi secus dicit esse in uenditione facta in fraudem creditorum,quia illa ualet, & opus est ꝙ reuocetur mediātibus actionibus reuocatorijs, de quibus in tit.de his quæ in fraud.cred. & Bart. in l. filios.C.de reuo.his quæ in fraud.cred. & hoc benè procedit alienatione facta in fraudem creditorum.
5 † secus si facta sit in fraudem legis, quia illa est nulla,vt no.Bar.per illum tex. in l. si libertus. supra de iure pat.& Bald.in l.j.in 1.opp.de oper.lib.quia ubi agit de annullatione actus, durius agit cum lege, quàm cum homine,ut per Bar.in d.l. si libertus. & l.amplius non peti.ff.rem rat.hab.

Postremo ad declarationem istius l. dicit Bald.allegādo istum text.in l.cum precibus.C.de proba. ꝙ hic agitur de simulatione, in qua nihil agitur. Et hoc exēplificari potest in eo qui nullo modo velit vendere,sed propter timorem tyranni uel criminis commissi facit uenditionem simulatam : ut dicit Paul.de Cast.in consi.115.uiso puncto suprascripto col.2.& ibi ꝓsequitur plures, species simulationis, de quibus not.Bal.in d.l.cum precibus Bart.in cōsi. 65.Petrus Nicolę.col.2.uersic.circa primum, in l.1. plus ual.quod agi.in l.Lucius.la 2.ff.deposito.nouissime Soc.scribit in cons.268.uisis col.3. circa secundam quæst.

6 † Et cum sint plures species simulationis,ille qui dicit contractum simulatū,debet exprimere & specificare speciem *a* simulationis,ut not.Bart.in d. cōsi.65.col.3.Bal.in l.ab Anastasio in fin.C.mād. Paul. de Cast.in l.iurisgētium.§.dolo malo supra de pact. Alex.in consi.111.uiso superiore themate col.1.lib. 3.in consi. 28.in causa.col.1.Pet. de Anch. in cons. 227.Ad corroborationem col.1.Et ista addēda sunt ad ea quæ tradit Barth.Veron. in tract. simulationum.in 26.præsumptione.col.fin.

a Speciē. Ang. Aret. instit. de except.in princ. col.21.

In

de pauperibus, qui accessorie veniunt, vt latius ipse ibi prosequitur. Et hoc idem videtur tenere Abb. in cons. 11. factum sic proponitur. in primo dubio, & 2. lib. & ista opin. de iure verior videtur.

Secundò quod dictum est de hærede, † idem est de quolibet alio debitore: quia in dubio pro eo tẽpus appositum intelligitur vt hic dicitur, & l. eum qui Calendis. §. fin. de verbo. obl. & text. in §. omnis. versi. quod in diem. inst. de verb. oblig. Et ideo ante tempus si velit soluere, potest l. quod in diem. ff. de solut. 4

Et eodem mõ si debet solutio fieri in certo loco fauore debitoris, poterit alibi debitor soluere. ac si talis locus expressus nõ fuisset: vt no. Bar. in l. is qui. supra de eo quod cer. loco. Et idem no. Bal. in l. accep tam. in 12. q. in fi. vers. sed pone. C. de vsu.

Et quod dictũ est de tempore, procedit in die certa: secus est in die incerta. vt expresè textus distinguit in l. stipulatio ista §. inter certã. de verb. oblig. † Nam dies incertus pro conditione hr̃ l. dies incertus. supra de cond. & dem. Et ante conditionem nõ cogitur creditor inuitus solutionem recipere, quia deficiente conditione tenetur restituere: vt no. Bar. in l. item liberatur. §. qui paratus. in fi. infra quibus mod. pig. vel hyp. & no. in d. §. inter certam. 5

Secundo, prædicta conclusio, quòd ante tempus solui põt, habet locum qñ tempus solum apponit fauore debitoris: secus si agatur interesse creditoris, quia ante tempus solui non põt. l. qui Romę. in prin. ibi gl. & Bar. de verb. obl. facit quod supra dictum est de hærede qui ante tempus soluere nõ potest in præiudicium legatarij, & a fortiori hoc dicẽdum est, si solum fauore creditoris tempus adijciatur: quia similiter ante tempus solutio fieri nõ potest. l. si ita relictum. §. Pegasus. de leg. 2. vt no. in l. in fideicommissi. §. cum Polidius. supra de vsur.

Et ex his infertur † quòd creditor non cogitur ante tempus recipere vinum, nec granũ, nec aliud 6

quod

quod cursu tẽporis deteriorari possit, ut not. Bald. post Guliel. de Cu.in l.plures apochis C.de fi. instr. & Flor.in d.§.cũ Polidius.in fi.Alex.in d.§.inter certam.& no.Cy.in d.l.2.in vlt.q.C.de iure emph.Ang. in l.Titius,in fin. in versi.unum tamen. ff. quæ res pig.ob.poss.

7 Et hac ratione † emphyteuta nonpotest soluere canonem pro pluribus annis futuris, quia agitur de interesse ipsius domini creditoris: vt tenent Cy. Bald.Alb.& Domi.in d.l.supra de iur.emph.Spec.in tit.de loc.§.nunc aliqua.ver.42.Bart. in l. eum qui. supra de ann.leg.cum simil.vt tradit Alex.in d. §.inter certam.ubi dicit istam esse cõem opin. & idem Aret.dicit in d.l.qui Romæ.in princ. Et Moder.in d.

8 l.2.q.22.Et adde, † ꝙ non valet scriptum *a* Papæ,

a quod emphyteuta non soluendo priuetur iure suo, ut not.Bald.in l.si à te in uer.& no. C. de pact. inter emp.& vend.

Videtur tñ ꝙ valeret rescriptum ꝙ emphyteutã possit soluere ante tempus pluribus annis futuris, si propter malignitatem quorundam dominorum qui subterfugiunt,& nolunt canonem recipere, ad illaqueandum emphyteutã:quia malitijs hominũ obuiandum est l.in fundo supra de rei uend.

Et quia agitur de modico præiudicio: nam si potest concedi dilatio ad soluendum per rescriptũ l. quoties.C.de prec.imper.offer.à fortiori videtur ꝙ quis possit cogi ad recipiendum : quia hoc videtur minus præiudiciale.

a Rescriptum. Intellige ꝓprie: nam largo mõ cõprehendit priuilegium, & bene posset fieri. quia quod põt ꝑ consuetudinem induci, potest a fortiori per priuilegium,ut per c. super quibusdã,de verb.sign. & hoc etiam sentit Bal. in l. si à te.in prin.legis. H.C.

9 Et licet valet rescriptum,ut dictum est,† ualet tamẽ consuetudo quòd non soluẽdo emphyteuta iure suo non priuetur:ut not.Abb.tradit in consi. 72. circa primum,lib.2.ubi hoc dicit in ecclesia.& idẽ Ioan.de Ana.in consi.84.videndum est col.fin.

Et eodem modo valeret pactum factũ cum ecclesia, quòd emphyteuta non soluendo non cadat:ut not.dicit.Bart.in l.fundi.C.de fundo patr.lib.11.& sequitur Pau.de Cast.in consi.137.

† Et sicut debitor in cuius fauore tẽpus apposi- 10
tum est, potest, si uelit, ante tempus soluere, ita creditor, in cuius fauorẽ tẽpus apponitur poterit petere ante tempus, ut sit æqualis cõditio utriusq; cõtrahẽtis. ut Rom. dicit in d. §. inter certa. & sequitur Are. in d. l. q. Romæ. in prin. ar. l. cũ dies. §. si arbiter. in fi. ff. de arb. facit text. in l. fi. C. de fruct. & lit. expẽ.

† Soc. in d. l. qui Romæ in prin. reprobat istã ęqui 11
parationẽ, & dicit manifestam esse rationem diuersitatis: quia in debitore soluente ante tẽpus nõ agitur de interesse creditorꝭs. secus uidetur in creditore si uelit sibi solui ante tẽpus, quia agitur interesse debitoris, ut ante tempus nõ cogatur soluere. Et ipsi debitori uidetur esse ius quæsitũ beneficio creditoris, unde illud sibi tolli non potest. arg. l. fin. ff. de pact. Et facit quod no. in l. peten. C. de temp. in integ. rest. peten. & quod no. Bart. in l. si post mortẽ. §. fi. ff. de contra tab.

† Sed uerior uidetur opin. Roma. quia si tẽpus 12
apponitur fauore creditoris, ꝑut loquitur Ro. etiã ipse debet posse renuntiare fauori suo: nec tali casu potest debitor prætendere aliquod interesse: quia si solum est dilatio in fauorem creditoris, debet esse nociua debitori, & interesse debitoris nõn est in cõsideratione. Nam si interesse debitoris deberet considerari in tali casu, tunc, gratia utriusque esset dilatio: quo casu etiam debitor in diem non potest prius soluere, quando tempus respicit fauorẽ utriusque, ut no. in d. l. qui Romæ. in prin. unde patet quod recte consideranti, debitor, & creditor a pari procedunt, prout Ro. & Aret. dicunt, & bene.

IN L. QVAE LEGATA.

Argumenta.

1 *Legata pure uel in diem certum relicta, ad hæredem transmittuntur.*

2 *Legata quæ ad hæredem non transferuntur, patri, vel domino*

domino non acquiruntnr.

3 *Stipulationum commoda patri vel domino indistinctè acquiruntur.*

4 *Cõditionis futuræ spes quare potius in cõtractu, quàm in legato ad hæredes transeat.*

5 *Conditio in persona hæredis implenda, in domino vel patre non est verificanda.*

6 *Conditio dandi hæredi, non habet verum in hærede hæredis.*

REGVLA XVIII.

QVAE legata mortuis nobis ad hæredem nostrum transeunt, eorum commodum per nos his quorum in potestate sumus, eodem casu acquirimus, aliter atque cum stipulati sumus nam & sub conditione stipulantes, omnimodo eis acquirimus, etiam si libertate nobis præstita à dominis conditio existat.

1 NAM † legata quæ pure vel in diem certum relicta sunt, ad hæredem transmittũtur l. post diẽ. in prin. l. si penum. in princip. ff. quando dies lega. ced. l. 1. §. cum igitur in fin. eod. tit. C. quando dies leg. ced.

Eodem modo ista legata ex persona filij vel serui patri vel domino acquiruntur vt hic dicitur, & in d. l. si post diem §. pen.

Sic econtra legata quæ ad hæredem non transmittuntur, ut sunt legata cõditionalia. l. 1. §. si autem aliquid sub cõditione. supra de cadu. tollen. & d. l. si post diem. §. sed & si sub conditione patri uel domino nõ acquiruntur, sed ipsi filio uel seruo, si tempore purificatæ cõditionis sui iuris reperiunt, ut hic a contrario sensu colligitur, & in l. si usufructus. §. fin. supra ut leg. no. caue. in l. uxor. C. de cond.

2 infer. Et hoc bene procedit in legatis, † secus est in stipulationibus quorum commodũ indistinctè pa-

patri uel domino acquiritur.licet tempore purificatæ conditionis sint sui iuris filius vel seruus: ut hic dicitur.ad idem tex.in l.si filius.ff. de verb.obli.in l. 2.§.id quoque quod supra de collatio.bono.

Et ratio diuersitatis videtur, quia in stipulatione cõditionali illa spes quæ habetur de cõditione futura transit ad hæredẽ.§.ex cõditionali.insti. de verb. obli.ideo patri vel domino acquiritur, per regulã quæ hic in prin.habetur.Sed spes legati conditionalis non transmittitur in hæredem.l.1. §. sinautem. C.de cad.tollen.ideo patri vel domino non acquiritur secundum regulam quæ hic ponitur.

3 † Et si vlterius quæratur de ratione quare potius spes futuræ cõditionis in cõtractu ad hæredes transmittitur,quam in legato,Dicendum est quod in cõtractu actus fundatur ex consensu duorum.& factũ stipulatoris interuenit,qui sibi ex hęredibus suis ꝓuidere vř.vnde fortior acquisitio redditur.Nõ sic videtur in legato, ut per gl.in d.§.ex cõditionati.& ꝑ Doct.in l.si filius.de quo tamen dicendum est, ut dixi in l.1.C.de pact.

Vltimo ad ęquiparationem quę fit hic de hęrede ad patrem uel dominũ facit,tex.in l. qui liberis. §.hęc verba.de vulg. & pupil. ubi substitutio facta de hæred.nõ habet locum in patre vel dño..& pariter,net in hr̃de hæredis.† Et conditio quę debet im 5 pleri in persona hęredis, nõ uerificatur in persona dñi,uel patris. l.qui hęredi.in prin.supra de cõd. & dem.& facit tex.no.in l.5.hoc autem. de leg.pręstã.

. Et pariter uidetur quòd † cõditio dandi hęredi, 6 nõ uerificetur in hærede hr̃dis *a* d.§.hęc uerba. facit a tex.in l.cum ita datur.sup.de cond.& demon.ubi cõditio dandi Titio,non põt impleri in hærede Titij.

a Hęredis. vide Dino in l. l. paterf. de vulg.& pup. & quõ intelligatur regula, ꝙ hæres hæredis primi testa.est hæres, vide Anch. consil. 130.H C.

IN L. QVI CVM ALIO.

Argumenta.

1 *Contrahens conditione seu qualitatem secum contrahentis nosse debet.*

Societatẽ

2 *Societate finita non tenentur socij de contractu postea inito cum aliquo ipsorum, licet contrahens nesciérit solutam societatem.*
3 *Ignorans, quo casu æquiparetur dubitanti.*
4 *Delicta an possint excusari ex causa iusta.*
5 *Bannitum cum saluo conductu occidens, excusatur.*
6 *Offendens alium, conditionem eius inuestigare debet.*
7 *Hæres ex quasi contractu obligatur.*
8 *Obligatio qualitate non mutatur in creditoribus ob hæredum personas.*
9 *Statutum de contractu loquens, ad quasi contractum quandoque extenditur.*
10 *Esse idem putatur cum eo quod est esse debere.*
11 *Contrahere sponte non dicitur, qui ex quasi contractu obligatur.*

REGVLA XIX.

Qui cum alio contrahit, uel est uel debet esse non ignarus conditionis eius: hæredi autem hoc imputari non potest: cum non sponte cum legatarijs contrahit.

1 NOTA quòd † qui cum alio contrahit, debet esse certus de conditione, & qualitate contrahentis. & ideo qui mutuauit pecuniam filiofamilias, non potest mutuum recipere obstante Senatusconsulto Macedoniano: quia scire potuit illum esse filiumfamiliàs. l. pen. supra ad Maced.

Et idem in minore, ut no. per glo. in l. si Titius. in uer. ætatis. supra de fideiuss. unde præsumitur ille q contrahit habere notitiam eius cũ quo mercatur, ut not. Bal. per illum text. in l. inciuile. C. de furt.

Et in hoc etiam forensis non excusatur: quia debet conditionem eius cũ quo contrahit inuestigare: ut nota. Cũ. in cons. 26. cũ statutum Paduæ col. j. Et ista ratione etiam iusta causa nõ excusat a pœna *a* conuentionali: quia debuit inuestigare, ut no. tradit Ale. in cõs. 118. titulus quæstionis col. pe. li. 2.

a Pœna. Adde Alex consil. 66. libr. 5. D. Andr. Tiraqu. in trac. retr. conuentio. §. 1. gl. 6. nu. 56.

Et bene facit quod not. tradit Paul. de Cast. in l. 1. §. non autem in uer. item aliàs consului. ff. de exercito. ubi dicit se consuluisse † quòd cum duo merca- 2
tores fecissent societatem per quinquennium, ꝙ finito quinquennio alter non tenetur ex contractibus cum alio celebratis, licet contrahentes ignorarent finitam esse societatem: quia debuerunt per scrutari, & se informare de qualitate societatis, per istam regulam, & idem Pau. de Cast. in l. 1. §. conditio. ff. de inst. & idem Paul. de Cast. in cons. 335. uisis & ponderatis omnibus. in prin. & idem Pet. de Ancha. in consi. 333. pro clariori decisione. ubi concludit, ꝙ unus socius pro alio non tenetur, nisi pro illa quantitate quam posuit in corpore societatis. Et ideo ille qui contrahit, debet inuestigare qualitatem societatis per ipsam regulam. Et ad idem facit, quia † licet alias ignorans & dubitans æquiparē 3
tur. *a* l. manifestissimi. §. sin autē, ubi Bar. C. de furt. a
l. fi. C. de cond. indeb. Hoc non habet locum in contrahente cum alio: quia debet eius cōditionem inquirere. ita Bald. not. dicit allegando istum tex. ca. 1. §. persona uero, versic. sed quid in dubitate, per quos fiat inuestitu. de cuius dicti ueritate dixi in l. quandiu C. qui admit.

a Aequiparent. Vide Paul de Cast. in l. manifestissimi. §. sed quærebatur. C. de furtis.

Et quod hic dicitur de contrahente, idem est in eligente qui præsumitur habere notitiam electi, & ideo non excusantur canonici qui eligunt indignū
b ut no. Bar. in l. si patronus, de confir. tut. & ibi Bar. b
alleg. istum tex. Et per istam l. qui cum alio. arguit Alex. in l. si cum dotem. §. si mulier. ff. solu. mat. col. 2. uers. unum addo, ꝙ imputatur creditori qui acceptauit debitorem qui non erat soluendo, quia debuit eius conditionem perscrutari, & idem dicit Pau. de Cast. post Ang. in l. 1. ff. si quis in ius uoc.

b Indignū Ias. l. cum filiusfa. §. in hac. col. 1. de uerb. oblig. Franc. Rip. de relcri. Respon. 12. colū. 1. facit Alex. consi. 203. col. 3. lib 2. conf. 19. nu. 4. lib. 4.

Et ista regula procedit, nisi ignorantia esset multum probabilis & iusta, quia tunc excusatur. l. si q̃s patrem. ff. ad Maced. & d. l. si Titius de fideiuss.

Secundò regula habet locum in cōtrahente, prout

4 ut loquitur; secus est in delictis, in quibus quis a poena excusatur ex iusta causa, & non imputatur si
a conditionem *a* offensi inuestigauit, ut not. tradit Pau. de Ca. in cons. 32. licet ista sit quaestio. in fi. uer.
5 ad quartum, ubi propter hoc concludit † quòd occidens bannitum excusatur, non obstante quòd bānitus occisus haberet saluum conductum, de quo ille non inuestigauit.

Sed tamen talis differentia non uidetur uera: q a
b in tali casu ex quo erat publice bannitus *b* & descriptus in libro bannitorum, ignorantia salui conductus erat multum probabilis, quo casu idem esset in contrahente, ut supra dictum est, sed ignorantia non esset ita probabilis, idem esset in delinquente.
6 † Et quia si ille qui cum alio contrahit debet inuestigare conditionem eius cum quo contrahit, ut hic dicitur, multo magis qui alium offendit debet
c eius conditionem inquirere, ita Bar. dicit *c* in l. fi. ff. de adul. Et de quaestione Pau. de Ca. late scribit Alexan. in l. huiusmodi. §. si ita de leg. 1. & in cons. 77. uisis dubitationibus. lib. 3.

Tertio regula habet locum in contrahente, secus
7 est in haerede, ut hic dicitur, † quia ipse ex quasi cōtractu. l. ex maleficijs. §. haeres. sup. de actio. & obligatio.

Et hoc uerum intelligitur quo ad legatarios quibus haeres obligatur ex quasi contractu, secus est in creditoribus quibus haeres est obligatus ex contractibus quibus defunctus tenebatur, ut not. Bar. dicit in l. de eo. ff. de iud. Et idem Raphael. Cuman. in consi. 176. statuto Papiensi.

Et de legatarijs loquitur tex. hic in §. haeres. inst. de obl. quae ex quasi contrac. Et in d. l. ex maleficijs. §. haeres. & l. apud Iulianum. §. fi. ubi gl. uerbo, contrahere. ex quibus causis in pos. ea.

8 Et ad hoc facit, quia † ex psona haeredū qualitas obligationis in creditoribus mutari non debet. l. 2. §. ex his. de uerb. obl.

a Conditionē haec faciunt s. i materiam ca. si uero de senten. excom. ubi ponuntur plura exempla per D. Fel. quā lo quis delinquit ignorando conditionem seu qualitatem personae. & ponitur ibi regula, qd ubi factum est illicitū nō excusatur allegans ignorātiam, quia praesumitur scia. de quo per cano. in ca. a nobis. eo. tit. H C.

b Bannitus. Hyp. Marsil. in pract. uersi. aggredior.

c Dicit. Vide Iaso. qui plura circa hanc quaestio. accumulauit post Alex. in l. si se nō obtulit. § condemnatum. in 6 col. uers. ult. Dyn & Alber. &c. sup. de re iud. ubi etiam ponit an possit quis occidere bannitum quādo nullitas banni est patēs, quid quando pendet lis, an bannū sit nullum uel ne, an potestas a statu

to concessa occidenti ba nni - tū sit interim suspensa.H.C.

Quantum tamen ad istam regula idem videtur in creditoribus a quibus hæres conuenitur ex contractibus cum defuncto celebratis, de quibus hæredi nihil imputari potest, si conditionem creditoris non inuestigauit. Et sic militat ratio quę hic in tex. alleg.

Et his colligitur, quod illud quod dicit de contractu, non habet locum in quasi contractu, ex eo qđ hic dicitur de hærede qui ex quasi contractu obligatur. Et hoc in statuto no. Bar. in l. apud Iulianum. §.fi.in fi.ff.ex quibus causis in pos.Bar.in l.1. per illum tex.supra.de contrario iud.tut.cum sim.ut tradit Alex.in l.mutuum.& in l.more.in 2.not. sup.de acqu.hær. Et idem Ang.in consi.302.uisis & diligēter.Abb.in consil.61.quinque dubia. col.8. lib.1.& ca.qua fronte.de appel.ubi dixi.

Et idem Alex.in 166.uisis dubitationibus. col.3. lib. 5. Et ista conclusio procedit inspecta ui & proprietate verborum.per uiam uero extēsionis † quandoque statutum, quòd loquitur de contractu etiā ad quasi contractū porrigitur *a* quando omnimoda ratio militaret. Et ita procedit quod not. Bal.in rub.C.de pac.Bar.in l.more.de acqui.hær.cum sim. ut tradit Alex.in l.siue apud acta.C.de transa. & idē Rom.in cons.12.uiso fa.col.fin.in fi & in cons. 370. præsup.in pri.& subtiliter scri. Cuma. in cons. 176. statuto Papien.supra alleg.facit quod not. Bar.in l. si unus.§. pactus ne peteret. col. 4. supra de pact. & in l.Mæuia.§.1.supra sol.mat. 9 a

a Porrigitur. Iaf.l. si ego. supra si cert. pet.

Vltimo ex verbis illius regulę duo notāda sunt.

Primo ibi est uel esse dēt. † q̃ paria sunt, esse uel 10 esse debere. Sic ēt paria sunt, scire uel scire debere l. qđ te.sup.si cer.pe. ubi dixi, ut no. per gl.hic. Vñ sicut denūtiari pōt ille qui scit se debitorē: ita ille q̄ scire dēt, ut no.Bal.in auth.ad hæc col.4. C. de usuris, sic ēt paria sunt, scire & & scire posse.l. pen. sup. Macc.no.Bal.p illū tex.i l.si.duo.de acq.hæ.facit tex. in l.qui cōtra.ubi Bar.C.de incest.nup.ca.2.cū gl.de temp.

temp.ord.in 6.Sic etiã paria sunt habere posse,vt in no.quæst.Ang.dicit in l.item veniunt §.petitam supra de pet.hære. Sic etiã paria sunt,habere & habere debere:ut not.Bar.in pulchra quæstione in l.pen. §.cum ita de aur.& arg.leg.

11 Secundo not.† quòd sponte non dicitur quis cõtrabere & se obligare qui ex quasi contractu per interpretationem iuris obligatur. Et sic spõte dicitur fieri illud quod fit principaliter & immediate ex ꝓpria uolũtate:adeo quod not.dicit Pet.de Ancha.in cle.præsenti.in 5.not.de censi.quòd nõ dicitur sponte factum illud qđ fit in petitione:sed videtur text. in contrarium in l.1. C.de pact.& ibi dixi.

IN §. NON SOLET.

Argumenta.

1 *Exceptio doli non nocet,quibus testatoris voluntas non resistit.*

2 *Exceptio doli repellit petentem debitum,quod exceptione elidi potest.*

3 *Testamentum primum reconualescit,si testator secundum inciderit.*

§. NON SOLET.

1 *NON solet † doli exceptio nocere his quib.uoluntas testatoris non refragatur.*

Vltra gl.hic iste §. exemplificari potest,ut statim
2 dicam in tex.ibi doli exceptio.Nã † exceptione doli generaliter repellitur qui debitũ petit quod exceptione elidi põt l.2.§. generaliter supra de exce. do. vnde petens cõsultò delata exceptione repellitur.d.l. 1.§.sed conditio.ff.de his quæ in testa. delen.sed si in cõsulto delata sint non repellitur d.l.1.vers.in cõsulto vero,quia voluntas testatoris non refragatur, ut hic dicitur.Et aliud etiam exemplum colligitur
3 in l.pe.§.fin.supra de secund.tab.† vbi si testator vltimum testamentum inciderit,ut primum habeat locum,præualet primum.

IN L. QVOTIES DVBIA.

Argumenta.

1 *Libertati dubio fauendum est.*
2 *Libertas inter causas pias annumeratur.*
3 *Libertati plus fauetur, quàm liberorum legitimæ.*
4 *Libertatis causa publica censetur, non priuata.*

REGVLA XX.

QVOTIES dubia est interpretatio libertatis, secundum libertatem respondendum erit.

NOTA quòd in dubio † pro libertate iudicandum est. faciunt iura allegata in glo. ad idem tex. in l. lege Iulia. supra de manumis. l. inter pares. supra de re iud. & in l. in obscura. & in l. libertas. in eadẽ. 1
†|Causa enim libertatis dicitur pia, l. 2. circa fi. C. de cõmuni seruo manu. not. Bar. in l. proximè. ff. de his quę in testa. delent. in l. si vnus C. de testa. Bal. in l. 2. & pen. C. de fideicõ. lib. Et libertati magis quàm reo fauendũ est. c. fi. de re iudic. d. l. inter pares. & d. l. Iul. 2
Et † fauorabilior est causa libertatis, quàm sit legitima liberorum: ut no. dicit Paul de Cast. per illũ tex. in l. Papianus. §. quarta autem. de inoffic. testa. 3
Et causa libertatis dicitur publica, non priuata, l. si quis rogatus. supra de fideicom. libert. 4

IN L. NON DEBET.

Argumenta.

1 *Occidere qui potest licitè, verberare poterit non illicitè.*
2 *Argumentum à maiori, in statutis locum habere potest.*
3 *Mulier quæ licitè occiditur, impune violari poterit.*
4 *Argumentũ à maioritate rationis, in materia correctoria non probat.*
5 *Plus & minus si sint eiusdẽ speciei, cui quod licet plus, non licebit minus.*
6 *Dispensatio ratione maioris rationis non extenditur.*

7 *Mun-*

7 *Mundum de maiori, non extenditur ad id, quod minus est.*

8 *Argumentum à maiori ad minus valet, si utrobique sit ratio eadem.*

REGVLA XXI.

NON debet cui quod plus est, licet: quod minus est, non licere.

CVM ista regula concordat reg. cui licet. eo. ti.
a in 6. & istam regu. etiam colligit Alex. *a* per illum
1 tex. in l. actionibus §. 1. ff. de in lit. iur. Et ideo † si quis potest aliquem occidere, & à fortiori illũ poterit verberare & contumelijs afficere. l. nec in ea. ff. de adult. ubi Bar, facit tex. in l. in suis. in fi. supra de lib. & posthu. l. 1. C. ne fideiuss. dentur. c. ex parte, de deci. cap. per uenerabilem. qui filij sint legit.
2 † Et istud argumentum à maiori etiam habet lo
b cum in statutis: *b* ut not. Bal. in l. quod vero. uersic. sed pone. ff. de legi. in l. si uerò. §. de uiro. supra sol. ma. l. 2. C. de in ius uoc. & l. affinitatis. uers. pone statutum. C. commu. de succes.

Et ex his sumitur argumẽtum à maiori affirmatiuè, quod ualet auth. multo magis. C. de sacros. ecc. c. cum in cũctis. in prin. de elec. cum sim. ut dixi ibi.

Et econtra etiam regula negatiuè procedit: quia cui denegatur quod minus est, etiã quod plus est uidetur prohiberi. l. relegatorum. §. potest supra de in interdic. & releg. l. qui indignus. supra de senat. l. cui pacto. supra de ser. expor. & in c. cum illorum. de sent. excommu.

Et per istã reg. arguit gl. in d. l. 2. C. de patri. qui filios distra. ꝗ si pr̃ põt filium vendere, a fortiori põt illum pignorare. Et hoc tenet Azo. ibi in summa.

Et per istam reg. infert Nellus in trac. bannitorũ,
3 in 2. parte secundi temporis. q. 46. † quod si mulier bannita potest occidi, à fortiori poterit adulterari, cum

a Alex. Et ibi Ias. col. 3. Dyn. d. cap. cui licet. Nicol. Eueral. in lo. leg. Ioann. à minori.

b Statutis: An hoc procedat sint contra ius cõmune uel ne. uide Lanfran. in tract. de interpreta. stat. in 6. col. H. C.

cum maius sit homicidium, quàm adulteriū. 33. q. 2. c. si quid verius. ibi, si enim facturus est quod non licet, prius faciat adulterium, quàm homicidiū. aliter tamen in hoc expressè voluit Bal. in l. fi. C. si contra ius vel vtil. public. vbi inquit, quòd licet mulier occidi possit, non tamen poterit adulterari. de quo dicendum est, vt scripsi in c. quæ in ecclesiarū. col. 6. de constit.

Nunc regula ista limitatur non habere locum in casibus notatis in gl. hic. Et vlterius † primo fallit in materia correctoria, in qua non valet argumētū à maioritate *a* rationis: secundum gl. quę approbatur communiter in auth. quas actiones. C. de sacro. eccl. & gl. fin. & ibi Bar. in l. sancimus. C. de testa. & l. præcipimus. C. de app. 4 a

a Maioritate. Nicol. Eueral in loc leg. lo, à 16 ac. l. larga. col 4.

Et idem Bart. in l. si constante. in prin. in 9. qō. 1. par. princ. supra sol. mat. & est bonus tex. in auth. de addi. sacri palat. col. 3.

3 † Secundo, regula habet locum quādo plus & minus sunt eiusdem speciei: secus est in diuersis speciebus, quia regula non procedit: vt per Dyn. in d. reg. cui licet per text. in l. solemus. § latrunculator. ff. de iud. vbi latrunculator hominem interficere potest. Et tamen de causa pecuniaria cognoscere non potest. 5

Contra istā tamen limitationem facit tex. in d. l. in suis. de li. & posth. & d. l. nec in ea. & d. l. 1. de fideius. den. vbi arg. fit a maiori etiam in diuersis speciebus non obst. tex. in d. §. latrunculator. quia respondetur, vt statim dicam.

Tertio, regula fallit quādo est facta diuisio potestatis secundum plus & minus. quia tūc ille qui habet potestatem in eo quod plus est, nō potest quod minus est, cum alteri illud specialiter sit attributū. no. Bald. in reg. cui licet. vbi Perus. sequitur. Et hoc modo potest procedere tex. in l. solemus. §. latrunculator.

† Quarto, regula non procedit in materia dispēsa-

tionis

tionis in qua non ſit extenſio ad caſum etiam habẽtem maiorem rationem & eſt dictum Hoſt.in cap. poſtulaſti de reſc.ubi ad hoc alleg.cap.1.& 2.de fid. presby.& ſequitur Abb.in c.at ſi clerici.§. de adult. de iud.

Et comprobat per tex. in c. fi. de poſtul. præla. ubi diſpenſatio facta cum aliquo quod poſſit tranſire ad archiepiſcopatum, non habet locum in epiſcopatu.

Et quia licet ſit diſpenſatum cum monacho in curato beneficio,diſpenſatio non habet locum in ſimplici beneficio.

Sed vt dixi in d.§.de adulterijs.col.6.iſta cõcluſio non probatur iure.nã in tex.d.c.1.& 2.de fil. presb. ſimpliciter dicitur,ꝙ materia diſpẽſationis odioſa eſt,ergo nõ debet diſpenſatio magis ſtrictè interpretari,quã alia materia odioſa. Sed in alia mate-

a ria odioſa habet locum argumentum à maiori ad. l.nec in ea.& in d.l.ſuis.& d.c.cum illorum de ſen. excom.cum ſim.ſupra alleg. ergo idem videtur in diſpenſatione & in terminis eſt tex.in c.per venerabilem.qui filij ſint legitimi.

a Maiori. Adde Paul.Dec.l.& militibus.nu.12.C. de teſta. milit. conſil 76.Hier. Grat. conſil. 26. nu.34.lib.1.

Non obſtat quòd ſit diſpenſatio gratioſa:immo eſt odioſa,quia contra ius commune.

Non obſt.c.fin.de poſtul.præla.quia ibi nõ trahitur ad id quod minus eſt:quia nõ eſt eadẽ ratio, cũ facilius debeat diſpenſari in maiori beneficio, quã in minori,propter maiorem vtilitatem,ut ibi colligitur.Et iſta ratione facilius diſpenſat cum monacho in beneficio curato:quia in eo maior eſt vtilitas & neceſſitas,quàm in ſimplici:ut latius dixi in d.§.de adulte.

7 † Quinto fallit in mãdato.ut tex.no.in c.ei cui.§. fi.de præb.in 6.ubi mãdatur prouideri de præb.certi ualoris,de minori ualore prouideri nõ põt,quia huiuſmodi mandata quorũ fines obſeruari diligenter oportet, non debẽt ad alios caſus quã expreſſos extẽdi:ut ibi dicitur.& facit tex.in c.fi.de verb.ſign.

Sexto

Sexto fallit in decreto: vt est tex. in l. si pupillorũ. §. si prætor. ff. de rebus eorum, ibi, cum quis aliud facit quàm à prętore decretum sit, nihil agit. & no. per gl. hic, & sequitur Alex. in d. l. in actionibus. de [illegible] iuran.

Vltimò fallit qñ nõ est eadem rõ in eo quod minus est, prout colligitur ex suprà dictis. & faciunt iura alleg. in gl. hic. Et eodem modo limitatur reg. l. quę de tota. ff. de rei vend. vbi arguitur de toto ad partem. Nam argumentum procedit vbi est eadem rõ, vt Abb. declarat in c. pastoralis §. item cum in totum. in fi. de offi. deleg. & no. Aret. in cons. 164. diligenter. col. 3. vers. non obstat argumentum, & hoc idem Bar. dicit in l. iurisgentium. § adeo ff. de pac. & adde quæ dixi in reg. in eo. in prin. infra eod.

IN L. IN PERSONAM.

Argumenta.

1 *Seruus nec obligare, nec obligari potest.*
2 *Seruus quando naturaliter obligari possit.*
3 *Seruus an possit fideiubendo obligari.*
5 *Seruus in delictis obligari põt, in cõtractibus nõ item.*

REGVLA LII.

IN personam seruilem nulla cadit obligatio.

ISTA regula intelligitur de obligatione ciuili † quæ nec actiuè nec passiuè cadit in seruũ. l. serui. 1
supra de act. & oblig. l. nec seruus. supra de pec. vbi seruus notab. quem gl. hic adducit.

Secus est in naturali obligatione, ad quã seruus obligat. l. serui. & l. hæres à debitore. §. seruo. supra de fideius. ad idem tex. in l. naturaliter. ff. de cõdict. indeb. & l. si id quod eo. tit. ibi Bar. declarat quomodo naturalis obligatio cadat in seruo.

cari possit? Et uidetur primo quod sic, in notario qui alteri acquirit. Contrarium concludit, quia non obstante stipulatione notarij ratificatio requiritur ante terminum. & sic Bal. tenet quod non obstante stipulatione notarij ratificatio necessaria sit, secundum prędicta. alias consuluit Lugduni *a* in quadam donatione facta per mag. Ioan. de Arbendo notarium, filiæ suæ Margaritæ absenti. a

a Lugduni. cōs. 226. idem consi. 237. consi. 432.

Sexto limitatur non habere locum in primo emptore vel donatorio cui factum sit constitutũ sub conditione, quia licet purificata cõditione cõditio retrotrahat. ut no. Old. in constituto, in consi. 139. supra alleg. in 3. dubio. Tamen *b* si ante euentum conditionis res pro qua fuit factum cõstitutũ alteri uendita sit, & donata, & tradita, illi ius quæsitum vr quod tolli nõ potest, licet prima conditio constituti primi emptoris, uel donatarij purificata sit. q. a illa conditio non trahitur retro in præiudicium secũdi emptoris uel donatarij, quia extremũ à quo non est habile, iuxta no. per Bar. in l. si is qui pro emptore. col. 4. uer. idem si ęstimabile extremum a quo supra de usu. alleg. l. bonorum sup. rem rat. habe. vbi si ille actus qui ratificatur non potest secundũ ueritatem fieri tẽpore ratificationis, illa ratificatio non trahitur retro, quia extremum a quo, nõ est habile. b

b Tamen Pa. Alex. in consi. 142. nu. 3. consi. 238. num. 4. lib. 6. Sic non ualet quando confertur in tempus quo constituens non possidebit. puta post mortẽ Alex. consi. 81. colũ. 3. lib. 2. Bertr. consi. 315. quoniam Andreas libr. 2. licet contra facit Matt. Affl. decis. Neap. 52.

c Et idem probatur in l. necessario §. quod si pendente. sup. de peti. & commo. rei ven. ubi si conditio uẽditionis extitit re perẽpta, cõditio non retrotrahit, quia extremum a quo, non est habile. & ita in proposito vr, quia tempore purificatę cõditionis illa clausula constituti nõ potuisset possessionem transferre, quia non erat apud venditorem. & hoc idem notat Bart. in l. quoties in fi. supra de noua. & Alex. in consi. 25. viso testamento col. 2. lib. 3. & quia ad hoc ut ratihabitio vel cõditio trahatur retro, requiritur quod res sit in eodẽ statu. vt not. tradit Bart. in l. si vxor §. si quis vxorem. ver. vel aliter. supra de adult. & Alex. in d. l. quod meo. in prin. col. 2. & in cõsi. 78. c

c Habile. Corneus consil. 163. col. penul. lib. 2. Dec. consil. 450. in fin. licet Soc. l. si. nu 6 & si ex noxali cau. aga.

viso

viso.col.pen. lib. 5. Corn. in consi. 110. in iudicio indiuisorio col.pen.lib.2.& ad idē facit quod nota. Bar.in l.res aliena in prin. supra de pig. actio ubi
24 concludit,† quòd ratificatio domini facta de obligatione rei suæ per alium facta, eius nomine non præiudicat illi cui dominus ante ratificationem rem vendidit uel obligauit.& facit quod not. Abb. post Anto.de But.in d.c.cum venissent.col.2.de restit.spol.& quod not.Paul.de Cast.in cons.197.cum simil. in præsenti limitatione. supra alleg. Et ita alias consului in ciuitate Auinionensi pro magnifico barono Dales.

Vltimo conclusio supradicta limitatur procedere stante primo contractu venditionis valido, secus si nullus fuisset, quia constitutum in contractu nullo nihil operatur, vt no.Bal.in lex testō. C.de fideicommis.dicens, quod si non ualet principale, consequenter non valet precarium eius accessorium. Et idem not.Bald.in c.2.de feu.dato in vic.legis commis.& sequitur Alex.in l.1.§.si vir.& l.quod meo in prin.supra de acq.poss.& latius idē Alex. in cōs. 81. lecto.& discusso.col.3.lib.3.Et hoc bene procedit in ista possessione, quæ a iure per cōstitutum transfertur: quia pariter potest a iure annullari: secus est in possessione reali, quæ in facto consistit, quia illa trāsfertur licet cōtractus principalis sit nullus.l.1.§.fin. vir.supra de acq.poss. vbi Paul.de Cast.ita dicit & declarat.Et hæc satis sint de constituto.

25 †Tertio, noto ibi dolum,& culpam, ꝙ in plurib. contractibus hic enumeratis venit non solū dolus, sed etiam culpa.Et de leui intelligitur, quia sub nomine culpæ, quādo profertur a lege, de leui intelli-
a gitur a vt not.Bal.in auth.quod locum in 2. q. inf. de collat.alleg.l.si cum venderet.§.fin.supra de pig. actio.& not.per gl.in uenditione.§. de tempore. in uerbo. ex culpa.& Bar.ibi in vltimo notabili supra de bonis autorit.iudic.poss.& facit gl.in §.præterea in uer.culpæ.instit.quib.modis re contrahitur obli.

a Intelligitur. Dec. in l. actionibus.col.7.sup. de in lit. iuran. Ias. l. si mora. col.2. sol. matr. Alexan.cons.74 nu.1.lib.6.

&

& in l.si filiusfamilia.§.marito.in uer. culpa. ff. so. lu. matr.& not.Bal.in l.acceptam. in 6.C. de vsu. Et hoc intelligitur nisi secundum subiectam materiam esset aliud dicendum,quia tunc culpa intelligitur secundum subiectam materiam,ut not. Bal. in l. quæ fortuitis. col.3. uer.sed dubitatur. C. de pign.actio.cum sim.vt per Alex.in l.si mora. col. 5. super sol. matr.

† Hoc tamen non haberet locū in testibus, quia 26 si deponunt de culpa in contractu gratia vtriusque celebrato,non intelligitur de culpa leui secundum subiectam materiam:quia probatio non cōcludit, cū possit intelligi de leuissima culpa,ut not. Corn. Perus.cons 118.videtur prima facie.col.3.lib.1.hoc ex eo uidetur,quia probatio debet de necessitate cōcludere.ca.in pręsentia, de probatio.l.nō hoc infra. unde leg. Et ideo in testibus indefinita nō æquipollet vniuersali,ut notat Abb.post Innoc.in c.auditis de pręscrip.Alex.in cōsi.1 10.visis accutissimis.lib.1.

† Et discurrēdo breuiter quō veniat culpa in cō 27 tractibus *a* hic enumeratis. Primo in mandato.Cō a clusio sit quod singulariter in mādato mādatarius *b* teneatur de dolo,lata,& leui culpa.text.hic decla- b rando vt dixi facit tex.in l.si procuratorem. §.fi.supra mand.in l.re mandata , in fi. C. manda. Et ista conclusio vř procedere in mandato quod mediocrē diligentiā videtur requirere,vt emere aliquid , vel negotia gerere.Secus est in mādato in quo maxima diligentia requiritur,vt in mandato ad lites, *c* quia c tūc procurator de culpa etiam leuissima tenetur.l. a procuratore.C.mand.& not.Dy.in reg.contractus cum simi.ut tractat Alex.in cōs.41.uiso pūcto.col. 2.lib.3.Et ex hoc ibi infert,ꝙ capitaneus galearum de leuissima culpa teneatur,quia tale negotiū uidetur exactissimā industriam requirere.Si uero in mādato continetur illud quod modicam aut nullā requirit industriam,ut in mandato facto fideiussori, quod soluat vel alicui portet literas,tunc solū mandatarius

a In contractib. vide Ias.l.dom⁹. 2.col de leg.2.

b Mandatarius. Quando mandatarius teneať de leuissima culpa, & quæ dicatur leuissima. & quando de dolo vel lata culpa, vide Paulus de Castr. in l.in rebus. ff.commodati. Barto.in l. cū qui. §.si culp. pa.ff.de furtis.

c Litis. Lancel. Dec. l. cū res legata.§. itaque si Stichus. col. fi. de legat.3. ratio propter peritiā assertam ex eo quod idoneum se profitetur ad id quod summā diligentiam requirit.

datarius de dolo & lata culpa tenetur. l. fideiussor. in prin.& §.1.supra mandati. Et ita adaptãdo iura supra alle. cõcludit Bar.in l.quod Nerua.col.pe.ver. 9.quæro supra mand.& in l. enim qui.§. fin. supra de fur.& sequitur Bal.in l.fortuitis.in pen. col. ver. iuxta hoc reuoco in dubium.C.de pig.actio. Paul. de Cast.in l.in rebus.in prin. sup.cõmoda & Ang. Aret.in §.mandatum.in fi.instit.mand.gl.tñ.in l.in re mandata. C.mãda.in uerbo.exactio,aliter distinguit considerando cuius gratia factum sit mandatum.Sed gloss.instit.mand.in §. mandatum.uer.iusta causa .non approbat dictam opin.dicens,ꝙ cõtractus mandati multũ distat ab alijs contractibus. Et hoc patet ex eo quod supra dictũ est de procuratore ad iudicia,qui ẽt leuissima culpa tenetur, tñ mandatũ factũ vr̃ gratia mandãtis.Et supradicta habent locũ in actione mandati directa:secus in contraria,in qua uenit leuissima culpa.l.si seruus communis.§.quod verò.in prin.& ibi Bar.supra de furtis.Et hoc limitatur & declaratur, vt per Bal.in l. quæ fortuitis.col.pen.C.de pigno.actio.

28 † Secundo dr̃.hic de commodato,nam commodatum differt a precario,quia precarium conceditur ad voluntatem concedentis.l.j.supra de precario.c.fi.de precar.& supra dictum fuit. Sed commodatum fit ad certum usum. & debet esse gratuitum. l.si rem tibi inspiciendam.supra de præscrip.uerb. item debet fieri cũ tp̃e expresso uel tacito: secus si concessio facta sit ad certum vsum indeterminatum,quia esset precarium.ut not.Bar.in l.1.in prin. supra de preca.& in l.commodato.§.sicut supra cõmodati.per l.Lucius.ff.de dona.& idem not. Bal.in l.Aquil.in 1.opp.sup.de donat.& idem no.Bal.in l. 2.C.commod.& Ang.Aret. sequitur in §. sequens. col.3.instit. de actionib.

Et commodatũ non põt reuocari nisi usu finito d.l.in commodato.§.sicut in c.1.in fi.eo.tit.de commod.sufficit tamen ꝙ tãtum temporis elapsum sit,

quod potuerit commodatarius perficere vsum ad quem res fuit commodata. Et si non sit vsus etiam propter aliquod impedimentum, reuocatio non impeditur: vt not. Bar. post gl. in d. l. in commodato. §. sicut. Et in commodato q a gratia commodatarij communiter fieri solet. ideo de leuissima culpa regulariter commodatarius tenetur. §. item is cui. instit. quib. mod. re contrahi. obli. & l. 1. §. is quoque. ff. de actio. & oblig. l. in rebus. in prin. l. si ut certo. §. nunc videndum. ff. commo. cap. 1. in prin. de commo. Secus si gratia vtriusque dantis & recipientis factum sit commodatum: quia tunc solum de leui culpa obligatur. l. in rebus. §. hoc ita supra commod. l. si cum uenderet. §. fin. & ibi gloss. supra de pigno. acti. si verò tantum gratia commodantis factum sit commodatum: commodatarius solũ de dolo & lata culpa tenetur. d. l. si vt certo. §. interdum supra commodati, & glo. ibi ita distinguit, & latius tradit Bar. in d. l. quod Nerua. col. fin. in uersi. 12. quæro. & Bal. in l. quæ fortuitis col. pen. C. de pig. actio. Abb. in d. c. 1. col. 2. Et ex prædictis infert Bart. in d. l. quod Nerua. in loco prę alleg. §. non esse differentiam inter commodatum & depositum, data paritate terminorum: sed differentia quam facit tex. & in d. l. si ut certo. §. nunc videdum. videtur procedere, considerato eo quod plerumque contingit: quia commodatum gratia cõmodatarij, & depositum communiter gratia deponentis fieri solet. Et propter hoc in dubio præsumitur quod rogatu commodatarij sit factũ commodatum: ut not. Bart. in d. l. si ut certo. §. interdum. & sequitur Ang. Aret. in d. §. item is cui. instit. quibus mod. re contrahi. obli. vbi dicit, ꝙ cautus sit ille qui agit contra commodatarium, ut dicat ꝙ ipse cõmodatarius rogauit & petijt. Ista tamen cautela nõ videtur necessaria ex eo quod dictum est, ꝙ rogatu commodatarij præsumitur factum commodatũ. Et ad iudicandum cuius gratia contractus sit celebratus, 25

bratus,

bratus, debemus inspicere principale propositum. ut not. Bart. in l. rogasti supra si cer. pet.

30 † Ex supradictis infertur, ꝙ si commodatarius utatur re commodata ad vsum pro quo fuit commodata, & res deteriorata sit, non tenetur l. fin. ff. commoda. Et si res cõmodata remittatur per nuntium idoneum communi opi. & a casu perdita sit, non tenetur commodatarius. l. argentum supra cõmodat. Qui tex. limitatur, & declaratur, vt dixi c. significante de appellatio. & tradunt Moder. in l. 1. ff. de eo per quem factum est.

31 Tertio dicitur hic de venditore † qui etiam ipse de dolo & culpa tenetur: ut hic dicitur. Et de culpa leui intelligitur, cum gratia vtriusque contractus celebretur: ut concludit gl. per illum tex. in §. cum autem. instit. de contrahen. emp. in uersi. neque culpa. & in l. custodiam. ff. de peric. & commodo rei uend. & tex. in d. l. si ut certo. §. nunc uidendum. uer. sed ubi. Nam licet in re vendita periculum pertineat ad emptorem. d. §. cũ aũt. & in l. j. C. de peri. & commod. rei uend. debet tamen venditor custodiam in re vendita præstare, qualem bonus paterf. in rebus suis adhiberet l. quod sæpe. §. si res uendita. supra de contrahen. emp.

32 † Quarto, idem est in contractu pignoris: ut hic dicitur. Gratia enim utriusque contractus pignori celebratur. & ideo de dolo, lata & leui culpa creditor tenet. §. creditor quoque institut. quib. mod. re contrahi. obli. & d. l. si ut certo. §. nunc vidẽdũ. ver. sed ubi. & l. sicut. ibi gl. Bal. C. de pigno. & l. si cũ venderet. §. fi. & ibi gl. ff. de pig. actio. Et ista cõclusio procedit in pignore cõuentionali prout textus hic dicit, & iura supra allegata loquuntur. Secus est in pignore prætorio uel iudiciali in quo creditor *a* solũ de lata culpa tenetur. l. prætor ait. §. est præterea. supra de bonis author. iud. pos. ubi tex. expresse istam differentiã facit. Et no. Bar. in l. 1. ff. de pig. act.

a Creditor. Caue ut intelligas secũdm hæc iura, videlicet in creditore misso nõ administrandũ, sed inquietãdũ. Secus si creditori ipsi vel cuius committatur administratio vel custodia totalis rei, quia tunc etiã de leui culpa tenetur.

33 † Quinto, dicitur hic de contractu locationis &

conductionis,in quo vterque ad inuicem tenetur de dolo,lata,& leui culpa,ut hic, quia gratia utriusque celebratur.d.l.si ut certo.§.nunc uidendum. uer.sed ubi.Ad idem tex.in l.in iudicio,C.loca.ubi glo.& §.qui pro vsu.ubi gl.instit.loca.

Hoc fallit in rebus quæ leuiter franguntur, in quib. uenit etiam culpa leuissima.l.si merces. §.qui columnam. ubi gl. supra loca. & no. per gl. in d.§.qui pro vsu.

Et ex prædictis infertur ad quęstionem quã ponit Bal.in consi.219.incip.Vannutius lib.2.q† pro equo quẽ quis accepit ad vecturam,si in itinere infirmatus sit,& conductor apud hospitem dimisit, & mortuus sit, non tenetur:quia de uitio naturali nec de casu fortuito; nec etiam de leuissima culpa conductor tenetur,per supradicta. 34

Et similiter infertur ad glo.in auth. de nõ alienan.§.scire autẽ.uersi.fecit.q̃ dicit, † quòd emphyteuta qui rem deteriorẽ facit, tenetur quãdo talis deterioratio proueniat ex lata,uel leui culpa: quia contractus gratia vtriusque celebratur. Et no. Bal. in auth.qui rem.de sacrosan.eccle. C. in 1.col. uersi. tertio requiritur.& tradit Alex.in consi.118.in casu de quo quæritur.col.pen.lib.5. 35

Similiter infertur ad quæstionẽ quã ponit Corneus Perusi.in cõs.218.pro dicto vecturali.lib.4.ibi de vecturali qui pdidit sacculũ in quo erat argẽtũ.

Sexto dicitur hic dotis donatione. Nam etiam cõtractus dotis gratia utriusque celebratur,† ideo maritus de dolo,lata,& leui culpa tenetur.a ut hic, & in d.l.si.ut certo.§.nunc vidẽdum.uer. sed ubi.& not.per glo.in l.si constante.§.si maritus. in uerbo culpãda.in fine.& in l.si mora.in uersi.culpa. supra sol.matri.Illo tamen casu tenetur de leuissima culpa:uidelicet quando in rebus suis esset diligentissimus.ut per gl.notab.in l.in rebus.C. de iure dot. in glo.2.in fin.& Alex.in l.etiam.§.licet.in prin.ff.sol. matr.& ibi post Nicolaũ de Neapoli dicit hoc mo- 36

a Tenetur: Ad. de Bal. in l.quæ fortuitis. fi. col. Docto.l. si mora sol.matr.

do

do posse limitari omnia iura dicentia quem teneri de dolo, lata, & leui culpa. Et ibi infert ad quæstionem de boue, quā ponit Bal. in l. pignus. sed voluit allegare l. quæ fortuitis col. 4. uers. sed iuxta prædicta quæritur. C. de pigno. actio. Eodem modo si esset leuissima culpa ī faciēdo, maritus tenetur: quia cū de leui teneatur, ut supra dictum est, leuissima
a culpa in faciēdo *a* æquiparatur leui nō faciendo: ut Bar. in l. q Nerua. in 6. q. princ. uer. itē quæro utrū. supra depositi. Et ad hoc est glo. no. in l. si mora, & Alex. ibi. ff. sol. matr.

37 Septimo etiam in tutela obligatur tutor de dolo, lata, & leui culpa, vt hic: & est tex. in l. quicquid C. arbitr. tute. & in l. tutori. C. de nego. gest. in l. 4. §. tutores. vbi glo. in versi. inconsideranter. supra de suspec. tut. ut no. Car. in l. quod Nerua. col. pen. in 10. q. Et ibi excipit duos casus, in quib. tantum de lata culpa tenetur. & tradit Bal. in l. quæ fortuitis. col. pen. C. de pign. actio. Ang. Aret. in §. actionum col. 24. instit. de actio. & uide tex. in l. 1. C. arbi. tut. in l. si tutor. supra de admini. tuto. & Fulg. in cons. 25. spectabilis miles. in fine. Et faciunt quæ dixi in consi. 178. & in consi. 192. in cons. 110. col. fin. Et licet tutor de leui culpa teneatur, hæredes tamen eorum solum de lata culpa conueniri possunt. l. 1. & per totum. C. de hæred. tuto.

a Faciendo. Ancha, Phil. Franc. c. inquisitionis. in fi. de hæred. Curt. iun. l. vnica. col. 8. nu. 23. C. de senten. quæ pro eo quod interes. Dec. authen. qui rem. C. de sacros. eccle. Dec. l. fin. col. 3. C. de pac. l. actione. in fin. C. de transf. cons. 192.

b Successiue octauo dicit de actione *b* negotiorū
38 gestorum, † in qua ēt regulariter uenit dolus, lata, & leuis culpa. l. tutori. C. de neg. gest. Et per illum textum hanc regulam facit glo. in l. 3. & interdum. supra de negotijs gestis, & §. sunt autem. instit. de oblig. quæ ex quasi contrac. Et licet iste qui alterius negotia gerit uideatur se ingerere. tamen regulariter de leuissima culpa nō tenetur: ut facilius homines inducātur ad gerendū negotia absentiū q perirent: ut no. Bart. in d. l. quòd Nerua. col. fin. in 9. col.

b Actio. Vide Bald. in d. l. quæ fortuitis. penul. col.

Et considerandum est, quòd ista actio negotiorū gestorum numeratur inter contractus, qui gratia

 vtriusque

vtriusque celebrãtur, quod ex eo fieri vř, quia cum sponte quis veniat ad negotia alterius, illa oblatio facit quod ẽt eius gratia cõtractus vř celebrari. arg. l.1.§.sæpe.supra depositi. Merito ergo tenetur de leui culpa: quia in contractibus bonæfidei qui gratia vtriusque celebrantur, quis tm̃ de leui tenetur. l.si seruus.§.cum quid.de leg.1.limitatur tñ ista cõclusio, vt per gl.in d.l.3.§.interdum. de neg. gest. & Bart.ibi sequit.& in d.l.quòd Nerua.col.fi. Et Ang. Aret.in §.actionum.col.18.ver.quæro de quo tenetur gestor.inst.de act.

a Societate. Adde Bald.d.l.quæ fortuitis.fi.col.

Nono dicitur hic de societate. a † Nam in tali a contractu etiã dolus & culpa præstatur, vt hic dř, 39 & de leui culpa intelligitur, quia gratia vtriusque celebratur.l.si vt certo.§.nunc videndum. versi. sed vbi.& ad idem lex.in §.fin.inst.pro socio, & in l.socius socio.& in l.cum duobus. §.1. supra pro socio. & tradit Alex.in cons.47.circa primum col.5. lib.1. Et prædicta cõclusio procedit, nisi socius in suis rebus negligens esset: quia sufficit illam adhibere diligentiam, quam in rebus proprijs prẹstare solet, vt dicitur in d.l.socius socio,& d.l.fi.inst.pro socio. Et not. Alexan.in cons.102.super primo col.5.lib.2. Et hoc declaratur vt per glo.in d.l.cum duobus l. 1.in ver.venit. quam pro notabili sequitur Ang. Are.in §.fi.inst.pro socio.

Et ex prædictis infertur, quòd cum socius teneãt de leui culpa, tenetur de furto.l.cum duob.§. damna.ff.de socio.not.Bald.in l.si creditor. C.de pig.act. & Corn.Perus.in consi.308.pro dicto uicturali. col. 3.lib.3.

† Decimò & vltimo dicitur hic de rerum cõione, in qua etiam dolus lata & leuis culpa cõsideratur, vt hic,& in l.hæres.§.non tãtum.in l.& puto. §. sed & si supra famil.ercis. Et tamen notãdum quòd leui culpa in rebus communibus aliter cõsideratur, quàm in rebus alienis: quia in alienis diligentia requiritur quam diligens paterfamilias præstare solet.

let.l.si cum uendere. §. fin. cum l.sequenti.supra de pig.actio.& l.si procurator.ff.ad l.Aquil. sed in reb. communibus sufficit talem præstare diligentiam, qualem in suis rebus adhibere solet.d. l. hæredes.§. non tantum, & ita declarat Bart.in l. quòd Nerua. col.9.ver.ad primum.& ver.ad secundum. Et idem in l.1.ff. de solu. colum.2. ubi etiam limitat quod dictum est de reb.alienis,nisi committatur res arbitrio recipientis,quia tunc illa verba important, ut faciat illud quod in rebus suis faceret, per illũ tex. ibi cum glo.& no.& Bald.in l.1. in 2. opp. C. de his quæ pœnæ no. cum simil. vt tradit Alex. in consil. 102.super 1.col.3.lib.2.

41 † Quarto principaliter noto, valere conuentionem contra naturam cõtractus, ut quis in plus vel minus teneat,quàm de iure obligatus sit:quia con tractus ex conuentione legẽ accipiunt, vt hic dr̃, & in regula contractus.eod.tit. in 6.l.1. §. si conuenerit.& §.sæpe.supra deposi.in l.pacisci. supra de pac. Et ista conclusio procedit quando natura contractus solum alteratur, secus si mutetur illud, quod esset de substantia contractus,quia tunc conuentio non valet.l.cũ precario. sup. de preca, facit tex.in l. 2.supra de vsu. earum rerũ quæ vsu consu. & l. per seruum.§.denique.C.de vsu.& hab.& in l.pacta cõuenta.ff.de contrah.emp.in l.cum mansueta. eo.ti. Et hoc intelligitur, nisi conuentio posset in aliam dispositionem transire:quia tunc illa cõuentio quę non ualet prout agi videbatur, in aliam dispositionem transfertur,quando uerba conueniunt, & hoc patiuntur. l. ut ita donatur. supra de donat. causa mort.ubi Bar.declarat.

42 † Quinto noto, quòd dolus per pactum remitti nõ potest.idem dr̃ in l.1.§.1. si conueniatur. uersic. illud.supra depositi.in l.si vnus.§. illud supra de pactis.l.in commodato.in princip. supra commod.& rationem tex.hic adducit:quia hoc bonæfidei iudicio contrarium est:ista tamen ratio non videtur generalis:

neralis: quia idem videtur in contractu stricti iuris l. si quis cum aliter. de verbor. obligat. l. odio. C. de inut. stipul. Et ideo illa ratio esse videtur, ne detur occasio delinquendi. *a* l. conuenire. supra de pac. dotal. Et ista ratione, quia dolus remitti non potest, in generali remissione vel liberatione facta alicui, non venit dolus. *b* l non solum. la 2. §. fi. l. Aurelio. §. Caius. supra de lib. leg. & l. seruus vetitus. de leg. 1. quidam decedēs. in princ. supra de admi. tut. vbi Bar. cum simil. vt tradit Alex. in consi. 62. seuerissimus lib. 4. & in consi 164. præsupposito primo. lib. 5. & idem Ang. in consi. 144. reuocatur in dubium. & in cons. 174. filius Vgonis. & Bald. in cons. 50. in causa præsenti. in prin. lib. 1. secundum formam nouam. vbi inquit, ꝙ in nulla latitudine potestatis dolus includitur. l. creditor. §. Lucius. supra mand. Et idem nota. Fulg. in cons. 53. nobilis vir. Et de hoc late dixi in cōs. 178. vbi hoc limitatur, & declaratur, & consil. 192. ubi videndum est. b

a Delinquendi. Vide Bald. in l. sic cum antea. C. de arbit. & in l. si. de contrah. empt. H. C.

b Dolus. Vide gl & doct. l. transactio. C. de trāsactio. & in l. si unus §. illud. de pact. Bald. in l. aduersus. C. de except. Bart. in l. Pompon. in 9. col. de neg. gest. H. C.

† Et licet dolus remitti non possit, lata culpa tamen remitti potest, ut no. in d. regula, contractus. eod. titu. in 6. facit tex. in l. si ut certo. §. interdum. ff. commod. Et no. Alexan. in l. si mora. colum. 1. supra solut. matrim. Et idem Fulg. dicit in consil. 25. spectabilis miles. colum. pen. alleg. istum tex. qui de dolo loquitur. 43

Posset tamen responderi, quòd idē sit in lata culpa quæ dolo *c* æquiparatur, adeo quòd si dicatur de dolo tantum, lata culpa non excluditur. l. j. §. j. ff. si mens. fal. mo. dix. nisi dicamus, quòd remissio doli est contra bonam fidem. vt dicitur in l. prima. §. si veniatur. ff. depositi. Et ista ratio non videtur habere locum in lata culpa, quæ simplicitate, & quadam fatuitate procedit, ut not. Bar. in l. ꝙ Nerua. in diffinitione latæ culpæ. Et per gl. §. pen. insti. quib mo. trahi. oblig. Et ad hoc facit: quia lata culpa videtur dolus præsumptus. l. quòd Nerua. supra depositi. q. quidē dolus præsumptus remitti *d* potest, vt tenet Ant. c d

c Dolo. Vide istam regulam per Soc. in suo. tract. fallent. in reg. 115. H. C.

d Remitti. Tacite non expresse Bal. in l. 1. in fi. C. de usuf. Alciat. l. actione. uer. specialiter. C. de transact. adde Hippoly. Mars. sing. 289.

Ant.de But.in c.fraternitatis.col. 1.uerſ. fallit quarto.de teſti.Et Fel.ibi ſequitur.col. 3.Contrarium tñ voluit Paul.de Ca.in d.l.ſi vnus.§. illud.ſup.de pac.
44 per tex.in l.ꝙ Nerua. † Et ad hoc facit, quia licet minor reſtituatur aduerſus dolum præſumptum, ut per glo.in l.vbi exigitur.ff. de edendo,hoc nõ habet locum in odio præſumpto de futuro.vt no.Bar. in d.l.vbi per l.auxiliũ.in prin.ſup.de min. vbi Bar. & idem Bar.in l.1.§.nuntio.de op. no. nun. cum ſi. vt tradit ibi Alex. Concordari poſſunt, ſi dicamus, ꝙ dolus præſumptus de futuro remitti poſſit, qñ in non faciendo conſiſtit,vt in tutore qui non fecit
a inuentarium,vt dixi in conſ.178.ſup.alleg. a Et iſta opin.Ant.de But.intelligitur:ſi uero dolus præſumptus in faciendo conſiſtat,remitti non poſſit.Et quaſi caſu dictum Paul. de Caſt. procedat per rationes quæ habentur in conſi. præalleg.

a Alle. & conſ. 418. col.fi.

Itẽ quod dicitur hic de dolo, intelligitur de dolo futuro:ſecus eſt in dolo præterito, qui remitti
b poteſt b vt per glo.& doct.in d.l.ſi vnus.§. illud.ſup. de pact.Et no.Bar. in l. quidam decedens.in princ. ſup.de admi.tut.

b Poteſt. Vide Bal.in l. cum neceſſitatem. C.de fideicom.

Vltimo, concluſio ſupra facta procedit ſi dolus expreſſe remittatur, prout iura ſup.alleg.loquunt.
45 † Tacite vero etiam dolus de futuro remitti põt, ſecundum gl.in d.l.ſi vnus.§. illud. per illum tex.in verſ.quamuis. Et idem gl.in l.iuriſgẽtium. §. ſed & ſi quis paciſcatur.ſup. de pact. Paul. de Ca.& Mod. in d.§.illud reprobant iſtum intellectum. Et dicit, ꝙ nec ẽt tacite remitti põt,quia tex.dicit, nulla pactione,& ſic nec expreſſa nec tacita. Et q̃a ſubeſt eadẽ rõ,ne detur materia delinquẽdi. ad §. quamuis. reſpondetur,ꝙ in dolo de præterito intelligitur.

Sed certe opi.gl.vr aperte ꝓbari in d.§.illud quãuis.ubi tex.aduerſatiue loquitur ad illud quod ſupra proximè dixit de dolo. vnde in eodem caſu intelligitur,& ſic in dolo de futuro ut bene aduerſꝰ. Et non eſt nouum,ꝙ aliquid ꝓmittatur tacitè fieri quod

quod expresse prohibeatur, vt patet in iuramento calumniæ quod tacitè remitti potest, quamuis expresse non possit. c. 1. de iura. cal. in 6. l. 3. §. sed quia veremur. C. de iura. cal.

Non obst. tex. qui dicit, nullo pacto, quia de pacto expresso intelligitur: quia tacitum pactum non est pactum proprie, vt no. Host. de pact. in princ. in diffinitione. & dixi in rub. C. de pact.

Vltimo noto regulam, † quòd debitor speciei ex 46
natura contractus de casu fortuito non tenetur, ad idem tex. in l. in rebus in prin. sup. cõm. in l. quæ fortuitis. C. de pign. actio. in l. 1. C. deposi. in l. 2. §. si eo tempore sup. de admi. rer. ad ciui. perti. & l. si res pupillaris. sup. de admi. tu. vbi glo. limitauit hoc tripliciter. Et pro illa gl. est tex. in c. 2. depo.

Primo enim limitatur, nisi debitor sit in mora: quia tunc periculum casus fortuiti ad eum pertinet l. quod te. supra si cer. pet. l. si ex legati causa. de verbor. obligat. cum simil. Et hoc etiam habet locum in mora irregulari. l. merito. la 1. §. certissimè sup. de vi & vi arm. & no. Bal. in consil. 83. sunt quidam lib. 1.

† Secundo fallit, quando culpa præcedit casum: 47
quia tunc etiam debitor de casu tenetur. §. item is cui. in fi. inst quib. mod. re contrah. oblig. ibi, si modo non ipsius culpa casus interuenit. Et tex. in l in reb. sup. comm. cum sim. ut tradit Rom. in cons. 9. ꝙ pars condemnata. Et hoc procedit quando culpa est ordinata ad casum, ut in iurib. præallegat. secus si culpa nõ fuit ordinata ad casum, quia tunc de casu is non tenetur, licet in culpa fuerit. l. si is qui supra. de act. & oblig. l. fin. §. si ea conditione supra ad legem Rhod. de iact. & l. si alius. §. etiam autem sup. quod vi aut clam. & no. Bar. l. si ut certo. §. interdũ. vbi latius hoc declarat sup. commod.

† Tertio fallit, quando quis pro casu fortuito se 48
obligauit. l. 1. C. depo. l. negotium. C. de nego. ge. & in ca. 2. de depo. & no. Bar. in l. sed & si quis. §. quæsitum.

situm.col.fi.sup.si quis caut.vbi post gl. ibi tenet, quod sufficit si quis dicat in se suscipere periculum casus fortuiti,& tenetur de omni casu l.quæ fortuitis.C. de pign.act.& l.si quis fundum.in prin.ff.loc.& d.c. 2.de deposi.vbi Abb.

Et idem Bar.per illum tex.in l.Titius.in prin.supra de lib.& posth.cum sim. vt tradit ibi Alexā. qui dicit illam esse cōem opin.ista tamen altiorem postularent indaginem: ideo videndum est in d.l. sed si quis.§.quæsitum. quia in singulis insistere longū esset.Et ex his lex ista expedita sit.

IN L. QVATENVS.
Argumenta.

1 *Interesse quotuplex,& quale vnumquodque.*
2 *Interesse alicuius quantum sit,non in iure, sed in facto consistit.*
3 *Statuta & consuetudines loci particularis facti sunt, & in facto consistunt.*
4 *Interesse non iniustè tunc petitur,cum factum fieri denegatur.*
5 *Interesse qualiter probari possit.*
6 *Testis interesse probando adhibitus,rōnem dicti adducere debet etiam non rogatus.*
7 *Testis dicens quem quid in sui defensionem fecisse, non tenetur dicti sui rationem allegare.*
8 *Testis quando dicatur affectione moueri,et quādo non. Probatio concludens esse debet.*

REGVLA XXIIII.

QVATENVS cuiusque interest,in facto non in iure consistit.

QVATENVS, id est quantum l.si vnus.§.pacta.l.si quis crediderit,supra de pact.& in l.grege.§. pignori.sup.de conuer.coniug.

1 † Et cum interesse secundum communem opi. sit triplex,commune,singulare,& conuentū,vt per gl. in l.j.sup.de act.emp.in ver.interest.& l.libertas inf.

eo.

eod.in fin.& l.j.in glo.1.C.de sent.quæ pro eo quod interest profer. dictũ huius regulæ in qualibet specie videtur procedere. Nam si agatur de interesse singulari quod consideratur ex eo quòd fundus sit vicinus.l.si cui.in fi de leg.2. vel ex eo quòd res fuerit maiorum suorum.l.si in emptione. ff. de mino. in facto hoc consistit, vt hic dicitur. Eodem modo si agatur de interesse communi, quod est communiter æstimatum, ita quòd vnicuique tantum valet.l.pretia rerum.supra ad leg.Falc.l. si seruum supra ad l.Aqui.hoc etiam in facto consistit.similiter si agatur de interesse conuento, quia pendet à conuentione & contractu.l.fi.sup.de præt.stip. etiam illud dicitur in facto consistere, quia contractus facti sunt.l.cons.in fi.sup.de cur.furio.

Sic ergo quantum sit alicuius interesse, in facto & non in iure consistit. Sic enim quæstio facti est, si quæratur quousque uideatur permissum administrare peculium, vt dicitur in l.1. §. 1. supra quæ res pign. Et quæstio facti etiam dicitur in l.insulam.quæ res pign.oblig.pos. Et quæstio facti est potius, quàm iuris quis prior natus sit l. idem Mæuius.in fin.sup.de statu hom.l. Herennius. infra de verb.sign.

† Sic etiam statutũ uel consuetudo loci particularis dicit esse facti, & in facto consistit, vt dicit tex. in c.1.de const.in 6. & etiam quæ pendēt ab animo in facto consistunt.l.bonæfidei.supra de acq.rer.do. Et ista quæ in facto cousistunt debent probari, quia non præsumitur.l.in bello. §. factæ sup. de capt. c. cum in iure.de of.deleg.l.j.C.de prob.l.asseueratio. C.de non nu.pec.Et hoc modo arguit Bal.in rub. C. de fid.instr.col.3.& Abb.in cons.37.circa primũ.col. 1.lib.2.& cons.79.super eod.lib.2. cum si.vnde vidēdum est de duobus Primo. qualiter interesse petatur.Secundo, qualiter probetur. 2

† Circa primum tutior modus, ꝙ petatur factũ fieri. & si factũ non fuerit, petat interesse successiuè. 4

vt

vt Bar.concludit in l.stipulationes non diuiduntur.col.pe. vers. tertius modus est & gl. quæ hoc dicit in l.2.§.item si in facto in gl. j. de ver. obli. Et no.Bal.in l.si pacto quo pœnam.in fi.ucr.vltimo quæro.sup.de pac.vbi dicit aptissimè formari libellum si dicatur, peto quod principaliter promisisti, & si non solues, peto pœnam.& idem Bal.in l.1. col.fi.C.de sen.quæ pro eo quod interest.& in cons. 199. allegationes.in 4.li.& idem gl.in l.j.sup.de act. emp.in gl.magna.& Bar.ibi idem sequitur, ver. 3. pract.est.Et idem tenet Cy. in l.si traditio. versi. 2. q̄ritur.C.de act.emp.& Bal.ibi in prin.vers.itē pōt. col.1.& sequit Pet.de Ferra.in eius pract.Papiēsi,in libello de act.reali.versi.pro florenis decem omni damno & interesse col.3.

5 † Circa secūm de proba.interesse dicit Bart.in l.2. circa fi.C.de rescin.ven.ꝙ talis ꝓbatio interesse est difficilis:& in tali probatione interesse debet iudex habere æquitatem ante oculos [illegible] ex coniecturis a probari pōt:vt di[illegible] in cons. 170. ad euidētiā col.2.lib. [illegible] in probatione interesse non defertur b iuramentum b in defectum probationis secūm Bal. in l.1.in fi.de senten.quæ pro eo quod inter. Et primo de interesse communi videndum est quomodo probetur testibus.Secundo de singulari. Tertio de conuento.

Circa primum,interesse commune referri videtur ad communem rei æstimationem,& ad cōmunē rei valorem:vt no.Bal.in d.l.1.col.2.de sen. quæ ꝓ eo q̄d interest.& facit tex.in l.pe.ex q.cau.in pōs. eatur.in l.si vēdipero.§.1.ff.de fur.in l.j.ff. de his q̄ 6 a nō domino manu.† Et testis in probādo interesse debet rationē dicti sui allegare ēt non interrogatus:vt not.Bar.in tract.de testi.col.j.vers.testis dixit aliquem esse dominum.in fin.ubi inquit,ꝙ si testis dicat fundum valere decem, non probat nisi ratio c nem c adducat,quamuis nō sit interrogatus.Et no. Abb.post alios ibi refert in c.cum eam.col.2.versic.

a Coniecturis. Bal.in l si traditio. C.de actio. empt.

b Iuramentum. Idem Ias.§.curare.col.fi. nu.59. instit. de act.sed contrarium verius, ut expressim Bald. consi. incip. proponitur ad fin. quod est cons 212 lib. 1. secundum veterem, & consil. 345.lib.2 secundum nouam impressionem. & Pirrh.hic col. 5.

c Rationē. Ber. cons. 256.multa sunt col.fin.li.8.

ſed dubitatur.de teſtib. & idem Bald. in l. fi. C. de iur.do.impe.& l.1.col.8.verſ.7.quæro de ſent. quæ pro eo quod intereſt profer. Alex. poſt Paul.de Caſt. in l. pretia rerum col. fi. ſup. ad legem Falc. Et idem Alex. in l. 1. in prin.ad fi. ſup.de ope. no. nun. facit quod no. Inn.in c.cum cauſam. de teſti. Bart.in l.ſolam. C. de teſt.cum ſim. Et iſta concluſio procedit in æſtimatione domus vel fundi,quia talis æſtimatio intellectu potius quam ſenſu corporis colligitur. Secus in æſtimatione frumenti & victualium, & in ſimilibus reb. in quibus non eſt opus magno diſcurſu.ideo dictum teſtis bene probat abſque alia ratione,ſi non fuit interrogatus,vt not.Bart.in d.tract.in loco ſup.alleg. & idem Bal. dicit in l. ſolam col. fi.verſ. quæro nunquid. C. de teſt. Et ad hoc facit quod not. Bal.in d. l.ſolam. col.fi.verſ.ſolum hic quæritur.ubi tenet † quòd te- 7
ſtis qui deponit aliquem feciſſe ad ſui defenſionē a
a probat:licet rationem nō adducat: quia modico diſcurſu intellectus hoc percipi non poteſt per coactionem loci,& temporis.alleg.Bart.in conſ.57.ſed reperitur in conſ.108.quidā Maſiolus. ubi Bar. non dicit,& ſequitur Alex.in conſ.119. viſis.col.fin. lib. 1.Et ratio in teſtibus deponentibus de ualore rei vt congruè ſit & probet,debet ad communē æſtimationem referri: uidelicet quòd cōmuni æſtimatione tantum valet,& quòd tantū communiter venderetur,ut no.Bar.per illum tex.in l.pretia rerū ſup. ad leg.Fal.& in l.filiusfamiliàs.§.ſi quid alicui.de leg. 1.& l.fi.C.de prædi.naui.lib.11.unde nō ſufficit ꝙ teſtis dicat,quòd ipſe tātum daret,quia poſſet moueri aliqua particulari affectione.& ita tenet gl. in l.2.in gl.mag.C.de reſcin.vend.Et pari ratione non ſufficit probare quantum res vendita fuit, ut not. Bart.in l.cum emptor.§.fi.ſup.de dam.infe.cū ſim. ut tradit Alex.in conſ.28.in cauſa & lite.col. 2.li.5. Maria.in cōſ.8.viſis col.1.Ang.Aret.in §.ſiquis agēs col.4.inſti.de act.

a Defenſionem. Facit Hip.Marſ. ſing.19.Ale.cōſi. 76 cōſ. 109.li.1.

Non

Non omitto tamen quòd cõtra glos. in d.l.2. de
a rescin.vend.tenet Bal.*a* in d.l.2.col.pe.ubi post Ni- a Bal. sequit Ma
8 co.de Marsi.dicit,† quòd si non apparet de speciali tha.de Cre. Rep.
affectione,non præsumitur quòd testis qui dicit ꝙ d.l.2.col.73.
ipse tantũ daret,moueatur particulari affectione,
sed potius communi æstimatione, quia præsumitur quis facere illud quod fit communiter. l. si pactũ,de prob.Imo & Alex.in d.l.pretia rerum sequũtur opin.gl.& Bart.quia probatio debet esse concludens.c.in pręsentia.de proba.& iura alleg.per Bal. non loquuntur in materia probationis.

Sed replicari potest,quòd immo etiã in materia probationis sufficit quòd præsumptiuè ꝓbatio cõcludat,ut per glo.in l.neque natales.C.de proba.cũ sim.ut dixi in d.c.in pręsentia. Et hoc in proposito dicunt ipse Imo.& Ale. in l.1.§.hęres precepto fundo sup.ad Trebel.ubi dicunt per illũ tex. quòd res tantũ ualet quantum uendi potest.intelligitur scienti qualitatem rei.Et dicunt hoc non esse opus exprimere:quia sufficit quòd ita præsumatur.Et ista opin.Bal.esset sustentabilis,& uerior uidetur de iure:& plerique illam tenẽt.quos refert Alex.in d.l.ꝑtia rerum.Et saltem uideretur procedere quando in capitulo super quo testes deponunt, dicitur ꝙ res tãtum ualet communiter uel communi ęstimatione,quia dictum testis uidetur habere relationem ad capitulum.ut no.Bar.in l. Labeo supra de supel.leg.Et hoc modo opin.concordari possunt.& in ꝓbatione interesse,aduertendũ est,quia debet esse in potentia propinqua.& no.declarat Paul.de Cast.in l.non vtique.§.nunc de offi.ff.de eo quod cer.loco. Et de ista materia ulterius non insisto hic,quia latè videbimus in l.1.C.de sen.quæ pro eo.

IN L. PLVS CAVTIONIS.

Argumenta.

1 *Pignori incumbere satius est,quàm in personam agere.*
2 *Actio in rem vtilior est ea,quæ intentatur in personã.*

3 Fideius-

netur dare fideiussorem, liberatur dando pigno ra. q̃a plus cautionis est in rē, quàm in personā. Et idē Bar. dicit in l. prætoriæ. la. 3. supra de præto. stipu. l. 2. sup. q. satid. cog. cū sim. vt ibi tradūt Alex. & Mod. idē Alex. in l. j. C. de proc. Et hoc uerū uidetur, nisi à l. aliud præcisè disponatur. d. l. prętoriæ Non obst. regula quā in contrarium adducunt Alex. & Mod.
4 in d. l. 1. qui satisd. cogan. † ꝙ aliud pro alio inuito creditore solui potest. l. 2. §. 1. sup. si cert. pet. ideo nō uidetur ꝙ pro fideiussore pignus dari possit, q̃a
a respondetur, a ꝙ hic non agitur de solutione, sed de cautione, quo casu qui promisit dare vnum pignus, potest dare aliud æquè bonū, vt per gl. in l. si Titio sup. de pig. Et pro fideiussore dato alius ęquè idoneus præstari potest. l. Labeo. ait. §. fi. sup. de arb. & l. qui autem. §. sed & si quis certam. sup. de const. pec. Et quia tenetur quis facere quod sibi non nocet, & alteri prodest. leg. in creditore. & ibi glo. sup. de euict. & l. 2. §. item Varus. sup. de aqua plu. arcen.
5 Vltimo notandum est, † ꝙ licet quis liberetur à satisdatione quā præstare teneatur, si sit ualde idoneus, vt not. Bar. in l. quicūq; la 2. C. de fun. patrim. lib. 11. cum sim. vt tradit. Alex. & Moder. in d. l. 1. q. satisd. cog. non tamen videtur liberari si tenetur dare pignora. ita videtur dicēdum per istum tex. quia plus cautionis est in re, quàm in persona.

a Respondetur. opin. Bar. est ebi ter approbata, vt dicit Ias. in d. l. j. qui satisdat. cog. in princ. 9. col. uers. ex secū- da.

IN L. QVI POST INVITIS.

1 *Filius possessionem bonorum patre inuito, & ignorante potest agnoscere.*
2 *Citare non debet is, quo etiam inuito potest actus transigi.*
3 *Inuito aliquo si quid fieri possit, & eo ignorante poterit.*
4 *Iudicia in inuitum etiam reddi solent.*

tia,quæ nihil operatur.arg.l.aliquando.§.fin.supra ad Velleia.

Secus ubi sit diuersa ratio, prout est in casu. l. duo ex tribus arbitris uel iudicibus.§ de re iud, & in l.si in tres.ff.de arb.ibi,duo ex tribus arbitris vel iudicibus iudicare possunt, tertio cõtradicẽte & inuito:nõ autẽ eo absente uel ignorante,facit tex. in d.l.si in tres.qui rationem adducit,quia tertius si esset præsens,posset alios in suam sententiã trahere. Bar.tamen hic videtur istam rationem impugnare, quia talis ratio semper videtur habere locum.Et in omnibus casibus regulæ procederet,ꝙ absens posset alios præsentes trahere in eius sententiam , sed si ista sit ratio iurisconsulti, impugnari nõ potest. Et ideo dicendum est,quòd illa ratio solum attendatur in arbitris uel iudicibus , qui ratione officij habent potestatem iudicandi.secus uidetur in priuatis,prout regula loquitur.

Et eodem modo regula nõ procedit in iudicialibus,
4 † quia iudicia redduntur in inuitum.leg.inter stipulantem.§.j.de verb. oblig.& tamẽ nõ procedit iudicium cõtra absentem,quia citatio requiritur. l.de unoquoque.in princip.supra de re iud.Et similiter in electionibus prælatorum & in actibus capituli uel collegii,in quibus attẽditur quod fit à maiori parte,& contradictio minoris partis non attenditur.l.quod maior.sup.ad municip.c.cum omnes. de constit.Et tamen factum à maiori parte non valet aliquibus absentibus & ignorantibus,quia plus nocet vnius contemptus, quam cõtradictio multorum.cap.per venerabilẽ.de elect. in prædictis enim casibus regula non procedit, quia data est forma à iure, quod absentes requiruntur.

IN L. NEC EX PRAETORIO.

Argumenta.

1 *Conuentio priuatorum non põt publico iuri derogare.*
2 *Delicta puniri Reipublicæ interest.*

3 *Pactum iudiciorum ordinis derogatorium est inualidum.*

4 *Statuto potest iuri publico derogari.*

5 *Statuto plura introduci possunt, quæ pacta inducere nequeunt.*

6 *Testamenti factio potest tolli statuto, non autem pacto.*

7 *Statuto fieri potest vt quis partim testatus decedat, & partim intestatus.*

8 *Statutum facultatem testandi auferre potest, pactũ tollere non potest.*

9 *Argumentum de pacto ad statutum nullius est vigoris si negatiue formetur: si affirmatiue, poterit valere, & nu. 10.*

REGVLA XXVII.

NEC ex prætorio nec ex solenni iure priuatorum conuentione quicquam immutandum est, quamuis obligationũ causæ pactione possunt immutari, & ipso iure, & per pacti conuenti exceptionem, quia actionum modus vel lege, vel per Prætorem introductus priuatorum pactionibus non infirmatur: nisi tunc cum inchoatur actio, inter eos conuenit.

Notandum est quod partium *a* conuentione iuri publico *b* derogari non potest ad idem text. in l. iurisgentium. §. paciscar. l. ius pub. cum sup. de pac. in 2. §. ius reipublicæ. ff. de administ. rerum ad ciui. perti. & in c. si diligenti. de foro comp. a b

Et ius publicum intelligitur, quãdo respicit formam & solẽnitatem à iure publico introductum, cui etiam testator derogare non potest l. nemò põt de leg. 1. l. testandi. C. de testib.

2 Similiter † vtilitatẽ publicã respicit ꝙ delicta puniãtur l. ita vulneratus. sup. de leg. Aquiliam. l. si citatio. §. quod illicitè supra de publica. c. vt famæ. de senten. excom. ideo non valet pactum ꝙ nõ agatur actione

a Partiũ. sed an pacto publico populi uel alicui⁹ villæ vel alteri⁹ vniuersitatis possit derogari iuri publico Bart. in l. omnes populi de iust. & iur. in 3. co. tenet ꝙ sic. tu tamen vide Barb. d. c. si diligenti 5. col. vers. quinto pondero ubi reprobathãc opi. Bar. H.C.

b Publico. Et ideo pactum qđ faciunt debitores suis creditoribus de nõ pro bãda solutione, non valet, per Barbat. in d. c. si diligenti 2. col. per Bald. in sua marg. in vers. pactum. Paul. in l. pactum inter hę redes ff. de pact. Bar. in l. fi. ff. de præt. stip. H.C.

actione iniuriarum, vel furti si committatur. l. si vnus. §. pacta. supra de pact.

3 Et non valet pactum † propter quod ordo iudiciorum tollatur, vt per glo. in cap. de causis. de offi. deleg. quod declaratur, vt dixi ibi. Et tradit Alex. in l. si conueniret. col. 7. de re iud.

4 Et quod dictum est bene procedit in pacto. † Secus est in statuto quod iure publico derogare pōt, vt not. per glo. hic, & no. l. neque pignus. §. priuatorum. infra eo. vbi gl. tenet, quod etiam vniuersitas potest statuere contra ius publicum, & per illā glo. notab. Abb. consi. 104. videtur primo col. 2. lib. 2. & in c. si diligenti. in 3. notab. de foro compe.

Et ideo *dicit* Bar. in l. alia. §. eleganter sup. solu.
5 matrimo. † quòd multa possunt fieri per statutum
a quæ non possunt, *a* per pactum, allegat glo. in locis præalleg. & not. Domini. in consi. 139. in causa col. 3. & idem Bartol. in l. Titio centum. §. Titio cen-
6 tum. el. 2. sup. de conditio. & demonstrat. † vnde facultas testandi per statutum auferri potest, licet pacto tolli non possit, vt not. Ang. in consil. 65. visis colum. fi. Et licet pacto quis non possit se obligare
b ad pœnam mortis, *b* vel mutilationem membri, quia non est dominus membrorum suorum. l. liber homo. la 1. supra ad l. Aquil. & Bar. in l. si quis rerum in prin. ff. de custo. reo. à statuto tamen obligari potest, ut no, Bar. in l. Titio centum d. §. Titio centum. vers. tertia ratio est.

a Possunt per. in rub de const. 2. lec. 4. col. uer. potentius. & in c 1. eo. titu. in 2. lectu. col. uertic. ulterius.

b Mortis, In criminalibus nemo potest renunciare defensioni per pactum. de quo vide Fely. in d. c. si diligenter in princ, & eius l a 1d. super litera b. H. c.

Et solennitas testādi a statuto potest tolli. l. si nō speciali. C. de testam. licet à priuatis derogari non
7 possit. d. l. nemo potest. † Et licet non possit quis decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus. l. ius nostrum infra eod. a statuto tamen hoc induci potest, vt no. Ang. & Imol. per illum tex. in l. 2. & ibi Alex. in 2. not. de vulga. & pupil. Et dictum fuit in d. l. ius nostrum.

Similiter licet non valeat pactum per quod tollitur facultas testādi. l. pactum quod dotali. C. de pac.

† ualet tamen statutum, vt not. Bal. in l. Archimedorum. col. fi. vers. sed nunquid. C. vt in pos. leg. 8

Hoc tamen dictum Bal. reprobat Alex. in l. pactū. in d. l. fi. sup. de pact. quia tale pactum videtur contra bonos mores a d. l. pactum. & l. stipulatio hoc modo concepta de uerb. oblig. quo casu si non ualet pactum, quia contra bonos mores, etiam tali casu non valet statutum, ut not. Bal. a

a Bonos mores. Add: quod pactum quod debitor bonis cedere non possit, est inualidum, quia contra bonos mores Soc. in tract. fallen in reg. 269 iaē in pacto de hæred. perdēda, in reg. 270. & quo modo dicatur pactum contra bonos mores, ui de Bald. in l. pactum. C. de coll. & Barto. in l. si quis pro eo. de fideiuss. H. C.

Sed potest responderi, quòd ratio Alex. procedit inspecto iure commmuni. Sed ex quo à statuto in loco hoc permittitur, non videtur cōtra bonos mores, quia ad iudicandum aliquid esse contra bonos mores, mores ciuitatis de qua agitur debent considerari l. item apud Labeonem. in prin. vers. sed quod adijcitur. ff. de iniur. Et quòd valeat statutum, tenet Ang. in cons. 57. sup. allega. Et quod sup. dictum est de validitate statuti, a fortiori haberet locum si cum statuto pactum concurreret, quia plus potest fieri per statutum vallatum pacto, quàm per statutum simpliciter, ut tradit Bal. in c. venientes. col. fi. uers. sed nunquid. de iureiur.

Et ex prædictis infertur, quod negatiue † non valeat argumentum de pacto ad statutum. vt dicamus, si non potest fieri per pactum, ergo nec per statutum. ut not. Barto & Doct. in locis sup. alleg. Et idem Socin. in consil. 52. super hac difficultate in princ. 9

Et hoc intelligitur, & procedit vbi agitur simpliciter derogatione iuris publici, per supradicta.

Secus si sit aliquid turpe, & cōtra bonos mores, quia tunc etiam negatiue valet argumentum: quia si non valet pactum non valet statutum, vt no. Bar. d. l. non impossibile supra de pact. l. omnes populi. in 3. q. principali. sup. de iustitia & iure. & l. Titio centum. de condi. & demonst.

Et hoc modo intelligitur gl. in rub. C. de decr. ab ord. fac. lib. 10. quæ dicit non valere statutum si pactum non valet. † Affirmatiuè uero valet argumentum,

tum,si pōt fieri per pactū,ergo per statutum.Et ita arguit tex.in l.fi.vbi Bar.C.de fideiuss.& idem Alex.
a a in cons.50.in causa & lit.lib.5. Bar.in cōs.162.dubia occurrētia in prin.Et ad hoc facit q a dispositio legis contrahentium & testatoris æquiparatur l. fi. sup.de reb.alien.non alie.vbi Bal. Et ampliatur ista cōclusio,quia si potest fieri per pactum iurō firmatum,potest fieri per statutum:vt no.Bar. in l.fi.col. 3.vers.quod casu,supra de pact.

a Alex. cōs.112, in fi.li.6. Franc. Curt.tract de sequest. q.12.in fi.

Et ista cōclusio affirmatiua procedit vbi sit eadē rō,secus si diuersa, quia qnque aliquid potest fieri per pactum,& non per statutum.Nam per pactum princeps obligatur c.1.de prob.& tamē lege vel statuto non obligatur.l.princeps.supra de legibus,l.digna vox.C.de legib.Et per pactum pōt remitti iuramentum ab eo in cuius fauorem præstitum fuit c. 3.de spon. Et tñ iurm à statuto tolli non potest, vt per Alex.in cons. 59. viso instrō col.3. vers.non obstant ter.lib.ō. Et expedita sit ista lex.

IN L. DIVVS PIVS.

Argumenta.

1 *Conuenti ex causa donationis, in id quod possunt tantū damnandi sunt.*

2 *Vsufructuarius quo casu cautionem de vtendo arbitrio boni viri præstare non potest.*

3 *Donatio ob causam,quare insinuationē non requirat.*

4 *Donatio simplex dicitur,qua quid in præmium emancipationis à patre donatur.*

5 *Conuentus ob donationem à se factam,retinere potest, ne insolidum.*

6 *Conuentus ob donationem propriam,quo gaudere possit priuileg.*

7 *Conuentus ob liberalitatem suam actione personali tenetur tantum in id quod potest.*

8 *Priuilegio originē ex contractu trahēte pōt renūciari.*

9 *Donans conuentus ob donationem,æs alienum deducere potest.*

REGVLA XXVIII.

DIVVS Pius rescripsit, eos qui ex liberalitate sua conueniuntur, in id quod facere possunt condemnandos.

NOTO ꝙ † illi qui ex causa donationis conueniuntur, in id quod facere possunt debent condẽnari. ad idem tex. in sicut præterea versi. idem est si quis donatione. insti. de act. l. inter eos. §. hic quoq; sup. de re iud. Et hoc habet locum etiam si ex alia actione donatarius conuenitur, quæ originem habuerit ex donatione, ut no. per gl. hic, & est tex. in l. si quis id quod in prin. sup. de don. ad idem bene facit tex. in l. 2. §. parui quoque. sup. de priui. cred. 1

Non obst. quòd causa lucratiua uel onerosa debet iudicari ab origine, secundum gl. in d. l. si duo. sup. de acq. hæred. Quia illud procedit quando causa de sui origine & natura habet causam lucratiuã. Nã licet accidentaliter damnũ occurrat. nõ attenditur prout est in hæreditate, de qua illa gl. loquitur, non sic videtur in lucro statuti quod de sui natura causãm habet lucratiuã per supradicta. Et ideo secundũ principalem eius naturam inducere debet, arg. l. si quis nec causam. sup. si cer. pet.

IN L. SEMPER IN STIPVLATIONIBVS

Argumenta.

1 *Acta à partibus attendi debent in contractibus.*
2 *Propositum nihil operatur, si in mente retineatur.*
3 *Verba non sunt curanda, ubi mens disponentis est aperta.*
4 *Animus hominis ex ipsius cognoscitur loquela.*
5 *Actum id præsumitur quod tacite subintelligitur.*
6 *Actũ etiam esse dicitur, quod rei qualitate colligitur.*

7 *Consuetudo attenditur si quod actum est non intelligitur.*

8 *Contractus secundum loci consuetudinem attenditur, si contrahentis mens ignoretur.*

9 *Doctor, secundum consuetudinem studij præsumitur conduci.*

Notarius præsumitur rogatus ad clausulas consuetas.

10 *Consuetudo quælibet, cuiuslibet consuetudinis regula esse debet.*

11 *Clausula codicillaris præsumitur apposita de uoluntate testatoris.*

Notarius in instrumẽto dotis hypothecã apponere põt.

12 *Pœna quando contractus possit adijci.*

13 *Iuramentum quare possit in contractu apponi.*

14 *Contractus secundum quam consuetudinem extendi possit.*

REGVLA XXXIX.

SEMPER in stipulationib. & in cæteris contractibus id sequitur quod actum est. unde si non appareat quid actum est, consequens erit ut id sequamur quod in regione in qua id actum est, frequentatur. Quid ergo si neque regionis mos appareat, quia varius fuit? Ad id quod minimum est redigenda summa est.

1 Nota † ꝙ in contractibus primo attẽditur quod actum est à partib. ad idẽ tex. in l. sed Celsus. §. si fundus. de contrahen. empt. ubi dicitur, ꝙ in cõtractu potius id quod actum est, quam id quod dictum est

a *a* sequi debet. Et in contractibus ueritas rei potius quã scriptura perspici debet: vt dicitur in l. 1. C. plu. val. quod agi. & in l. 3. eod. tit. ubi dr̃, non quod scriptum est, sed quod gestum est inspicitur. Iustũ est enim uoluntates contrahentium magis, quam uerborum conceptionẽ inspicere, vt dr̃. in l. fi. in prin. C. quæ res pig. obl. pos. ad idem tex. in l. in cõuentionibus. ꝭ. de ver. sig. in l. promittẽdo. in prin. ꝭ. de iu. do.

a Dictum est. Quid in matrimo. vide text. & ibi not. in ca. tuas nos. de spons.

P Et

Et prędicta procedunt quando constat de volun tate,& apparet quod actum est, ut hic dicitur. Secus si non apparet, quia tunc plus valet scriptura quam quod actum est l. si alij in fi. supra de vsufruct. leg. qui tex. ita intelligitur, vt declarat Bar. post gl. in l. ambiguo sup. de rebus dubijs.

† Et ratio est, quia propositum in mente retẽtum nihil operatur. l. si repetend. C. de condi. ob caus. Et non sufficit testatorem ita voluisse, nisi dispo- nat. l. quidam cum filium. vbi Bal. & Imo. sup. de hær. insti. 2

Et est cõis doctrina: ꝙ † receditur à verbis qñ ali- ter constat de mente disponentis, ut no. in l. non ali ter. in prin. de leg. 3. & late tradit Bar. in l. nõ dubiũ. col. 2. vers. scd̃m dubium est. C. de leg. Bal. in l. iuris- gentium. §. pactorum. sup. de pac. Ang. in cõs. 2. prę mitto primo. col. 2. Aret. in cõs. 66. viso puncto col. 1. in sing. Alex. in cons. 117. aĩaduersis statutis col. 2. lib. 2. Sic ergo si nõ apparet qđ actũ est, non est rece dendũ à verbis: & actum vr̃ qđ ex uerbis colligitur. quia vr̃ quis habere uoluntatem prout verba sonãt l. Labeo. §. item Tubero. de supel. leg. & in l. nepos Proculo. de ver. sig. & id loquitur qđ ex his quę signi ficantur sensit, & ideo à verbis contractus nõ est re- cedẽdum. l. si quis stipulatus sit Stichũ, de ver. obl. l. fideiussores. magistratuũ. sup. de fide. quæ iura ad hoc alleg. Paul. de Castr. in cõs. 228. super. j. & in cõs. 161. in pręsenti cã. ad idẽ tex. in l. fi. C. cõia vtriusq; iud. vbi tenor stipulationis inspicitur. Et in stipula tionib. verba ex quib. obligatio oritur, inspicienda sunt. l. ita stipul. §. Chrysogonus. in fi. ff. de ver. obl. 3

† Et ex loquela hoĩs eius aĩus iudicat, ut no. Bal. in l. sed & reprobari. in prin. sup. de excu. tut. Et ver- ba cõtractus sunt forma cõtractus. quæ forma dat esse rei, ut not. Bal. in l. quoties. col. 2. C. de suis & le- git. & nullũ est magis nostræ mẽtis testimoniũ, quã qualitas inspecta uerborũ, ut not. Bal. dicit in c. 1. de testam. cum sim. ut tradit And. Sicul. in cons. 56. 5

col.

col.pen.lib..3.in 20.col.pen.eo. lib.4. & in conf.42. col.3.in eod.lib.

5 † Similiter actum uidetur etiam illud quod tacite intelligitur,ut not.Bart. hic per l.cum quid.ff.si cer.pe. ubi hoc probatur in his quæ sunt de natura contractus.illud tamen non vr̄ propriè ex conuentione contrahentium,sed potius ex prouisione legis,quia tex.ibi dicit,agi intelligitur, & pro cauto habet.& declarat illum text.Aret.in l.4.§.Cato.col. 13.de verb.oblig.facit quod not.Bar.in l.cum stipulatus.de ver.obli.ubi concludit,quod obl. ad interesse quæ tacite in obligatione facti intelligitur, nō dicitur ex dispositione hominis,sed leg.

Item actum uidetur illud quod ex qualitate rei colligitur, ut not. Bar. hic post gl. not. ad idem glo.& ibi Bar. in l.1.§.qui superficiem.ff.de superficie.in verbo.agendo,quæ dicit, quod ex qualitate pretij colligitur an fuerit uenditio uel locatio. ut not.Bar.in l. patronus.§.1.col.2.de leg.3.Per.de Anch.in cons. 403.pluribus rationibus.col.1. Alex.in cons.26.consideratis uerbis.lib.4.& Aret.in cons. 6. uiso instrumento visionis col.pen. Et quando in fine instrumenti dicitur,actum in tali loco.uerbum illud actum,rem perfectā significat, Bal.in l. quod sine.C.de testam.

7 † Et Secundo colligitur.hic,qđ in contractibus si non apparet ꝙ actū sit scđm supradicta, recurritur ad consuetudinem.uidetur tamen,ꝙ in primis cōsuetudo ipsius contrahentis inspiciatur.l.vt uniuersorū.sup.de pig.act.l.qui semisses.sup.de vsur.& in l.hæredes palam.§.si quid post.& in fine ibi ex consuetudine patrisfamilias vel regionis. sup. de test. & in l.seruus plurium.§.fi.de leg.1.ibi,ante omnia ipsius patrisfamilias consuetudo, deinde regionis.

Vnde concessio facta ab ecclesia, uidetur facta secundum consuetudinem ecclesiæ concedentis, ut no.Alex.in cons.124.consideratis his col.2.lib.5.

Et consuetudo vltima attenditur.l.Mela.§.quid

ergo.de alim.& cib.lega.& tradit Alex. in conſ. 5. ſi vera ſunt.col.fi.lib.5.

Sed ceſſante conſuetudine contrahentis, ſecundùm conſuetudinem loci contractus interpretatur, hic dicitur: ad idem tex.in l.quòd ſi nolit.§.qui aſſidua.ſup.de ædil.edict. & in l. ſi fundus. ſup. de euict.in l.ſi prius.§.placuit.ſup.de aqua pluuia.arc. & in c.cæterùm de don. & not.Bar.in l. fi. in prin. ſup.de his quæ in frau.credit.& in l. ſi procurator. in princ.ſup.de iure fiſci.

9 † Et ideo doctor conductus videtur conductus ſecundùm conſuetudinem ſtudij: vt not.Bart.in l. nemo eſt qui neſciat.ſup. de duobus reis. Et magiſtratus etiam uidentur creati ſecundùm conſuetudinem: ut no.Bar.in l.magiſtratus.in prin.ſupra ad municip.

Et notarius rogatus uidetur ut apponat clauſulas conſuetas: *a* vt not.Bar.per illum tex.in fi. C. de fideiuſſor.

10 † Et generaliter quælibet diſpoſitio recipit diſpoſitionem à conſuetudine, ut eſt dictum Inn.in cap. olim.de verb.ſig. & ſequitur Abb.in c.certificari.de ſepul.cum ſim.ut latè congerit Felin.in ca. cum M. col.3.& 4.de conſtit.

11 Et prius Alex.in l.huiuſmodi.in prin.de leg. j.& in cõſ.27.in cauſa & lite.lib.2.in cõſ. 107.pro inueſtigatione.col.pen.eod.lib.2.& in conſ.37.viſo dicto inſtrumẽto, col.2.lib.1.Et do.And.Sicu. in c.quo ad translationem.char.3.de of.leg.& in conſ. 5. col. pe. lib.1.& in conſ.7.col.9.& in conſ.14. col. pen. & in conſ.37.col.5.in conſ. 51.col.3.in 2.lib. Et adde tex. in l.item corum.§.decuriones.ibi ſecundum cõſuetudinem locorum.& idem not.tradit Bar. in l.Paulus.la.1.in prin.ſup.de ſol.& not.Ang.in conſ.85.ex themate.Bald.in l.ita demum.§.fi.ſup.de arb.in l.ſi certis annis.col.3.uerſ.credo autẽ col. fi. C.de pact. Rom.in conſ.94.viſis his.col.fi.& Ang.in conſ. 184. ex forma & ſerie.col.1.in fi.ubi alle.tex.noſtrũ hic, &

a Conſuetas. Vide Paul.de Caſt. in l.1. ff.de iur. omn.iud.& latiſſimè per Ale. in l.ſi finita.de dã. infect. Barb. in conſ.9. col.pe.in 4.vol & Iaſ in l. Gallus. §. idem credendum. de libe.& poſthu & D.Phil.in c.cum M. hic allegato. col. 2. in 5. not. H.C.

& Bald.in conf.196.tres sententiæ. lib. 1. Cuma. in conf.2.proponitur.col.2.& Soc.in conf.94.præstantissimi.col.3.

12 Ex prædictis infertur,quòd † clasula codicillaris videatur apposita de uoluntate testatoris, ex quo cõsuetum est quòd opponatur contra Bar. in l.1.in 6.q.sup.de iu.cod.ita And.Sicu.cõcludit in d.c.quo ad translationem.de of. deleg.& Alex.in conf.1.col. 9.in prin. lib.5.& facit quod not Bal. in l.1. col.fin. sup.sol.ma.in ver.sed ponamus contrahentes.ubi dicit, ꝙ notarius potest instrumento dotis apponere hypothecam, de qua contrahentes nihil dixerunt, quia uidetur rogatus, ut apponat clausulas quæ sunt de natura contractus.

12 Et pari ratione uidetur,quod † pęna apponi possit in contractu:quia consuetum est,quod pro obseruatione contractus pœna apponatur.

a Contrarium *a* tamen decidit Bald.in l.si duo patroni. §. si quis iurauerit.de iureiur. in princ. in uers. non tamen præsumam pœnam. ubi dicit, quòd pœna non præsumitur etiam sub dictione, &c.quia non est vniformis.& Soc.sequitur in l.Gallus.§.item credendum. col. secunda. de lib.& posthum. adde quòd contrarium Ang.dicit in l.2. sup. de iurisdict.omnium iud.in prin.vers.potest & aliter exẽplificari. ubi inquit,quod ille qui habet potestatem uendendi bona fiscalia, potest opponere omnia pacta pęnalia secundum mores regionis, & idem Abbas dicit in c. secundo, de precar. ubi loquitur in mandato ad pacem faciendam.Et hæc potest procedere quando esset consuetudo uniformis circa pœnam.

a Contrarium, & bene facit supra eo. l. contractus.nu. 15.

13 † Et pari ratione idem uidetur quòd ratione consuetudinis apponi possit in contractu.

Sed non est uerum: quia iuramentum requirit formalitatẽ uerborum,& specificam expresſionẽ, vt not. post Ant.de But.in c.pen.de iureiur. & prosequitur Soc.in d.§.idem credendum.

Et in pari ratione idē uidetur, quòd ratione cōsuetudinis in contractu venditionis opponi possit cōstitutum. Sed contrarium in hoc Alex. concludit in cons. 18. viso & præhabito lib. 2.

Et in effectu videtur, quòd supradicta intelligantur in his, quæ sunt de natura cōtractus: secus uidetur in alijs. vt not. Alex. in cōs. præalleg. vnde in substantialib. non fit supplementum à consuetudine: ut no. Io. And. in tit. instr. edi. §. instrumentū col. 3. vers. quòd si à contractibus. & Ang. in l. licet. C. loca.

14 Et vlterius notandum est, † quòd illa facultas extendendi contractum secundum consuetudinem loci, habet locū in notario qui rogatus fuit. Secus *a* est in eo cui alterius rogitus committuntur, quia ille nihil potest exprimere, nec declarare: cū officiū eius sit transcribere, & nō addere, nec interpretari: vt not. Bal. dicit in rub. C. de fide instru. in col. 6. ver. quarto quæritur. Quod tamen non uidetur procedere sine dubio: quia ista interpretatio quæ fundatur in consuetudine non adhæret personę notarij, qui rogatus fuit: & ideo uidetur quòd etiā per aliū notariū fieri possit: *b* ex eo quod not. Bar. in l. argentarius. in princ. sup. de edend. & Alex. ibi specialiter hoc dicit.

a Secus. Idem Alex. consi. 163. colum. fi. lib. 7. Hippol. Marsil. sing. 123. Dec. l. ut liberis. col. 3. C. de collat.

b Fieri possit. Vide latissime per D. Bart. in cons. 9. in pen. col. in 4. uol. & Ias. in l. Gallus. §. idem credendum. de libe. & posthum. H. C.

Vltimo notandum est ad supradicta, ꝙ ista consuetudo interpretatiuè nō requiritur, ꝙ scripta sit: ut not. Aret. in cons. 12. procedendum. & in d. c. cū M. ubi all. Ant. de But. qui hoc dicit in c. fin. de consuet. in 5. char. in vers. ex his dicit Nicolaus de Mata. Et idem Alexan. in cons. 107. pro inuestigatione. col. penul. l. 2.

IN L. NIHIL TAM NATVRALE.

Argumenta.

† 1 *Cōsensus in dissoluēdo requiritur, cuius & in cōtrahēdo.*

2 *Testes tot in reprobando testamento requiruntur, quot in probando.*

3 *Solutio debiti, si citra instrumentū probari nequeat, nec ipsum debitum.*

4 *Dona-*

4 *Donatio hodie fieri potest pacto nudo.*
5 *Actus si quid cum fit, requirit, idem cum dissoluitur necessario exigit.*
6 *Testamentum primum ad pias causas factum coram septem testibus, an tollatur per secundum coram duobus factum.*
7 *Spiritualia facilius constituuntur, quàm destruantur.*
8 *Matrimonium facilius contrahitur, quàm dissoluatur.*

REGVLA XXXV.

NIHIL tam naturale est, quàm eodem genere quodque dissoluere, quo colligatum est. Ideoque verborum oblig. verbis tollitur: nudi consensus obligatio contrario consensu dissoluitur.

ISTA regula etiam habetur in c. 1. extra eo. ti. a vbi dicitur, ꝙ omnis res *a*. per quascunque causas nascitur per easdem dissoluitur. facit tex. in §. fi, instit. quib. mod. tol. obl. & in l. 1. C. quan. lic. ab emp. disce. & in l. prout quisque sup. de sol.

1 Et ideo † cuius consensus in contrahendo requiritur, eiusdem etiam in dissoluẽdo interuenire de- b bet *b* auth. contra si filij. C. de repud. in fi. & ibi Bar.

2 † Et quot testes requiruntur in probando testamentum, pariter tot requiruntur in reuocatione testamenti: vt not. per glo. in l. cum proponeretur, de leg. 2. vnde si ex forma statuti legatũ potest probari duob. testib. eodem modo reuocatio legati poterit duob. testib. probari, vt not. Bal. in l. fin. col. fi. vers. ex hoc infero. C. de fideicom. & sicut collatio beneficij põt probari testib. pariter renunciatio be- c neficij testib. probari poterit *c* vt not. Bald. in l. 2. in fi. de rest. spol.

3 † Et si solutio debiti non potest probari nisi per instr̃m ex forma statuti pariter idem erit in contrario, videlicet in debito qđ nõ poterit testib. ꝓbari, secundum Pet. de Anch. in consi. 331. in quæstione.

a Rer. Vide Ias. in l. quemadmodum. de acquir. poss. & in 2. not. & Bar. in l actor supra rem rat. hab. pen. col. & sas. l. 1. C. quando non pet. par. col. 5, uers. quinto no. &c. H. C.

b Debet. Hipp. Marsi. sing. 669.

c Poterit. Dec. l. cum postea quam. in fin C. de pact.

Et si cōtractus est bonæfidei,& pariter distractus erit bonæfidei.l.ab emptione. vbi Bar. sup. de pact. Et sicut hodie † pacto nudo donatio fieri potest.l.si quis argentum.C.don.sic etiam nudo pacto resolui potest, ut no.per glo.& Doct.in d.l. ab emptione. 4

Et sicut pignus solo consensu cōtrahitur.l.j. sup. de pig.act.ita etiam solo consensu resoluitur.l.pen. C.de pig.no.pen.gl.in l.si tibi.§.de pig. sup.de pact.

Et si tenuta data fuit de facto parte non citata, pariter non citata parte potest reuocari,ut no. Bar. in l.pacto quo pœnam.C. de pac. facit quod no.per glo.in l.minor.in uerf. Seius sup. de euic. cum sim. ut tradit Alexand. *a* in d. l. si pacto quo pœnam.in ult.no. a

a Alex. consi.5. colum. 1. lib. 2. Hippol. Marsil. sing.195. singul. 320.

†Et omniā supradicta procedunt quando in cōficiendo actū de necessitate aliquid requiritur. *b* nā tunc etiam in reuocatione illud adhiberi debet.Secus si ultra necessitatē ex abundanti aliqua solennitas adhibita sit:quia tunc illa solennitas non est necessaria in reuocatione, vt no.declarat Bar. in l.hæredes palàm.§. si quis post.sup. de testa.ubi inquit, ꝙ dum ibi dicitur, quod in mutatione testamenti omnia ex integro faciēda sunt, intelligitur omnia quæ de necessitate fieri debuerint. Quid enim si in primo testamento fuerunt decem testes?nam satis erit reuocare testamentum coram septem. Et ideo consuluit Pau.de Cast.in cons.262.dubium facit in supradicto puncto, ꝙ † primū testm̄ ad pias causas factum coram septem testib. tollatur per secundū factum coram duobus testib.Et sequitur Alex. in l. hac consultissima.§.si quis autem.col.fi.per l.2.sup. de iniust.rup.test. Et idem Alex.concludit in consi. 146.uiso themate.col.fi.lib.2. quia non sunt in consideratione quę abundat.l.3.C.de test.& idem Alex. in cons. 106. viso & diligenter cōsiderato themate. col.2.uers.5. adduco quod dicit do. Ant.in 4.lib. & idem And.Sicul.in cons.43.col.4.lib.3 5 b 6

b Requiritur. Vide Iason post Bal.& Mod.in l. siue apud acta. C. de transact. col. 2. & eundē post Bart. in l. si unus. §. pactus. 8. col. de pact. & in l. more de acq. hære. & in l. ꝙ iussit, col. 3. uersicu.secundo. principaliter no. de re iud.

†Item ista regula non habet locū in spiritualib. 7

quę

quæ facilius constituũtur quàm destruantur. & dicit tex. in cap. inter corporalia. in prin. de trãsla. præ lu. vnde & dicitur, solus episcopus honorem dare potest: solus auferre non potest.

8 † Et ideo matrimonium facilius contrahitur, quam dissoluatur, ut dicit tex. in l. cõsensu. in prin. C. de repud. nam solo consensu contrahitur. ca. cum locum de sponsa. l. sufficit. 27. q. 2. cum sim. vt supra dictum fuit in regula, nuptias. supra eo. & tamen solo consensu dissolui non potest, immo nullo modo: quia quos Deus coniũxit, homo non separet. c. 2. de transla, prę la. cap. an quod 24. q. 2. & in cap. ex parte. de conuer. coniug.

Et idem est in baptismo & in ordine, ut nota. per gl. in cap. 1. de reg. iur. quia in istis in quibus imprimitur character spiritualis, contrarius actus ꝓprie interuenire non potest, ut Abb. dicit in d. c. 1. sicut in virginitate, quæ semel amissa recuperari non potest: ut dictum est supra, in reg. verum. supra eo.

IN L. CVLPA EST.
Argumenta.

1 *Assessor se peritum asserens, de imperitia tenetur.*

2 *Officialis, quæ ad alterius spectant officium attentare non debet.*

3 *Procurator vel negotiorum gestor quare non dicatur facere quæ ad se pertinent.*

REGVLA XXXI.

CVLPA est, immiscere se rei ad se non pertinenti.

SIMILIS regula habetur eod. tit. in 6. in regula, non est sine culpa. *a* † Et exemplificari potest in assessore qui videtur asserere se peritum, iõ propter imperitiam tenetur l. 2. §. quod quisque iuris. Et pari rõne medico imperitia imputatr̃, l. illicitas §. sicuti. ff. de offi. præsi. Deliquit enim quis officiũ alterius

a Culpa. Vbi uideas plura exẽpla per Dyn. & latissime per eius add. & per Io. And. in mercur. ubi ponit q. an testis qui non iuratus se immiscuit ferẽdo testimoniũ, & falsum dixit, quod teneatur pœna falsi. H.C.

alterius vsurpando cap. tua nos de homic. ideo debet quis abstinere ab officio, cuius se idoneum non esse cognoscit ca. non punienda. §. fi. 1. qō. 1. & facit tex. in l. doli mali. §. fin. supra de noua. vbi quis non debet esse curiosus. de reb. alien.

† Et vnus officialis nō debet se de officio alterius intromittere, vt no. Bar. per illum tex. in l. prouincijs. C. de nu. actuar. & chartul. lib. 12. & not. Bal. in l. repetita. C. de episc. & cler. cum sim. vt tradit And. Sicu. in cons. 45. col. 3. lib. 3. 2

Et verbū illud, ad se nō pertinenti, non tollit contraria, de quibus glo. opponit: quia verbum pertinere, latam habet significationem l. uerbum pertinere. de verb. sign.

† Vnde illud quod quis facit tanquam negotiorum gestor, uel procurator, uel intuitu pietatis dicitur ad eū pertinere, quia facultas sibi datur a iure: ideo pertinet ratione officij, vt in tutore & procuratore, & ratione amicitiæ, ut in eū qui alterius negocia gerit, uel ratione humanitatis. l. non tantum. ff. de appel. Nam hominem affici beneficio hominis interest. l. seruus ea lege. supra de ser. expor. & no. per Dyn. in d. reg. non est sine culpa. & ibi prosequitur an quis teneatur alium defendere. de quo dixi in cap. 1. de offic. deleg. 3

a Noto. Caue, quia Haloāder legit: nemo qui condemnare potest, absoluere potest, quod de se magis arridet, & congruit cū l. qui condemnare. ff. de re iud. tamē omnes codices habent, ut hic legit Dec. & omnes ita legunt: non ausus sum mutare.

IN L. NEMO QVI.

Argumenta.

1 *Absoluere nequit, qui damnare non potuit.*

2 *Absoluere quādo possit, qui damnare nequiuit, et nu. 3.*

3 *Absoluere qui potest ex priuilegio, non statim damnare poterit.*

REGVLA XXXVII.

NEMO qui condemnare non potest, absoluere potest.

NOTO *a* regulam negatiuam † quòd qui non potest condēnare, non potest absoluere, & isto modo 1

modo arguit Iuriſconſultus in l.ſolent.in prin. ſupra de offi.procon.& lega. Et ibi Bald.in 2. not. dicit, ꝙ qui nō poteſt condemnare condemnando, nō poteſt abſoluere abſoluendo. Et a contrario ſenſu, qui poteſt condemnare, poteſt abſoluere, ut dicitur in l.quia condemnare. ſupra de re iudic.

2 †Et regula noſtra hic bene procedit, quando quis non poteſt condemnare ex defectu iuriſdictionis. Secus ſi non poſſit condemnare ex priuilegio perſonę, quia tunc abſoluere poteſt. l.quoties. C. vbi ſenat. uel clariſ.& Bal.ibi rationem adducit: quia priuilegium non debet nocere priuilegiato.

3 Secundo † fallit in materia correctoria. *a* quia ſi tollitur poteſtas condemnandi, non videtur ademta poteſtas abſoluendi. glo.no. in cle. 1. in uerſ.contra eos.de hære.quam ibi Card.Imo.& Abb.ſequuntur, licet Socin. & Aret.in rub.de acq.poſ. uideātur illam impugnare.

a Correctoria: Vide latiſſime Iaſ.in l. qui condemnare. de re iudica. in prin. 2.col. uer. ultra ſcribentes,&c.& in prin.l. ubi ponit plura exempla ad regulam noſtram.

Sed pro illa facit, quia abſolutio fauorabilior eſt l.fauorabiliores.infra.eod.l.cum Arrianus.ſupra de actio.& oblig.

Vnde licet tollatur poteſtas condemnandi, non videtur eadem ratio, ꝙ tollatur poteſtas abſoluendi. Et ad hoc facit, quia licet abſens non poſſit condemnari l.abſentem.ff. de pœnis l. abſentem. C. de accuſa. Si tamen de innocentia cōſtat, abſens abſolui poteſt, quia officium iudicis magis exuberat in abſoluendo, ut no.Anto.de But. poſt Io. And.in c. veniens.de accuſa. & Bart.Veronen.in conſi. 41. incip.licet inuitus.col.fi.

4 Et pari ratione videmus † quòd ille qui habet poteſtatem abſoluēdi ex priuilegio, nō habet poteſtatem condemnandi: ut no.Io.And.in c.canonica. de ſenten.excommu. Domini.in d. cap. cum inferior. 21.diſt.Felin. *b* in c.non poteſt.in prin.de re iud.

Et ſecūdū ſuperius dicta, regula hic declaratur. qui dum hic dicitur, quòd qui non pōt condemnare, nō poteſt abſoluere, procedit vbi ſit eadē ratio: prout

b Felyn. Quem uide ubi ponit tres fallētias ad reg.noſtram.

prout est quando est defectus iurisdictionis, quia tūc qua ratione non potest condemnare ex defectu iurisdictionis, pari ratione nō potest absoluere: q.a absoluere & condemnare sunt in eadem specie iurisdictionis: ut not. Bald. in l. imperium. col. 3. uer. circa tertium punctum. supra de iurisd. omn. iud. alleg. text. in l. solent. Et ideo præscripta potestate absoluēdi, est præscripta potestas condemnandi, secundùm Inno. in c. dilecto. de offic. archid. sequitur Bald. in l. imperium. col. 4. uer. circa ultimum, quia sunt eiusdem speciei, ut dictum est.

Secus ubi potestas condemnandi tollitur in priuilegium, & potestas absoluendi datur in priuilegiū: quia tunc nō est eadem ratio, quòd sicut potest absoluere, quòd posit condemnare: uel si nō potest condemnare, nō potest absoluere, quia priuilegiū noceret priuilegiato, ut dicit Bald. in d. l. quoties. Et quia inducta in fauorem resultarent in odium, contra l. quod fauore. C. de legib.

Et ideo in casu glo. in d. 1. de hæret. considerandum est, quòd dum ibi dicitur in tex. quòd tollitur potestas condemnandi. glo. dicit, quòd remanet potestas absoluendi, quia non mutatur ibi, episcopus habebat potestatem condemnandi id est absoluendi.

Si ergo tollitur potestas condemnandi, remanet potestas absoluendi, quia illa potestas condēnandi quæ tollitur, respicit fauorem rei ut condemnari non posit: unde non extendatur ut absolui non posit, quia non est eadem ratio. Et tali casu glo. bene dicit.

Si uero ibi sublata esset potestas absoluēdi, an remaneret potestas condemnandi? gl. ibi sentit, q̄ sic, attenta ratione sua, quia mutatio fuit limitata.

Et hoc non uidetur uerum, quia si tollitur potestas absoluēdi, uidetur tolli potestas condemnādi, quia eadē ratio uidetur in utroque per supradicta.

Et isto casu potest saluari opinio Pet. de Anchar. qui

qui tenet contra illam gloss.in d.clem.1. & Aret. & Soc.in rub.de acq.poss.

IN L. SICVTI POENA.

Argumenta.

1 *Hæres nec ex delicto defuncti potest lucrari, nec pœna teneri.*
2 *Pupillus nec lucrari, nec obligari potest, citra tutoris autoritatem.*
3 *Ecclesia in eo, in quo fit locupletior, teneri potest.*
4 *Possessor bonæfidei non ad damni æstimationem, sed quo locupletior factus est, teneatur.*

REGVLA XXXVIII.

SICVT I pœna ex delicto defuncti hæres teneri non debet: ita nec lucrũ facere, si quid ex ea re ad eũ peruenisset.

1 NOTA quòd sicut † hæres non obligatur ad pœnam ex delicto defuncti, ita pariter ex delicto defuncti lucrari nõ debet, & ideo teneatur de eo quod ad eum peruenit, ut hic. & in l.in heredem.supra de calum.& in l.heredem.sup ra de dolo. cũ sim. alleg. in glo.hic.& ad idem text.in l.quod diximus. §. fin. in l.quod autem supra.quod met.cau.in l.1.§.fi. supra de vi & vi arma. in l. vi pulsos. C. vnde ui. l.3.§. ex re furtiua.ff.de pecul.in l.si cum exceptione. §.Pedius.cum simil.ibi in glo.alleg.ff.quod met.caus.
2 Similiter est in pupillo, † qui sicut nõ obligatur absq; autoritate tutoris, ita pariter lucrari nõ dẽt, vnde tenetur de eo quod ad eum peruenit. l. 2. §. si usu.c.ꝓ emptore.& in §.finaũt.insti.quib.alien.lic.
3 Idem est † in ecclesia, quæ tenetur in eo in quo fit locupletior, vt not.per gl.& Bart.in auth.qui res. C. de sacrosanc. eccle.Bal. in l.iubemus.§.sane prin. de sacrosanc.eccle.in l.si prædium.in prin.C. de prædijs minoꝝ.Abb.in c.si quis presbiterorum.in fin. de

reb.

reb.ecclesi.non alien. Alex.in cons. 4. uiso processu. col. 1. in fi. lib. 4. And. Sicul. in consi. 40. col. 10. lib. 1.

Idē est in bonæ fidei possessore, † qui nō tenetur 4 ad æstimationem damni, sed duntaxat in eo quod sit locupletior. l. item veniunt. §. eos autem l. sed & si lege. §. consulit. supra de peti. hære. & facit text. in l. idemque. §. si mandauero. supra mand. ubi quis non debet lucrari ex actu pro quo ad damnū noluit obligari. Et in notab. quęstio. tradit Bart. in l. quia poterat. supra ad Treb. ubi in fi. concludit, q̃ socius non debet aliquid lucrari ex negotio pro quo noluit ad periculum teneri, cum simil. ut tradit Alex. in vlt. not. Et Ang. Aret. in §. illud. in fi. institu. p̄ socio. Adde tñ, q̃ quādoque quis lucratur ex actu pro quo damno nō tenetur, ut est. text. in l. si negotia. ff. de nego gest. & illud contingit propter culpā eius qui negotia insolita aggreditur, ut ibi habetur. Et ad supradicta faciunt quæ dicta sunt. in l. secundū naturam. supra eo. tit.

IN L. IN OMNIBVS

Argumenta.

1 *Factū reputatur, quod metus causa fuit ne efficeretur.*

2 *Metus iustus quis, & quare dicatur.*

3 *Metus minor in muliere quàm in masculo attenditur.*

4 *Timor iustus putatur, quod ex præcepto regis oritur.*

5 *Metus iustus incutitur, quum regius officialis alicui minatur.*

6 *Metus iustus etiam dicitur, quod ab excommunicatione infertur.*

7 *Metus indicijs probatur & præsumptionibus.*

8 *Metus facilius probatur duobus testibus, quam libera voluntas centum testibus.*

9 *Metus non præsumitur, si in conspectu iudicis quid efficiatur.*

10 *Testibus affirmantibus plus creditur, quam negātibus.*

11 *Metus etiam iuramento probari potest.*

12 *Protestatio an in metu sit necessaria.*

13 *Protestatio clandestinè facta quando prosit.*
14 *Metus libera superueniente uoluntate purgari potest.*
15 *Vxor consentiens marito contrahenti, metu acta creditur.*

REGVLA XXXIX.

IN omnibus causis pro facto accipitur id in quo quis alium perhorrescit quo minus fiat.

1 NOTA quòd † pro facto habetur illud quod factum non fuit propter metum. ad idem text. in l. j. si propter met. iu. non app.

Et notatur per glo. hic. & adde tex. in c. fin. de ap- pel. Et ad declarationem istius regulæ primo uidẽdum est qualis metus requiratur.

Secundò, qualiter metus probetur.

Tertio, an protestatio necessaria sit, & qualiter fieri debeat.

Quarto, quando metus purgari uideatur.

2 † Circa primum, metus debet esse iustus, ut dicitur in c. fi. de app. & nõ intelligitur iustus, ita quòd iustè inferatur, quia pro tali metu iustè illato quis conqueri non potest. l. si mulier. in princ. ubi Bar. supra quod met. cau. no. per glo. in l. qui aliena. §. fin. in uer. non fieri. in fin. C. de acq. hæred. cum sim. ius tradit Alex. post Pau. de Cast. in l. cum aliquis. C. de iure deli. & dixi in d. c. fin. de appel. Sed a iustus *a* metus intelligitur quòd sit probabilis & non uanus, & Abb. dicit post Io. And. in d. c. fi. quia uani timoris nulla est excusatio. ut in reg. uani timoris. j. eo. in l. metum autem. supra quod met. caus. Et ideo requiritur metus mortis uel cruciatus corporis. l. continet. supra quod metus causa l. interposita. C. de trans.

Et generaliter debet esse talis metus qui cadat in constantem uirum ca. cum dilectus. quod met. caus. in c. ueniens. & in cap. cõsolationi. de sponsa. Et licet text. in l. metum autem. dicat de homine cõstantis-

a Iustus. Adde ꝙ iustus metus dr̃, qui ex factis & nõ ex verbis infertur. Bald. in l. metum. ꝑ illũ text. quod met. causa. sed tu vide Bart. & Ang. in l. ad inuidiã. C. ꝙ met. causa. vbi dicũt, quod ẽt ex verbis infertur iustus metus. & per Cano. in c. causam matrimonij. de offic. deleg. H. C.

simo,

ſimo illud ſuperlatiuum pro poſitiuo ponitur. ut no.Abb.in cap.cum dilectus.in ſecundo no.

Et aduertendũ eſt in iuribus præallegatis quaſi eſſet homo qui etiam ex leui metu terretur,licet nõ caderet in conſtantem uirum:uidetur tamen ꝙ inſpecta qualitate perſonæ deberet excuſari.arg.l.ple num.§.equitij.ſupra de uſu & hab. Et ad hoc facit glo.not.in c.quod locum.de ſponſa.quę dicit,quod † minor metus conſideratur in muliere,*a* quàm in maſculo.Et ſic uidetur quòd metus debeat conſiderari ſecundum conditionem perſonæ.Et no.hoc In no.in d.c.cum dilectus.col.pen.uer.aduerte tamen. & facit quod no.per gl.in l.1.C.vnde vi. 3 a

Non obſtant iura ſupra alleg. in quibus conſideratur metus, qui cadat in conſtantem virum: quia locum habent quantum ad probationem & ad fundandum intentionem eius qui allegauit metum,quia ex leui metu quis excuſari non uidetur,nec coactus prę ſumitur.l. non eſt veriſimile.in prin.ſupra quod met.cau. Sed tamen quando conſtaret aliquem feciſſe uel non feciſſe aliquid propter metum etiam leuem,idem eſſet dicendum propter qualitatem perſonæ:quia eadem ratio uidetur:ut ſupra dictum eſt de muliere,& dixi in d.c. fin.quod metus cauſa.

Et ex prædictis,infertur,quod præceptum † regis ſit iuſta cauſa timoris.*b* ut not.per glo.in c.conuenior.in uerbo.mouere.23.q.8. 4 b

Contrarium tenet glo.per illum tex.in c.fi.in verbo,metu regio.qui cler.uel uouentes. Et concluſio breuiter eſt,quòd ſi præceptum comminatoriũ ſit, iniuſtum metum inducat,ſaltem quãdo eſt ſolitus ſæuire contra inobedientes.ut not.Abb. poſt Ioan. And.in d.c.fin.qui cler.uel uouentes.cum ſimil. tradit Ale.in conſ.16.ponderatis narratis, in themate, col.pen.lib.3.& Petr.de Anch.in conſ.290 aliàs 300. uiſa ſupradicta facti narratione. ubi loquitur de præcepto domini Otthonis, qui erat dom. Parmæ.

Et

Et Ang. in conſ.225.thema tale propoſitum eſt. col. fi. & Dominic. in conſ. 15. ſuper 1.dubio in 2.dubio.

a 5 † Sic etiam in officiali *a* præceptum comminatorium iuſtum metum inducit, ſaltem quādo conſueuit facere illud quod dicit. ut no. Bar. in l.metū. C. quod met.cau.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori. col. 1.uer.5.quæro ſupra de oper.noui.nunt.in l. 3. ſupra ex quib.cau.maio.Abb.poſt alios in d. cap. fi. de app. Eodem modo præceptum pœnale ciuitatis iuſtum metum facit: ut no.Bart.in l.creditor. in fi. ſupra de ſolu.Bal.in l.falſus.in fi.C.de fur.in l. omnē.in fi.C.ad Tertul. Abb.in conſ.60.quoniam ſatis. col.2.lib.1.And.Sicul.in conſi.42.col.3.lib.1.

a Officiali. Vide Bald. in ſua Marg. in verſic. ap.in vet.46.

6 Et ad ſupradicta notandum eſt, quòd timor excommunicationis iuſtum metum facit, ut not.per glo.in ca.cum olim.el'3.in glo.fi.de reſti.ſpol.& latè tradit And.Sicul.in conſ.30.bene enim cuncta geruntur.lib.3.

Venio ad ſecundū, qualiter metus probetur. Et 7 ex ſupradictis aliqualiter colligitur. † Et generaliter concludēdum eſt quòd probatur ex indicijs & præ b ſumptionibus. *b* Et ideo totum hoc arbitrio iudicis relinquitur, ut no.Bald.in l.ſi quis nec genus. C. de epiſc.& cle.ver.adde.tamen vnum.& idem Bal.in cōſi.26.punctus.lib.3.Pe.de Anch.in conſi. 290. ſupra alleg.Bar.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi Prætori. in 8. q.ſup.de oper.noui.nun.Alex.in conſ.48.qm̄ per excellentiſſimum. lib.4. Et quòd ſi uerum quòd ſit in arbitrio iudicis, probatur in l. tertia ſupra ex quibus cau.ma.ibi huius rei. acquiſitio iudicis eſt not.per gloſſ.Innocen.& Doct.in cap. cum dilectis. in verbo, mortis.quod metus cauſa. & Bald. poſt gloſſ.in l.interpoſitas in verſi. ciuitatum.C.de tran c ſact.& idem Bald.*c* in l.ſecunda. C.de his qui propter meum iud.non appel. & in conſilio. 364. quia quæſt.lib.3.

b Et præſumptionibus. Adde Bal in l.interpoſitas.C.de tranſac Ange. in l.1. §. quæ onerādę. ff quarum rerū actio nō datur. probatur etiam probando potentiam & malam conſuet.alicuius Bar.in l.1. ſupra quod ui aut clā. Abb.c.fi.de app. metus probatur per duos teſtes. ita Bald.in l.noſtram. C.de teſt. & vide Iaſ. in l. interpoſitas. C.de tranſact. vbi ponit requiſita ad probationē metus.H.C.

c Bald. & idem B l.in c.item ſacramenta de pace iur.fir.

8 Et in iſta probatione metus notandum eſt, † q plus

plus creditur duobus testibus deponentibus de metu *a* & violentia, quàm centum deponentibus de libera voluntate. vt no. dicit Inno. in c. super. col. 1. de renun. sequitur Bal. in cõsilio schismatis. col. 7. in l. obseruare. §. proficisci. in 13. q. supra de offic. procõsul. & leg. Ang. in l. 1. in fin supra quod met. cau. in l. si quis à se fundũ. C. unde ui. & Abb. in ca. 1. quod me. cau. ubi rationem adducit: quia deponentes de metu attestantur de minis, uel tormẽtis. & similib. quæ sensu corporis percipiuntur. Sed alij deponũt simpliciter de uolũtate secreta. Et fuit ista rõ Inno. in d. c. super hoc. & idem tradit Alex. in consi. 157. vi so processu. in prin. lib. 5. & And. Sicul. in cons. 55. col. 1. lib. 1. & in consi. 61. col. 6. eod. lib. 1. in cons. 70. col. 6. lib. 2. & ista cõclusio procedit nisi alia pręsumptio sit in contrariũ: ut no. Ang. in l. fi. supra quod met. causa.

9 † Et hoc potest exemplificari quando actus esset factus in præsentia iudicis, quo casu metus non præsumitur: vt not. Bart. & Doctores in l. transactiones. C. de transact. Idem Bart. in l. 1. de pręd ijs curialib. 10. Et ex hac ratione inferendum videtur, ꝙ data paritate terminorum non sit differentia: quia pariter videtur credendum testibus deponentibus de libera voluntate, sicut de metu. Cum enim vtroq; casu agatur de probando voluntatem alterius quæ nobis occulta est, de illa præcise non possunt testes deponere. Sed in probando metum arguitur ex medijs extrinsecis. puta ex cruciatu, vel minis, quæ bene cadunt in sensum testium. Et idẽ videtur dicendum in probando media, ex quibus libera voluntas arguitur. puta quòd factum sit in pręsentia iudicis. Nã pari modo testes de hoc deponere possunt: ideo cæteris paribus non videtur differentia: & hoc tenet dom. Sign. de Mediolano in consil. 79. in quæstione uertente. in fin. & in simili facit

10 † quia plus creditur duobus *b* testibus affirmantibus quam pluribus negantibus: ut per glo. in l. diẽ proferre. §. si plures. supra de arbit. Nam hoc intelligitur

a Metu Ias. Dec. in l. interpositas C. de transf. Dec. c. fi. in fi. de app.

b Duobus. Cur. tract. de testibus concl 2. Corset. sing. versi. testis. Dec. consil. 534. in fine. limitat Mars. sing. 541. Adde Nic. Boer. dec. cap. nu. 3.

gitur quando deponunt super negatiuam simpliciter. quæ improbabilis est. cap. quoniam contra. de probat. c. bonæ elect. Secus si negatiua coarctata sit loco & tempore: quia tunc ita creditur negantibus, sicut affirmantibus, ut declarat Barto. in l. actor. col. antepen. uers. item ex delictis. C. de probat.

11 Vltimò notandum est, † quòd metus in uno casu per solum iuramentum probari potest, ut habetur in c. statutum. §. cum uerò. de rescriptis in sextò.

Tertiò quæritur, an requiratur protestatio. glo. hic cōcludit quòd sic. idem gl. in c. fin. de appel. l. 2. C. de his qui propter met. iudic. non app. & per illū tex. in d. c. fi. ut enim apparet stetisse per iudicem, & non per partem, protestatio vtilis est & necessaria: vt Bal. dicit in l. properandū. §. sinautē. uers. quærit hic glo. C. de iudic. & not. glo. in c. cupientes. §. quòd si per viginti. in verb. propositæ. de elect. in 6. quam not. ibi Domi. dicens, quod impeditus facere actū in termino statuto, non excusatur, nisi protestatur. Et per hoc dicit Ioan. de Imo. prout Domin. refert, se obtinuisse in quadā causa appellationis, in qua nō poterat haberi copia iudicis, pars quæ permisit labi tēpus absque protestatione, pro illa negligētia, in non protestādo succubuit. & sequitur Alex. in d. §. sinautē utraque, & in l. pupillo. §. si quis ipse prætorij col. 4. ff. de operis noui nuntia. & in consi. 155. viso processu causarum. col. fin. lib. 2.

12 † Sed tamen ut dixi in d. c. fi. de appel. aduertēdū est, quia generaliter uidetur ꝙ tali casu protestatio non sit præcise necessaria, quia sicut in alijs casibus sufficit probare metum simpliciter, ita in casu isto, vī, ꝙ excusatus sit iste qui nō appellauit, dummodo metus probetur. Bene verum est, quòd probatio metus ex tali probatione coadiuuetur, vt dicit Ioan. And. in d. c. fin. de appel. per ca. 1. quod metus causa. Nam non præsumitur stare per iudicem nisi probe

tur.ut no. Bar.in l.damni infectis.§.Sabin.in fin. supra de dam.infec.Et quod protestatio non sit necessaria.expresse sentit Bart.in l.2.§.quod diximus. supra si quis caut.dum inquit:hoc esse de consuetudine.& ibi expresse hoc dicit Alex.& idem Paul. de Cast.in consi.21.in causa desertionis col. antepenuer.nec obstare uidetur. Et idem Aret.in cons.153. uerum est quod Comicus col.3.Abb. post Innoc.in c.ex transmissa.de præscrip. & in c. 1. quod metus causa in gl. & idem Alex.in l.qui aliena. §. fi.col. 3: de acq.hæred.& est gl.1.cap.1.quod metus causa.& in c.notarius. 31.q. 2. & ista allegaui in d. cap. fin. quod met.cau.quæ postea Ias.peculiari more vsurpauit.in d.l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.ubi ipse in vltima eius ætate scripsit.& prius habent scripta mea de app.Non obst.iura quæ videntur protestationem requirere.d. l. 2. C. de his qui propter met. & in d. cap. fi. de appel. & in simili in l. 2. supra de nau. fœno. in l. fin. de lege commis.quia in illis casibus uidetur, quòd sola protestatione metus probetur, quia illa iura nihil aliud videntur requirere,& si non esset facta protestatio non negãt illa iura quin probato metu absque protestatione quis excusetur.

Et notandum est,†quòd talis protestatio si clandestine facta sit,prodest,ut tex.in c.1.qđ met. caus. 13
Et hoc procedit respectu eius qui infert metum coram quo quis non audet protestari,ut no.ibi in gl. in d.c.1.& in c.cum M.col.5.de consti.Bar.in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori,in 9.q.de noui.ope.nun. Bald.in l.si repetendi.in fin.C. de condict. ob caus. Secus est in præiudiciũ tertij,quia protestatio clandestina illi tertio non præiudicat,ut not.Bart.in l. qui aliena.§.Celsus in fi.supra de acq. hære. & Bal. in l.clari.in fi.C.de fideic. & in notabili quæstione tradit Alex.in cõsi.16.põderatis narratis col. pe.lib. 3.concludit, quod protestatio clandestina facta a patrono de non præsentando alium,& quòd si præ

sentaret

ſentaret quod faceret per metum, talis proteſtatio non nocet neque præiudicat illi qui poſtea præſentatus fuit, vt latius ipſe ibi proſequitur.

14 † In quarto dubio breuiter conſiderãdum eſt, ꝙ metus purgetur ex libera voluntate, quæ poſtea expreſſe vel ex aliquo actu deprehẽdatur. ut metus q̃ in promittendo interponit, tollitur & purgatur ex ſolutione quæ poſtea facta ſit l.2. quod met. cauſ. & no. Bal. in conſ. 240. donatio facta lib. 1. Alex. in conſi. 117. viſo inſtrumento. colum. 1. in fine, lib. quinto, & Domin. in conſil. 23. quia diffuſe colum. prima. Et hoc præſertim videtur procedere accedente interuallo temporis, propter quod metus purgari præſumitur, vt not. Bald. in dict. leg. ſecunda, cum ſimilibus, vbi tradit Alexan. Et iſta concluſio ſanè intelligit̃, & bene procedit ceſſante cauſa metus. Sed eadem cauſa metus durante & ſubſiſtente, a nunquam *a* etiam cum interuallo metus purgari videtur vt no. Bald. in d. l. 2. verſ. ſed quæro quem refert. & ſequitur Alexan. in conſil. 68. lib. 3. ſupra alleg. & And. Sicul. in conſi. 54. colum. 14. lib. 1. & hoc etiam probatur ex eo quod no. Cyn. in d. l. 2. col. fin. per iſtam gl. vidi ſemel, vbi dicit, quòd debitor qui fuit carceratus & coactus præſtare cautionem de ſoluendo communitati illud quod debebat creditori ſuo, licet poſtea liberatus fuit, & cum interuallo ſolutionem fecit: excuſatur tamẽ propter metũ, quia niſi ſoluiſſet, iterum ca. potuiſſet à communitate, & ſeuerius tractari. Et ſic durante cauſa metus nõ videtur purgari, & hoc idem tradit Angelus in l. qui aliena. §. Celſus, de acquiren. hæred. vbi concludit, quòd ſi ſit contractus venditionis celebratus ꝑ metum, ſi poſtea traditio rei venditæ facta ſit ex interuallo durante eadẽ cauſa metus illa traditio videtur facta per metum. & ſequitur Alex. ibi, inferendo poſt Ang. ad confeſſionem factam ex interuallo poſt torturam. Et idem comprobatur ex deciſione quam ponit Bar. in l. ob turpẽ. col. fi. ver. & adeò. in

a Nunquã Dec. conſ. 458. nu. 23. conſ 498. nu. 17. Adde Hie. Grat. conſ. 47. lib. 2.

qõne de facto supra de cond.ob turp.cau.de marito † q verberauit vxorem,q̃ nolebat consentire cuidã 15 instro,si postea ex interuallo mulier consensit, certè,dicit Bar.vr̃ cõsensisse metu mariti, q̃a donec durat matrimonium durare dr̃ metus.Et idẽ no.Abb. in c.accedens.in 3.no.de procur.vbi inquit, ille qui tenetur alicui liberalitatem restituere, non liberatur, illum relaxando simpliciter in suo territorio, quia non dr̃ esse in libertate, cum de facili retineri possit.Et not.Bart.in l.qui in carcere.supra qđ met. cau. Et idem in simili casu tradit Petr.de Anch. in cons.209.supra alleg. col.fi. & in alio simili casu de rege Cypri scribit.& Card.in cons.137.redemptoris oĩum,qui est rex regum.& Cald.in cons.1.in tit.qđ met.cau.Et Abb.per illum text. in c. accedens circa fi.de conuer.coniug.Aret.in cons.14.viso & diligenter considerato. col. 10. quod restat nunc videre de quarto dubio.Alex.in cons.1.viso processu.col. 4.li. 3,& Andr.Sicul.in cons.54.col.13.& sequ.lib.1.& in cons.vlt.col.11.lib.2.

IN L. FVRIOSI.

Argumenta.

1 *Prodigus qui vere dicendus.*

2 *Prodigus non verbis,sed factis agnoscitur.*

3 *Testes prodigum asserentes rationem assignare debent.*

4 *Prodigo non petenti datur curator.& nu.7.*

5 *Prodigus in acquirendo assimilandus est pupillo.*

6 *Prodigus in delictis nõ tolleratur,sicut in contractibus.*

REGVLA XL.

FVRIOSI vel eius cui bonis interdicitur,nulla voluntas a *est.*

a Voluntate. Furiosus tamen obligatur ex cõtractibus in quib. obligatio cõtrahitur re ipsa sine consensu. per tex. in l.furios⁹. sup. de act.& oblig.

DE furioso dictum est in regula in negotijs supra eo.Hic dicendum est de prodigo. Et de æquiparatione quæ hic facta videtur.

Nam prodigus dicitur, † qui nec tempus nec finem habet expẽsarum.Sed bona sua dilacerando & dissipando

dissipando profundit.l.j. §. 1.sup.de cur.furio. Et
2 prodigus cognoscitur † ex factis, non ex sermonibus:ut no.Bar.in l. is qui. §. diuus. supra de tut.& cur.dat.ab his.

Et prodigus dicitur,qui expendit vltra substantiam suam,citra necessitatem,ut no.Ang.post glo. in §.cùm uerò.in auth.ut deter.sit nume.cler. col.j. Et not. Ang.Are.in §.furiosi.in fi.instit.de curat.

3 † Et ad probandum quẽ esse prodigum, debent testes assignare rationem,quia vident quotidie illũ dilapidare & exponere ualde ultra facultates eius. ita Bald.dicit in l.vbi adduc.col.antep.C.de iur.dot.

Et probatur quis furiosus,uel prodigus,si cõiuncti habent illũ pro furioso uel prodigo. ut no. Bal. in §.item furiosi.inst.quib. non est per.fa. tex. Alex. refert.& sequitur in cons.54.ad quæsitum.lib.1.

Et per donationẽ curatoris probatur,quod quis sit prodigus uel furiosus,q̃a pro decreto præsumitur,vt no.Bal.Ang.Sal.in l.cum te. C.de prob. cum sim.ut Alex.tradit in consi.62. uiso & opportune discusso.col.3.lib.1.& Cor.Perus.in consi.22.uisa dicta repudiatione. lib.2.

Et ille qui est datus curator,nõ potest dicere,nec auditur si dicat illũ nõ esse furiosum,uel prodigũ, cui datus curator: ut tradit Rota in 5. deci. in tit. de test.in anti.cum simil.vt prosequitur Fel.in cap. lator.col.2.de re iud.

Et talis prodigus æquiparatur furioso, ut hic dicitur. Ad idem tex.in l.Fulcinius.§.adeò.in uer.idẽque & in prodigo.supra ex quibus cau. in poss. ea. in l.is cui bonis. de uerbor. oblig.& in l.si prædia. supra de reb.eo.in l.1.C.de cura.fur.& in §.hæc dicimus.in auth.ut qui se res mi.obli.ha.perhi.

Et propter istam æquiparationem dicit Bald.in l.qui habet.in prin.uersi.quid in prodigo.supra de
4 tute.quòd prodigo † etiam non petenti *a* dari põt
a curator,quia furioso æquiparatur.ut not.Bart.in l. hæ autem.in prin,supra ex quibus cau. in poss.ea.

a Non petenti. Vide Ias.in l.si is cui bonis. de verb.obl.3. col.in 6.not. vbi etiam ponit quando æquiparetur furioso, & quando pupillo.

Et pari ratione concludit Bar. post antiq. in l. ex facto col. 6 ver. quæro vtrum. de vul. & pup. quòd sicut furioso substitui potest, ita etiam prodigo, cũ sim. vt tradit Alex.

Et an talis æquiparatio de furioso ad prodigum procedat vbi sit eadem ratio, videlicet quantum ad hoc ne prodigus faciat deteriorem eius conditionem, quia illis bonorum diminutio interdicta est. l. Iulianus. in prin. sup. de cura. fur. l. si is qui. §. fi. supra de tuto. & cura. da. ab his. & ita regula ista loquitur.

Secus ergo videtur quo ad acquirendum sibi: quia nõ prohibetur sibi acquirere ille cui bonis est interdictum. l. is cui. in prin. de verb. obl. l. certi condictio. §. quoniam. versi. item quæri potest. supra si cert. pet. & not. Bar. hic.

Et respectu acquisitionis † prodigus pupillo æquiparatur: quia nõ põt obligari sine tutoris autoritate, & tñ sibi acquirit. §. 1. institu. de aut. tut. l. pupillus. supra de acq. rer. dom. & not. Alex. in d. l. is cui. in prin. de verb. obl. Nam prodigis in eius fauorem bonis interdicitur, & ideo nõ dr̃ propter hoc capite diminutus, nec dicitur condemnatus, licet declaratus sit prodigus, vt notat Bal. in l. fi. col. pe. ver. hic dubitatur quid de prodigo. C. vnde legit. reputatur tñ prodigus vilis persona. l. non debet. sup. de dolo. 5

† Et supradicta habent locum in contractibus: secus videtur in delictis in quibus punitur sicut qui libet alius, vt not. Ang. in l. Fulcinius. §. adeò in fin. supra ex quibus caus. in posses. eatur. adeo ꝙ etiam ad mortem *a* condemnari potest: quia vitium coniunctum vitio non excusat maleficium: vt Bal. dicit in l. furiosum. in fi. C. qui test. fa. pos. & idem Pau. de *b* Cast. in d. l. is cui bonis. cum si. vt tradit ibi Alexã. col. 4. Nam *c* quando alienatio prohibita est fauore alienantis, vt est in prodigo: tunc alienatio quæ fit delinquendo nõ est prohibita, quia propter delictũ perdit fauorem, ut no. Bar. in l. si quis in tantã col. 3. 6

a Mortem. Idẽ Lancel. Pol. in tract. substit. nu. 14. licet. cõmu. contra.

b Alex. Et Ias. ibi in 9. col. ver. secundo quærit Bar. &c.

c Citati. hæc vera & obseruat.

verſ.quæro an dominus.C. vnde vi. Et ſequit̃ Alex. In conſi.23.opportunè conſideratis.col.2.li.1.Aret. in conſ.14.viſo & diligenter conſiderato. col.5.

Vltimo notandum eſt, quòd licet ſup. dictũ ſit,
7 † quod prodigo etiam nõ petenti curator dari poſſit: tamẽ ipſe qui prodigus dicitur debet in ipſa da
a tione curatoris citari, *a* ut no. uoluit Ang. in d.l. is cui bonis.in uerſ.an autem, quia agitur de eius prę iudicio, cùm adminiſtratio ſibi auferatur. Et ſequitur Alex.in d.l.is cui.circa fi.poſt alios.& Soc.in cõſ. 279.viſa dona.col.2.ver. pręterea.

Sed tamen iſtud dictum videtur dubitabile, q͂a prodigus æquiparatur furioſo quantum ad adminiſtrationem & dationem curatoris, ut ſup. dictũ eſt. Ergo non videtur citatio neceſſaria ſicut in furioſo, & quia etiam prodigo datur curator non petenti, vt dictum eſt. Et non poteſt prodigus impedire interdictionẽ adminiſtrationis, nec dationẽ curatoris. ergo citatio non videtur neceſſaria. l.4.§ 1.ſupra de fideicõ. lib. Et per illum tex. ita arguit Pau. de Ca.in conſ. 34. ſuper primo dubio ſecundũ formam nouam, in nouis. in 2.uol. Oldr.in conſ. 95. ex forma ipſius ſtatuti in fi.& Ro.in conſ. 212.quo ad primum m.cum ſi.ut dixi in reg. qui poteſt ſup. eod.

a Adminiſtrationẽ. Adde tamen glo. in d.l. cui bonis. & ibi Iaſ. in 3. col. in fi. ubi dicit, ꝙ furioſus poteſt contrahere, obligari, & alienare, ante quam interdictum ſit bonis, & cõiter tenet illa gl. ꝑ ut ibi Ia. in ver. pro clara intelligentia. & pro opi. D. Phil. facit unum dictũ Bar. in l. qui habet. §. pupi. de tut. ff ubi dicit, ꝙ furioſus, & prodigus accipiunt curatores ignoranter. per l Fulcini. §. adeo hic alle ergo ſi ignoranter patet ſine citatione, ut dictum fuit in d.regul. qui poteſt. Iaſ. tamẽ in repe. l. Gallus. §. & qđ ſi tantũ. col. 19. vult reprobare dictum Paul. de Ca. reſpondẽdo ad reg. qui põt. in nihil facit. Item facit pro iſta opin. id qđ tenet Barba. in cõſ.70 in 4 uol. 5. col. ſ princ. ꝙ ubi eſt notoriũ parti abñti nul lã cõpetere deff

IN L. NON DEBET ACTORI.

Argumenta.

1 *Actor procuratorem reuocare non poteſt poſt litem cõteſtatam, ſicut nec reus.*

2 *Reus iiſdem priuilegiis vtitur, quibus & actor.*

3 *Actor non debet meliori gaudere cõditione, quàm reus.*

REGVLA XLI.

NON debet actori licere, quòd reo non permittitur.

b EADEM regula habetur in regu. *b* non licet actori, eo.ti.in 6. Et ibi ſecundum Dy. exemplificat

quòd -

sionem: tunc nō requiritur citatio: quod not. H.C.

a de re iud. † Et ad prædicta facit, quia pluries quis se legitimari potest, & ex utraque legitimatione poterit se tueri: ut tradit Paul. de Cast. in cons. 227. viso testamento circa fi.

a Collationib. Adde Fel. c. cum olim. de re iud. & latiss. in repe. c. in nostra. de refer. in 2. col. in vers. titulus multiplicatur, &c. H.C.

Item regula, vt dixi, procedit in actore qui à seipso certificari debet. Secus si facto aduersarij impediatur: quia tunc libellus incertus admittitur: ut dicit Bar. hic per illum tex. alleg. in gl. l. 1. §. qui autem sup. quorum leg. ubi Bart. idem dicit cũ sim. ut tradit Alex. in l. ubi autem. §. qui illud. de verb. oblig. & in cons. 15. lectis & ponderatis. lib. 2. & dixit in l. edita in secundo genere cumulationis. C. de eden. & etiam dixi ibi de intellectu. §. sed neque. in auth. de fideius. alleg. in gl. hic.

IN L. TOTIES.

Argumenta.

1 *Hæres insolidum tenetur, qui de dolo proprio tenetur.*
2 *Hæres de dolo defuncti non tenetur.*
3 *Hæres quando de dolo defuncti teneatur, etiam de eo quod ad eum non peruenit.*

REGVLA XXXVI.

TOTIES in hæredem damus actionem de eo quod ad eum peruenit, quoties ex dolo defuncti conuenitur, non quoties ex suo.

NOTA quòd † hæres qui ex proprio dolo cõuenitur, tenetur insolidum. Sed quando ex dolo defuncti, tunc tenetur solum de eo quod ad eum peruenit. ad idem tex. quem gl. hic adducit in l. quod in hæredem. §. si seruũ. vers. toties sup. de se. corrup. ubi gl. Et ratio manifesta uidetur, quia in primo casu quando ex proprio delicto cõuenitur, ipse est autor principalis delicti: ideo etiam pro eo quod non habuit, tenetur. l. in hoc iudicio. sup. de ser. corrup. & facit tex. in l. 1. §. rectissimè sup. de vi. & vi arma. in l. 3. §. interdum. supra si quadru. pauper. fec. dicatur. & quia pœna sequitur suos autores. l. sancimus. C. de pœnis. † Sed pro dolo defuncti hæres non tenetur, nisi pro eo quod ad eum peruenit. & facit tex. in regula, sicuti sup. eo. c. cum sim. ibi alleg. a 2

† Et quandoque etiam hæres tenetur ex dolo defuncti pro eo quod ad eum non peruenit, videlicet in conditione furtiua, vt not. Bar. in l. si pro fure. ꝑ illum text. §. fin. sup. de cond. furt. Et hoc est speciale, propter frequentiã furtorum. vt not. Bar. in l. 1. de priuat. delicti. col. 1. cũ sim. ut tradit Corn. Perusin. in cons. 314. licet hac consultatione, col. 2. lib. 1. Et quandoque etiam hæres non tenetur eo quod ad eum peruenit. l. 2. §. fi. sup. vi bono. rapto. declarãdo vt no. Bar. in l. 1. sup. de priua. delicti. & ꝑ gl. & Doc. in l. 1. C. ne ex delicto defunct. Et de his latius uidebimus in regula pœnalia. infra eod. 3

IN L. NEQVE PIGNVS

Argumenta.

1 *Pignori dari sua res potest nemini.*

2 *Pignoris uel seruitutis ius in re sua nemini potest queri. & num. 3.*

3 *Acquiri quando possit alicui res sua acquisitione noua.*

4 *Depositum in re propria fieri non potest, sicut nec precarium.*

5 *Emptio rei propriæ quare non valeat.*

6 *Emere rem suam per aliũ quis põt, qđ per se nõ potuit.*

Regula

REGVLA XLV.

NEQVE pignus, neque depositum, neque precarium, neque emptio, neque locatio rei suæ consistere potest.

L

1 Primo noto † quod res propria pignori dari nõ põt. ad idem tex. in l. si rem alienã. la. 2. ff. de pigno. actio, sic etiam in re propria non constituitur vsusfructus. l. uti frui. in prin. ff. si vsusfruct. pcta.

Nec res propria alicui seruit. l. in re communi. supra de serui. vrb. pręd. l. cum in fundo. in princ. ff. de iure dot. l. si qui ædes. supra serui. vrb. præd. l. quicquid supra cõmunia prædio. Nã sicut res mea non potest ulterius mea fieri. l. sequitur. §. lana. supra de vsucap. §. itẽ nemo rẽ suam instit. de inutil. stipul. Ita videtur qđ aliquod ius habenti, plenũ dominiũ
a acquiri non possit. *a* † Et ideo ius pignoris vel ser-
2 uitutis non acquiritur. & hoc intelligitur, quando res perfecte & irreuocabiliter acquisita sit. Secus si
b reuocabiliter, *b* quia tunc res propria iure pignoris retineri potest, vt not. Bar. in l. ex sextante. § Latinus de excep. rei iud. ubi etiam allegat tex. in l. in rebus. vbi Bal. col. pen. C. de iur. dot. & in l. debitor. ff. ad Treb. vbi Bar. idẽ dicit. & facit tex. in l. nõ quocũque. in prin. de leg. 1. & idem no. Bart. in l. in bello. §. si quis seruum. per illũ text. supra de capti. & post lim. reuer. & Ang. hoc idem scribit. in consi. 112. viso dicto puncto ad finem.

3 Item † regula procedit quando quis habet dominium de iure communi, secus si de iure speciali, vt no. Bar. in fi. col. 2. C. de sacrosanct. eccle. & in l. 1. C. commu. de leg. & in l. idemque in princ. ad fi. supra qui pot. in pign. hab. cum simil. ut Alex. tradit in l. 1. col. fin. de leg. 1. Aret. in consi. 146. longa est. col. 9. & in l. existimo. de uerb. obl. col. 2.

4 Et ad prædicta facit † quia res mea potest mihi

acquiri

a Possit. Vide late ss. Ias in §. sic itaque. column. 5. vers. gl. in verbo, magis, &c. quem de uerb. ad verbũ refert Benedictus de Vadi. in add. ad Socinum in tra. fallen. in reg. ca. & late etiam p Fel. in cap. inter dilectos. de fide instr. H.C.

b Reuocabiliter Alex. consil. 100. nu. 6. lib. 7. late And. Tiraq. in tract. retract. prox. §. 1. glo 7 nu. 69. cum seq.

acquiri ex noua acquisitione, quando prima causa acquisitionis est dubia, vel quando per secundum pinguior acquisitio fit. ut not. Dom. post Io. Mod. & Io. And. in c. cum personæ. §. quòd si talis de priuil. in 6.

Secundo noto, quod depositum nec precarium in re propria fieri potest, & idem in commodato. l. quidem. supra deposi. & idem in locatione: ut hic dicitur, & in l. qui rem. C. loca. Et ista cõclusio intelligitur & procedit si agatur actione depositi, cõmodati, vel locati, nã repellitur actor. quia contractus non valet. Secus si agatur conditione legis. l. si quis condictionis. C. loca. quia tali casu actor non repellitur exceptione proprietatis, ut not. Alex. dicit in l. si aliquam rem. col. pen. supra de acq. poss. & idẽ prius uoluit Pau. de Cast. in l. qui rem. sup. depositi.

a Dubitabilis. Imò est vera. ex quo conductor. vult sic intercipere possessionem quam non habebat.

Sed ista limitatio uidetur dubitabilis *a* quia ex quo cõtractus non valet, non uidetur habere locũ: quod dicitur in d. l. si quis conductionis. vel saltem dictum Ale. & Paul. de Cast. uideretur intelligendũ, quando scienter ab ipso domino facta conductio fuisset, secus si ignorante, ut declarat Franc. de Cur. consi. 70. super cõtrouersia. col. 6. uersi. non obstant. a

Item regula procedit: quando fuit factus contractus respectu proprietatis, secus si respectu possessionis quam non habebam, quia tunc tenet locatio & commodatum. l. si quis aliquam rem de acq. poss. & ita Pau. de Cast. dicit in d. l. qui rem in fin.

Tertio & ultimo noto, † quod emptio rei proprie non valet. ad idẽ test. in l. cum res. C. de contrahen. empt. & in l. suæ rei. supra de cõtrahend. empt. ubi dicitur hoc procedere, siue sciens, siue ignorans quis hoc facit. & in l. si seruum. supra de cõd. indeb. l. debitor. supra de pigno. actio. Et ratio videtur, q̃a emptor emit ad istum finem, vt dominium acq̃rat. l. cum manu. sata. §. fi. supra de contrahen. empt. 5

Sed cum sit dominus, ulterius effici non potest. l. sequitur. §. lana de vsucap. Et ista cõclusio intelligitur

tur quādo quis ratione proprietatis emit rem suā. secus si ratione possessionis, quæ apud venditorem reperiatur, quia emptio valeret. l. si in emptione. §. rei suæ. supra de contrahen. emp. Et tali casu pretiū possessionis erit minus, quam pretium rei. l. si mulier. §. qui possessionē. supra quod met. cau. l. si duo. in fin. supra vti possidc. Et quod dictum est ratione possessionis, idem est ratione alterius iuris deficiētis. ut not. per glo. & Bal. in d. l. cum res. Ista tamen non sunt proprie fallentię, quia emptio fit de iure, cum non est apud emptorem, & regula loquitur de re propria emptoris.

6 Vltimo † regula habet locum in emptore qui rē suam emeret, secus si alteri mandaret emendam, quia potest per alium quod per seipsum non potest. l. si tibi mandauero. §. si hi quorum. ff. manda. vbi Pau. de Cast. dicit, ꝙ intelligitur ibi quod facit mandatum ille qui emit nomine suo: non nomine mandantis. Sed tex. ibi facit in contrarium, dum dicit, quòd rei propriæ non valet emptio. ergo videtur, quòd emptio ibi esset facta nomine domini. Sed toleratur ex æquitate duobus concurrentibus. Primo, quia res erat venalis. Secundo ne priuetur dominio rei suæ, & etiam dici potest quod ibi esset sua reuocabiliter secundum resolutionem factam.

Et ad illum tex. de re venali notandum est singulariter, quòd si post certum tempus ex conuentione res vendi potest, & elapso illo t̄pe res non sit vendita, ꝙ venditio impediri potest si debitor debitum offerat, vt notabiliter tradit Card. in clemen. 1. nos itaque in 7. q. de iureiur.

§. Priuatorum.

PRIVATORVM conuentio iuri publico non derogat.

DE quo dictū fuit in l. nec ex prætorio sup. eod.

In

IN L. QVOD A QVOQVAM.

Argumenta.

1 *Solutum nomine pœnæ, non reperitur iure.*
2 *Pœna an possit retineri in foro conscientiæ.*
3 *Pœna delicto est commensuranda.*
3 *Obligatio qua delictem punitur, de iure naturali esse dicitur.*

REGVLA XLVI.

QVOD à quoquam pœnæ nomine exactum est, id idem restituere nemo cogitur.

NOTA quòd † solutum nomine pœnæ repeti non potest. ad idem tex. in l. id quod. supra de solut. cum simil. allegatis in glo. ad idem tex. in l. pœnæ. supra de condi. indeb. 1

† Et ista regula procedit in foro cõtentioso. Sed in foro conscientiæ pœna *a* retineri nõ potest, quia non debetur in foro cõscientiæ, ut tenet gl. 12. q. 2. fraternitas. in glo. fin. & no. Bal. in l. post decisionẽ. in fi. C. de fur. in l. iubemus. §. sane col. 1. uer. sed nũ quid in foro conscientiæ. C. de sacrosanct. eccl. & in auth. ad hæc. colum. 5. uer. sed dubitatur. C. de vsur. cum simil. vt latè prosequitur Fely. in cap. 1. char. antepen. de constit. & Alexan. in consil. 9. uiso processu. colum. 4. li. 5. 2 a

a Pœna. Corset. in sing. uers. pœna. uide Deciũ. c. 1. de constit.

† Sed ad declarationem dictæ gl. quę communiter approbatur, considerandum est, ut dixi in d. c. 1. col. antepen. Quia si pœna sit commensurata ad delictum, non uidetur, ꝙ gl. bene dicat, debet enim pœna delicto commensurari. c. quęsiuit. de his quæ fiunt à maio. par. c. fœlicis. §. illud. in fi. de pœ. in 6. 24. q. 1. c. non afferamus stateras. & tali cásu lex uidetur iniusta, quæ fundata est in vtilitate publica, quæ est ut delicta puniantur. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. cap. ut famæ, de sent. excommu. 3

E: cum lex iusta sit, etiam obligat in foro conscientiæ *b* vt no. per gl. in c. quæ in ecclesiarum. ubi b

b Conscientiæ. Latè Do. Andr. Tiraq. in præfa. tract. retract. num. 73.

Bal.

Bal.de consti.& no.Abb.in c.1.de cōst.& in proœm. Decreto.Rex pacificus.in 2.q.Pet.de Anch. in consi. 14.videtur prima facie.Bald. in auth.ingressi col.8. C.de sacrosan.eccle.Alex.in consi.29.statuti col 4.li. 2.cum si.vt dixi in d.c.1.col.7.

a Et ideo iuste *a* captus,peccat si aufugit ut no.per glo.j.dist.in c.ius gentiū in ver.seruitutes, & in cle. pastoralis in ver.per violentiam.de re iud. Et quod dixi comprobatur,† quia obligatio ad pœnam delicti,est de iure naturali,vt not.Bart.in l.ex hoc iure col.fi.supra de iustit.& iur.glo.in l.seruus supra de his qui no.infa.facit tex.in l.fin.vbi Ang.C.de collat.fund.patri.lib.11.in l.eius qui delatorem.supra de iure fisci.ergo pariter in foro cōsciētiæ videt̄ obligari,quia conscientia secūdum ius naturale iudicatur.Nam conscientia non ligat,quos natura non obligat,vt dicit Bal.in l.1.in fin.C. de uectig. & cōmiss.no.Abb.in c.1.in fin.de restit.in integr.gl.in d. c.fraternitas potest saluari,quando pœna delicti esset excessiua.Et tali casu lex esset iniusta,quæ in foro conscientiæ non obligat,ut no.Abb.in d.c. 1. de constit.cū simil.ut dixi ibi.Ex quo infert, quod lex quæ pœnam imponit ratione pęnæ,nō plus vel minus conscientiam astringit.Sed vis tota in hoc cōsistit an lex iusta sit,vel iniusta, & secūdùm hoc regula hic procedit ēt in foro cōscientiæ,qn̄ pœna iuste imponitur.Secus si iniuste imposita est.& de hoc latius dixi in d.c.1.de constit.ubi uidendum est. 4

a Iuste. Secus si iniuste. Andr.Tiraq.in præf. Retract.nu. 68. vltra quem adde Bal.cons. 115.li. 1.I.s.l. si duo patroni.in fi.supr. de iureiur. Dec. cons.691.

IN L. CONSILII.

Argumenta.

1 *Consilium,modò nō fraudulentum,nō ligat confidentē.*

2 *Assessor,& qui pro officij ratione consulitur, de malo consilio tenetur.*

3 *Doctor qui imperitè consuluit,damnum passo satisfacere tenetur.*

4 *Consilium præbens quando teneatur, & quando non.*

Con-

5 *Consulens, in atrocioribus pari pœna punitur.*
6 *Consulens, quando pœna speciali plectatur.*
7 *Consulens nõ tenetur, si de interdicto vnde vi agatur.*
8 *Consulens indistinctè punitur, si eius nomine delinquatur.*
9 *Consulens alicui, præsumitur causa mouens principaliter, & quare merito punitur.*
10 *Consulens tunc punitur, si ex consilio delictũ sequatur.*
11 *Consulens ex consilio non punitur, ni consilium præcessisse delictum probetur.*
12 *Cõsilium non punitur, nisi ad malũ tendere probetur.*
13 *Consulens non damnatur, si principalis absoluatur.*
14 *Consulens non tenetur, consilio ni tempore reuocato.*
15 *Consulens non punitur statuto pœnã faciẽti imponente.*
16 *Consulens quandoque mitius punitur, qualitate attẽta facientis.*
17 *Consilium præstare quando quis dicatur.*

REGVLA XLVII.

CONSILII non fraudulenti nulla obligatio est, cæterum si dolus & calliditas intercesserit, de dolo actio cõpetit.

EX ista regula sumitur illa quæ habetur eod. tit. in 6. quæ idem dicit, † quòd nullus ex consilio dum 1
modo fraudulentum nõ fuerit, obligatur. Et huius conclusionis glo. ibi rationem adducit, quia cõsiliũ non necessitat. 14. q. 1. in c. ꝙ præcipitur. & in ca. cũ olim. de arbitris. Et explorare quis apud seipsum debet an consilium sibi expediat. l. 2. §. fin. sup. mãdat. Exhortatur enim ille qui dat cõsiliũ, & exhortatio liberam uoluntatem excitat: ut dicitur 4. dist. in fi. Et ex ista ratione inferri videtur, quòd regula habeat locum, dato, quòd ille cui datur consilium nõ fuisset aliàs facturus, quia militat eadẽ ratio quod consilium non imponit necessitatem & confirmatur opin. glo. hic, quę ita tenet, & idem concludit Perus. a post Ioan. And. in d. reg. nullus. a

a Perus. vbi dicit, ꝙ in contractibus uel quasi quis nõ tenetur de consilio, siue ille cui præstet consiliũ fuisset illud alias facturus siue non, licet Dyn. ibi contra & per Ias. vbi contra morem suum tm̃ remissionibus fuit contentus in § omnes instit. de act. 2. vers 6. not. & Do. Phil. Dec. in cap. fin. de off. deleg. col. 7. vers. 12. & vlt. &c & Rom. sing 762. H. C.

Secundo

Secundo ratione prædicta inferri uidetur, ꝙ si consilium necessitaret, ꝙ ex tali cõsilio cõsulens obligetur: quod tamen non videtur uerum, quia si bona fide dedit consilium, non debet obligari.

Et hoc in contractibus prout regula loquitur & 2 intelligitur.† Secus in cõsilio quod præstatur ratione officij, puta in assessore, *a* quia ipse de malo consilio tenetur l. 2. supra quod quisque iur. de quo dixi in cõs. 18 col. 2. & idem est in aduocato, *b* saltem quando consilium dedit ei qui aliàs facturus non fuisset, ut concludit Perus. in d. regul. nullus.

3 Et notandum est,† quòd ille doctor qui consuluit per imperitiam si lata sit sententia, tenetur satisfacere illi cõtra quẽ lata fuit sententia, vt no. Abb. in c. tua nos de homic. in prin. post Ant. de But. ibi & Io. de Ana. ibi dicit illud esse uerũ, quando iudex *c* qui iudicauit tenebatur sequi cõsiliũ, alias secus.

Sed tamen idem videtur in consilio ꝙ non sit sequẽdum, dummodo ille qui iudicauit motus sit ex cõsilio, alias nõ facturus, ut no. Per. in d. reg. nullus.

Et de consiliarijs de dominorũ quomodo teneãtur, no. Abb. in c. sicut dignum col. fi. de homic.

Secundò ista regula non habet locum in cõsilio doloso, vt expresse hic dicit. Et tali casu quis ex dolo obligatur, licet dolus sit causa impulsiua, ut Bal. dicit in d. regu. nullus, & sequitur ibi Perus. in prin. Et de consilio doloso exẽplũ habetur in l. quod si cũ scires, & in l. si quis affirmauerit. supra de dolo.

4 Tertio †. regula non habet locũ in delictis *d* simpliciter. Sed secundum communem opinionem distinguitur, ꝙ si is cui consulitur nõ erat alias facturus, cõsulens pari pœna tenetur. Sed si erat facturus, absque consilio, mitius *e* punitur, ut probatur in c. sicut

a Assessore. uide las. in d. §. omnes de act. insti. 2. col. & in l. 1. C. de ser. fug. 4. col. & latiss. eundem dom: Philipp. in cõs. 8 incip uiso pũcto, & diligenter examinatis. Hierony. Cuch.

b Aduocato. Thom. Parpa. rep. l. exigendi. col 4. C. de procur. Hier. Cag. repet. l. dic fundo. col. 2. de off. assesso.

c Iudex. uide Rom. in consil. 228. ubi dicit, ꝙ iudex non tenetur sequi consilium sapientis electi de cõsensu partiũ si uideat illud eẽ iniustũ. & per Ab. c. cum in ueteri de elect. in 6. col. & an talis sententia data secundum prædictum trãseat in rẽ iud. uide Ab. ca. causam quæ 2. col. de re iud. Hier. Chuc.

d Delicti ; Vide eundem. c. 1. de off. deleg. col. 5. in fi. uers. In secundo membro &c. & Fel. in c. sicut dignum de homi. in 6. col. uer. nota ibi animum, ubi etiam dicit hanc communem, & in d. 1 col. 4. uers. secundum membrum. H. C.

e Mitius. unum teneas perpetuo menti, ꝙ ubi pœna delicti ex aliqua causa uenit alleuianda, quæ tamen erat mortis, quòd tali pœna non potest puniri

delinquens: sed alia mitiori quę non sit pœna mortis. ita Rochus de Cur. in rep.c. fi.de consuet.col.2. versi. cõtra tamẽ, ubi dicit hic singulare pro liberando amico a pœna mortis, ex quo infertur ꝙ tunc iudex non poterit arbitriũ suum extendere vsq; ad mortẽ, & sic limitabit gl. in §. in sum. inst.de iniur. de quo uide latissime Dec. Phil. principem subtilitatum in ca.ex literis de const. ubi ponit plures limit.ad d. gl.inter quas sentit istam 4. limit. pen.& fi.colum. H.C.

sicut dignum.§.qui vero de homic.in l.non solũm. §.si mandato.in uer.& Attilicinus.infra de iniur.& ita tenet gl.in §.ope.in uerb.certe.institut.de oblig. quæ ex delicto.& in l.j.§.persuadere.in ver.facturus. supra de serui.corrup.& in l.sępe in uersi.etiam.vbi Bart.de uerb.signifi.

Et dicit Alber.in l.ob hæc verba.supra de his quę not.infa.ꝙ doctores communiter ita tenent.& Bal. ibi idem sequitur col.2.& in l.data opera.col.17.C. qui accus.in l.1.col.2.de ser.fugit. Salic.in l.1.col.8. C.de rapt.virg.Abb.in c.1.de off.deleg.Imol.in cap. querelam.in fi.de elec.& Mathesilanus in notabili 97.nota quòd is cuius consilio.ubi propter hoc reprehendit Bart.in l.non solum.§.si mandato col.3. supra de iniur.ubi indistincte tenet,quòd cõsulens teneatur sicut principalis,& dictum Bart. sequitur Imol.in clem.1.col.5.de pœnis.Ang.Aret. in tract. Malefi.in versi.mandatorem.col.fin.in versi.vigesimo secundo quæritur.

Sed dictum Bart.saluari & concordari potest, ut intelligatur secundum distinctionẽ supradictã quę communiter approbatur.facit quod no.Ang.in l.is qui opem.col.1.supra de fur.dum alleg.Io.And. in c.fœlicis.de pœnis in 6.& idem Angel.in l.in furti. §. ope. eo. tit. de furt. Bar.Veron.in cõsi.27. requisitus. col. pen. Et secundum prædictam distinctionem intelligitur tex.in §.oper.dum absolute dicit,quòd furti non tenetur. Nam intelligitur eadem pœna.minori tamen pœna puniri potest arbitrio iudicis.ut nota.Ang.in locis supra proxime allega.& ita etiam declaratur quod no.Bar.in cons. 165.in q.quæ vertitur.

a Habet. Adde eundẽ D.Phil.in d c.1.column.6. uersic. prædicta distinctio &c. & idem quod tenet Felyn. in d. ca.1. tenet in d. c. sicut dignum.

† Prædicta dictinctio non habet a locum in atro- 4 a
cioribus,in quibus consulens indistincte pari pęna punitur d.cap.fœlicis.de pęn.& in cle.1.eo.tit.Dicit tamen Feli.in c.fi.de offic.deleg.quod forte dicta iura debent restringi secundum distinctionem supra factam.per text.in d.cap.sicut dignũ.ubi ita distinguitur

guitur in homicidio quod vř esse de grauioribus, & ad hoc uidetur tex.in d.c.fælicis iuncto. §. illud. ubi nudo cõsilio pœna mitigatur.Sed tamen limitatio prædicta defendi põt ꝑ dicta iura quæloquũtur in homicidio qualificato cardinalis uel archiepiscopi.& facit tex.in l.vtrum.sup.de parr.ı l.quisquis.C.ad leg.Iul.Et hoc uidetur uelle Bald.in l. 1. col.2.C.de ser.fu.inquit,q̃ in atrocissimis consulẽs punitur,licet principalis fuisset alias facturus.

Non obstat tex.in c.sicut dignum.quia loquitur in homicidio simplici.Non obst.§.illud,quia loquitur de consilio nudo quod nihil addit.& glo. ibi dicit.Secus uidetur in cõsilio quod augeret malitiã, licet alias esset facturus,& de duplici consi. no. per gl.in cle.in ver.consiliarios.de foro compe..

6 Secundo prædicta distinctio † non habet locum

a quando specialis *a* pœna cõsulẽdi imponitur: quia tunc dispositio legis de qua constat attenditur.l.1. C.de rapt.virg ubi Sali.in 8.col.uer.secundo quæro & no.Bar.in l.is qui opem.supra de furt.ubi allegat tex.in l.1.C.de nili agger. non rump. & hoc modo procedit tex.in l.1. §.persuadere.supra de ser. corrup.secundum Sal.in l.1.col.9. de raptu uirginum.

7 Tertio prædicta distinctio non procedit † in in-

b terdicto unde vi. *b* in quo ex consilio quis non tenetur,ut no.Inno.in c.querelam de elec. per ca. cũ ad sedem.de resti.spol.sequitur Ang. in d. l. is qui opem circa fi. supra de fur.Bal.in l.2. col 10.ver.6. quæritur.C.de serui.& aqua. Abb.in cap. sicut dignum cõsi. de homi.vide tamen Rom.in singulari.762.in contractibus. ubi dicit contra.Inno. fuisset determinatum per dominos de Rota, per c.sicut dignum.de homicid.

8 Quarto non procedit † quando ille cui datum

c consilium nomine *c* consulentis deliquit:quia tunc consulens indistincte tenetur, ut no.Bal.in l.metũ. in fin.C.quod met.cau.allegat.cap.cũ quis. de resti. spo.Et licet ipse loquitur in mandante,idẽ videtur

a Specialis. Idẽ tenet. in ca.1.in 7. fallen. & ibi Fel.in 2. limit.

b Vnde vi. Idẽ vbi supra 5.fall. & ibi Fel.versic. limita quarto,& las. remissiue in §.omnes inst.de act.2. col. & l.1. C.de ser.fugi. 4. col.

c Nomine. Idẽ tenet ubi supra in 6.fall.

in consulente, quia apparet quòd sit motus ex consilio.

a In dubio. Vide eundem. vbi supra col.7 uer. & est notandum & Fel.c.si ut dignum 4. colum. uers tertia conclusio & vide Bal in sua Margar.in uer. consilium, vbi dicit quod quando quis locutus est alicui, & iuit & commisit delictum in breui spatio ꝙ præsumitur fecisse de consilio illius. quod not. H. C.

Et ad prædicta notandum est,† quòd in dubio *a* præsumitur quòd principalis motus sit ex consilio, & ꝙ non fuisset alias facturus: quia in dubio nō præsumit delictum l.merito supra pro soc.c.1.de scrutinio.ita Fel.dicit in c.1.col.5.ver.utrum autem de off. deleg. Sed rō prælleg.vr facere in contrarium: quia hoc mō consulens plus punitur,& principalis non ꝑ ꝑ hoc magis excusatur.Idem tamen quod dicit Fel.tenet Bal.in l.data opera.col.17.C.qui accus. vbi alleg.l.1.C.de rap.virg.& idem expresse dicit Angel.in l.1.in prin.in vers. vltimo est videre supra de eo per quem factum erit.& Io.de Ana.post Card.in cap.ad audientiam in 5.col.in fi.de homici. & dicit Bal.in l.1.col.2.C.de ser.fug.ꝙ an esset aliàs quis facturus,in probatione facti consistit. Ex coniecturis tamen potest probari:vt no.Bal.in d.l.1 col.4.facit qđ no.Bar.in l.si ventri.§. fi. supra de priuil.credit. Bal.in c.1.§.iniuria.col.8.uer.quæro si Titius,de pace iur.fir.& in l.multum interest.col.3. C. si q̧s alte. vel sibi,cum simil.Sed cessantibus coniecturis præsumendum est in dubio quòd non fuisset alias facturus,ut supra dictum est. 9 a

b Sequutum sit. Idem in d.ca 1. col.4. versic. ad hoc,&c.

Et vlterius ad declarationem supradictorum notandum est primo,† quòd ad hoc. vt ex consilio q̧s teneat,requiritur,quod delictum sequutum sit:*b* vt no.Card.in cle.1.in prin.in q.12. de pœnis. In ipso actu debet consilium præstari:vt tradit Signorolus in cons.135.in q.circa fi. Et hoc quod dictũ est intelligitur nisi consilium per se consideret: quia etiam ꝑ se est titulus criminis,& indistincte punit,vt not. Bal.in l.data opa.col.17.in prin C.qui accus. vbi alleg.l.1.§.ꝑsuadere supra de ser.corrupt. & idem dicit Bar.in l.non solum.§.si mandato supra de iniur. & sequitur Ang. are.in d.uer.mandatorem. in fi.& tali casu punitur ēt facto non secuto,ut no. Sal.in l. 1.col.3.in 1.q.C.de rapt.virg. 10 b

Secundo

11 Secundo notãdum est,† quòd ad hoc ut quis ex consilio obligetur, probandum videtur ꝙ consiliũ
a præcesserit delictum, *a* vt not. Bald. in l. 1. col. 3. C. de ser. fug. legat. glo. in l. si verò non remanendi. §. si verò post creditum supra mandati. sequitur Alex. in cons. 196. circa col. 1. lib. 2.
12 Tertiò requiritur,† quòd consilium sit ad malũ,
b *b* & quod constet de malo cõsilio: aliàs in dubio debet interpretari quòd bonum sit cõsilium, ut consulens non teneatur, ut not. Bal. in l. 1. col. 4. uersi. & not. quod consilium. C. de ser. fugi. & sequitur Alex. in cons. 128. quoniam abundè lib. 4. facit tex. in l. meritò supra pro socio. facit quod not. in l. 1. C. de his quib. ut indig. de verbo, vindicta, & ibi Pau. de Cast. & Alex. & de verbo, auferri no. Ang. in l. postquam circa fi. de pet. hære. cũ simi. ut dixi in ca. in præsentia de proba.
13 † Quarto cõsulens non potest cõdemnari si prin
c cipalis fuit absolutus. vt not. Inno. *c* in cap. sicut dignum. de homici. ubi Abbas & Ioan. de Ana. sequũtur. & Petr. de Anch. in regula. accessorium. in 15. char. col. 1. versi. iuxta prædicta quæro. de reg. iur. in 6. & dixi in consi. 8. col. 4. in fi.
14 † Quinto consulens non tenetur si consilium re-
d uocauit, *d* vt no. Inno. in c. ad audientiam. de homi. cũ simi. ut tradit ibi Ioann. de Ana. col. 3. & declarat vt per Ang. Aret. in d. verbo, mandatorem in fi. Et dictum Inno. sequitur Bal. in d. l. nõ solũ. §. si mãdato col. 3. de iniurijs cum si. ut tradit Alex. in cõs. 65. visa. col. 3. lib. 4. Fely. in d. c. ad audientiam. in fi.
15 † Sexto statutum quod imponeret pœnam faciẽ
e ti non haberet *e* locum in consulente. vt hoc in simili in mandante tradit Bald. in l. non ideo minus col. 6. uer. ego reuertor. C. de accusa. & latè Alexan. in d. cõs. 65. lib. 3. supra allegato facit quod no. Bar. in l. supra de sicar. Abb. in c. inter sollicitudinem. de purg. vulg. no. in c. mulieres. de senten. excommu.
† Septimo, propter diuersam qualitatem facien

a Delictum. Idẽ supra col. 6. uers. 3. limitatur. & Ias. in d. l. 1 in 5. col. uers. 2. diligẽter no. &c.

b Malum. Idem tenet ubi supra uer. 2 conclu. in 6 col. & Ias. in d. l. 1. col. 5. uersi. 3. multum no. &c.

c Innoc. Caue. quia Innoc. ibi non loquitur de absolutione iudicis, sed patris. Idẽ tamen vult Dec. in c. 1. colũ. 7. de offic. deleg.

d Reuocauit. Vide Fely. in d. ca. 1. uers. limita quinto. & ibi do. Phil. in 11. fall. 7.

e Haberet. Idẽ tenet Fely. d. c. 1. in fi. 3. col.

a Pœna. Idem tenet ubi supra in 7. col. uers. 3. fallit.

b Dicatur. Vide eundem in d. c. 1. uers. 8. in fine uers. postremo.

tis consulens, quãdoque in minori pœna a punitũr l. qui seruo. §. idẽ placuit. & quod ibi Bar. supra de fur. §. hi qui versi. si verò ope. instit. de oblig. quæ ex delicto. Sali. in d. l. 1. col. 8. & in 2. q. C. de rapt. uirg. facit tex. cũ glo. fi. in c. tãta. 86. dist. & no. Io. de Ana. in d. c. sicut dignũ. §. ille ẽt de homi. & facit qđ no. Bar. per illum tex. in l. huius actionis. supra qđ falso tut.

17 Vltimo est uidendum † quando quis dicatur b consilium præstare de quo not. Bald. in l. 1. in 4. oppo. C. de ser. fugi. Bar. in d. l. non solum. §. mandato. in fi. Ang. Arct. in d. uer. mãdatorem. in fi. & not. q. tradit Ang. in cõs. 22. pro decisione quæstionis. Bal. in cõs. 120. in quæstione. li. 3. Bartholomeus Veron. in cons. 28. col. 1. Et plura de materia consilij scribit Lucas de Penna in rub. C. de silentia. lib. 12.

IN §. SOCII MEI SOCIVS.

Argumenta.

1 *Vasallus vasalli mei an sit mihi vasallus.*

2 *Baronis regis homines, non dicuntur regis homines.*

3 *Amicus inimici mei, nõ statĩ mihi est inimicus, & n. 4.*

SOCII mei socius, meus socius non est.

Et glo. hic dicit. Regula ista colligitur in l. qui admittitur. ff. pro socio cum l. sequen. vbi ista duo verba ad literam habẽtur. & facit text. in l. Modestinus supra de verb. sig. ubi dicitur ꝙ libertus liberti mei non est libertus meus. gl. ibi per ista iura arguit, ꝙ † vasallus vasalli mei non dicitur vasallus meus. & 1 idem not. per glo. in l. de accessionibus, in glo. mag. supra de diuer. & tempo. præscript. & gl. per illũ tex. in c. legitur. 81. distin. & rationem adducit Bal. in c. 1. §. rursus. in fi. de controuer. inuest.

Et de hoc vasallo intelligitur quando est vasallus vasalli mei ratione alterius rei. Secus si pro eadẽ re. ut no. in cap. 1. §. illud. in tit. de prohib. alic. feu. per Fede. & ita Bar. concludit in d. l. de accessionibus. in prin. & i l. Claudius col. fi. supra qui pot. in pig. hab. & idem Bal. in l. 1. col. 2. uer. quæro testator. C. commun.

mu.de lega.ubi inquit, ꝙ vasallus vasalli mei non est vasallus meus inspecta obligatione conuentionis: sicut colonus coloni mei nõ est colonus meus. Sed inspecta re mea quæ ad ipsum pertinet, vasallus meus dici potest.

Et ex prædictis infert Spec. in tit. de feud. §. 1. col. 12. in uer. 13. quæritur, ꝙ homo hominis mei non
2 est homo meus: ex quo patet secundùm eum, † ꝙ homines alicuius Baronis regis non dicuntur homines regis, & dictum Spec. sequitur glo. in clem. 1. in uerb. existere. de iureiur. facit quod no. Bal. in l. 1. in fi. C. vnde legit. cùm sim. ut dixi ibi.

Infertur etiam secundum And. de Pis. in l. quia
3 admittitur. prout Fulg. ibi refert. † Amicus inimici mei non est meus inimicus, licet de fide trahatur. Bar. tamen in l. sciendum. §. si accusatio. ff. de leg. dicit, ꝙ non solum inimicus, sed etiam amicus, vel domesticus inimici mei est mihi suspectus. Et de hoc est glo. in cap. si inimicus in uerbo. nolite. 93. dist. facit tex. in l. liberi. C. de inoffi. testam. & in ca. repellantur. de accusation. Et concludendum est, si
a sit copulata amicitia cum inimico meo *a* in perniciem meam dr̃ inimicus, adeò quòd feudo priuari potest, ut per glo. in l. 1. §. cum patronus. in vers. cũ inimicis. supra de offi. præfec. ut in d. l. liberi. in verbo, amicitias. & in cap. 1. §. porro. in verbo, assaliuerit. dum loquitur de conspiratione facta contra dominum. & in cap. 1. §. 1. in uers. concubuerit. quib.
4 modis feud. amitt. † Alias uero propter amicitiam priorem, vel postea simpliciter contractam non reputatur inimicus, ita qd̃ repellatur à testimonio, sed bene detrahitur de fide, ut concludit Cy. in l. si quis testib. col. fin. uers. octauo quæritur. de testib. & Bal. ibi sequitur. col. fi. uersi. quærit. Cyn.

a Inimico adde Fely. in c. accedens lo. 2. in prin. & Phil. in ca. postremo. 2. col. de appel. ubi latè ponit ex quibus præsumitur quis inimicus. Abbas in c. ad hæc lo. 1. de app. & rel. c. cùm super. de off. deleg. ubi dicunt quod ille qui nõ saluat me, præsumitur inimicus: qualiter intelligatur, uide per eos etiã D. Aret. in cap. repellant. arg. de accus. in 1. col. H.C.

IN L. QVICQVID CALORE.

Argumenta.

1 *Contractus calore iracundiæ initus, quando effectum sortiri dicatur?*

S 3 Votum

2 *Votum, nullum præsumitur, quod calore iracūdiæ emittitur.*

3 *Votum, deliberationem non modicam requirit.*

4 *Iuramentum iracundia præstitum, non ligat iurantē.*

5 *Confessio per iracundiam facta, reuocari potest ex iusta causa.*

Excommunicatio calore iracundiæ lata, timeri debent valida.

6 *Ira non excusat delictum.*

7 *Delinquens quando propter iram excusetur.*

8 *Delinquens per iracundiam prouocans, puniri debet mitius.*

9 *Delictum per iram commissum, intra quantum tempus excusari debet.*

REGVLA XLVIII.

QVICQVID calore iracundiæ vel fit, vel dicitur, non prius ratum est, quàm si perseuerantia apparuerit, iudicium animi fuisse: ideoque in breui reuersa vxor nec diuertisse videtur.

REGVLA ista colligitur in l. diuortium supra de dinor. quã gl. hic adducit, & ibi uerba regulæ formaliter leguntur ad idem tex. 2. q. 3. in c. si q̃s iratus.

Et ista reg. habet locum † primo in contractibus, 1
prout loqui videtur, & tenet Bar. hic. & gl. in d. ca. si quis iratus per tex. in l. licitatione. in princ. supra de polli. Et limitatur non habere locũ in contractu facto cũ ecclesia, vel ad pias causas, quia valet & retractari non debet. 18. q. 4. sunt qui opes. quem tex. ad hoc alleg. Rom. in sing. 508. incip. volo commentare. sed ille tex. intelligitur in eo, q̃ fuisset aliqualiter cõcitatus: secus si alienatus à mente fuisset, propter iracundiam, quia talis contractus non deberet seruari, ut not. Ioan. And. & Ant. de But. in cap. dudum. de conuer. cõiug. cum sim. vt Fel. *a* tradit in c. sicut ex literis. de iureiurã. Et hoc idem dicendum videtur in alijs contractibus.

a Vt Fel. Idem etiam Felyn. c. Matthæus. de simo. & remissiue in c. dilecti filij. de except. penul. col. Ant. Corse. in reper. uers. calore.

Aduer-

Aduertendum tamen eſt,q͞a text.in d.c. ſunt qui opes.ita legi & pũctuari põt,quod nihil facit:vt dicamus, ſi illa verba tumultuario mentis impulſu, referant ad reuocationem donationis, non autẽ ad donationem prius factam:& ita dicit Io.Andr.in d. c.dudũ.circa fi.in verſ.item ſciendũ.Sed iſte intellectus eſt contra illum tex.dum dicit, ꝙ prima donatio non habuit iudicium ibi:nec prima iudiciũ habuit.& ideo tenendum eſt quod ſupra dixi.

2 † Secundò ẽt regula habet locum in voto: vt voluit gl.no.in c.dudum.in verſ.calore iracundiæ. in fi. Et hoc intelligitur qñ eſt talis iracundia quæ alienationem mentis inducit,aliàs ſecus, vt Doct.ibi dicunt, vt ſuprá retuli & idem Abb.ibi concludit: q͞a Deus vult voluntarium militem 15.q.1.c.non eſt. & facit

3 tex.in c.ſicut de reg. Et quia † inter alia in voto præcipuè deliberatio requiritur.vt no.Io.And.poſt ſanctum Thomam quem ibi refert in ca. literaturam. de voto.vbi Abb.& idem Abb.in c.ſicut ex literis,de iureiur.Roma.in loco præall.

4 Tertiò † idem dicendum eſt in iuramento, quod ſi præſtitum fuit calore iracundiæ,non obligat: ut tenet Rom.in no.ſupra alleg.per l.2. C.ad leg. Iuliam maieſt.& per text.in d.cap.ſicut ex literis.de iureiuran.vbi Ioan.And.idem tenet.& hoc intelligitur,vt ſupra dictum eſt,de voto: quia in hoc votum & iuramentum a pari procedunt, ut Abb.cõcludit in d. c.ſicut.

5 Quarto, † idem eſt in confeſſione *a* quæ ſi facta ſit
a calore *b* iracundiæ,poteſt reuocari gloſſ.not.in c.ex
b literis. in verbo admonita.de diuor. vbi Abb.& no. Abb.in cap.cum venerabilis in gl.2. de except. cum ſim.vt Felyn.ſcribit in d.cap.ſicut ex literis.de iureiur. Et de acceptatione ſecundi beneficij facta per iracundiam quod non noceat, not.Abb. poſt alios, quos refert in c.de multa,col.5. ver. extra caſum gl. de præb.

a Confeſſione. Fely.in proœm. Greg.col.1.

b Calore. Adde Iaſ.in l.ſi filiam 2.col. C.de inoffi.teſt.vbi ponit, quid in exhæredatione & in uoto, & in iuramẽto, confeſſione, acceptatione beneficii, in accuſatione.& in dicto vel facto calore iracundiæ & in omnib. cõcludit non ualere, niſi poſtea perſeueraret in eadem voluntate, & in donatione facta eccleſiæ, tenet idem quod D. Philip & idẽ ẽt in delictis & in blaſfemia. H.G.

Nota tamẽ, quòd ſententia excommunicationis

lata per iracundiam, valet cap. si episcopus forte iracundus. 11. q. 2.

† Prædicta regula non habet locum in delictis in 6
quibus quis calore iracundiæ non excusatur. l. si nõ conuitij. C. de iniur. & Bal. ibi declarando istam materiam, dicit, ꝙ sunt quædam quæ iuris effectũ sortiuntur, vt repudium, & votum, & alia de quibus supra dictum est. Et in istis non valet quod factum est calore iracundiæ, per supradicta. † Quædã sunt quę 7
nõ sortiuntur iuris effectum, prout sunt maleficia. & in illis non excusatur delinquens, ꝑꝑ calorem iracundiæ quominus puniatur. d. l. si nõ cõuitii. Aliàs raro ꝑꝑ homicidium esset quis puniẽdus: quia plerunq; cum iracundia committitur. Et ut ista differentia inter dicta, & alia, de quib. supradictũ est, habeat locum, dicẽdum est, ꝙ in delictis nõ excusatur delinquens ex calore iracundiæ, dato ꝙ maxima sit iracundia ꝑꝑ quam alienatus sit à mẽte per ea quæ supra dicta sunt, & quamuis ex toto non excusetur ille qui delinquit, pœna tñ mitigari dẽt in delicto cõmisso cũ iracundia. ut Roma. concludit in notabili supra alleg. facit tex. in l. 1. C. quis imperat. maledi. in l. famosi, supra ad l. Iul. maie. & idẽ Abb. con 8
cludit ĩ c. 1. de iniur. col. 1. verf. puto tñ. ubi cõcludit, ꝙ ille qui prouocatus ad iracundiam delinquit mitius debet puniri. arg. l. si adulterium cum incestu. §. imperatores. ff. de adult. vbi dr̃, difficilimũ est iustũ dolore tẽperare. & idem Abb. dicit in ca. delicti. col. fin. ver. credo tñ de excep. cum sim. vt ibi Fely. tradit. & quantum ad istam mitigationem pœnæ quæ debet fieri rõne iracundiæ de qua agitur, debet probari ꝙ talis fuerit iracundia quæ ipsum delinquentem à mente alienauerit, qui aliàs nullam haberet excusationem. sed ordinaria pœna est puniendus d. l. non conuitij. & idem no. Abb. in c. 1. in 2. not. de his qui fil. occid. Et difficile est probare talem iracundiam: vt Abb. dicit in d. cap. dudum. de conuer. coniug.

9 † Et infra quantum tps ille qui dicit alicui vel fecit iniuriam possit se excusare, allegando illud dictum vel factum fuisse p iracūdiam. not. Luc. de Penna in l. oīno curiales. de decur. li. 10. col. 2. ver. sed pone. Titius. vbi varias refert opin. & vr̃ residere quod infra triginta dies hoc allegari possit, & alleg. bonū text. 11. q. 3. in c. cum apud. & in l. si vēdicari. C. de pecul.

IN L. ALTERIVS CIRCVNVENTIO.

Argumenta.

1 *Actio non quæritur dominio ex serui maleficio.*
2 *Actio non quæritur non consentienti.*

REGVLA XLIX.

ALTERIVS circumuentio, alij non præbet actionē.

VLTRA gl. exēplificare pōt in l. q̄ seruus. sup.
1 de acqu. poss. in fi. † vbi ex maleficio serui dño actio
2 non acquiritur. Et rō regulæ vr̃: † quia ille cui actio acquiri non debet, non videtur consentire in illicitis arg. l. procurator. uers. quod si indebitum. sup. de cōd. ind. l. 2. §. si procurator. supra quod quisque iuresiur. in l. si pater de his quæ in fraud. cred. & idem vr̃ in acquisitione quæ fit ex dispositione legis per prædicta iura.

IN L. CVLPA CARET.

Argumenta.

1 *Seruus excusari debet, qui domino subuenire nō pōtest.*
2 *Communitas quando ob ciuium delicta teneatur.*
Delictū nō impediens, quādo ipsum perpetrare dicatur.
3 *Procurator dominum in pœnam cadere facit quādoq;.*
4 *Delicto obuiare an teneatur quis ciuili iure.*
5 *Pecunia quādo licite recipiatur pro defensione alterius*
6 *Periculum incurrere nemo tenetur.*
7 *Benefacere alteri nemo compellitur.*
8 *Offensum iuuare ualens saltem clamando, non tenetur si non fecerit.*

9 *Maiesta-*

9 *Maiestatis læsæ conscius punitur, si non reuelauerit.*
10 *Delicto obuiare tenetur quis Canonum iure.*
11 *Canones si à legibus diuersum sentiunt, hoc ipsum exprimunt.*
12 *Veritas sola in foro conscientiæ est attendenda.*
13 *Ius ciuile creditur iuri Canonico inhærere, vbi non discordat expresse.*

REGVLA L.

CVLPA caret qui scit, sed prohibere non potest.

Facit alia regula quæ hr̃ in l. nullum crimen inf. eo. vltra gl. exemplificari potest in l. 1. §. occisorum versi. hoc iō. sup. ad Silla. ubi † excusatur seruus qui 1
dño opẽ ferre non potuit, & ad idẽ text. in l. si q̃s in graui in prin. eo. tit. & in l. item quæritur. §. exercitium. verb. Labeo ait. in l. si fundus. §. fin. sup. locati ibi. à te aut ab eo prohibet, quem tu prohibere ne id fiat possis. & ad idẽ bonus tex. in l. adigere in pri. sup. de iure pa. ibi, ẽt is qui libertum iurare patiat, & quod not. Bart. in d. §. occisorum. & plura similia ad hoc tradit Rom. in cons. 7. visis necessarijs. col. fi. cum sim. vt dixi in cons. 65. col. 3.

† Et de communitate q̃n teneatur ex delicto ci- 2
uium quos prohibere potuit no. Paul. *a* de Castr. in a
cons. 423. quia scio col. 2. & adde quod not. Bal. in l. 3. quæ incip. qui seruus. sup. de noxali. ubi inquit, ꝙ ille qui non impedit maleficium, quando ad cũ spectat prohibere: videtur ipsum ꝑpetrare. Et ideo infert, † quòd procurator facit incidere dominum in 3
pœnam, licet non habeat speciale mandatum si dñs scit & patitur alleg. l. semper qui non prohibet. inf. eod. Et non caret scrupulo societatis occultæ qui cũ possit, manifesto facinori desinit obuiare. 23. q. 3. in c. non inferenda. & c. qui potest. & in c. quantæ. in fi. de sen. excom.

a Paul. cõs. 423. col. pen. li. 2. adde Angel. consil. 246. Corn. consi. 224 li. las. consi. 139. lib. 4. Alber. Brun. consil. 28. col. fi.

Et

Et ad declarationem huius regulæ, videndū est
a de duobus quæ in glo. habentur. Primo, †an de iu-
4 re ciuili quis teneatur *a* delicto obuiare, & aliam de
fendere si potest. Secundo, quid de iure canonico.
Circa primum gl. concludit quòd non. & hoc tenet
b Bar. in l. 1. §. sed in eo sup ad Sillan. & in l. metum.
b §. sed licet sup. quod met. causa per illum tex. vbi q
licite potest pecuniam accipere, vt alium defendat:
ergo datur intelligi quod non tenetur, quia turpi-
ter accipere. l. pen. sup. de cond. ob tur. cau. & ita per
istam rationem tenet glo. in c. quando de sent. ex-
com. Et isto fundamento vtitur Iac. But. refert in l.
vt vim. col. 1. sup. de iust. & iur. Salyc. in l. quisquis.
§. id q̄d. C. ad leg. Iul. mai. & Rom. in cōs. 116. ex præ
missa. Et prædictā rōnem oēs Mod. vbiq; sequunt.

Sed tamen rationi prædictę dupliciter respōderi
potest. Primo, quod tex. in d. l. metum. §. sed licet. lo
quitur †quando quis suscipit defensionem alterius
5 generaliter, vt liberetur à vi hostium vel latronū,
tunc enim licite accipit pecuniā, quia vr̄ locare ope
ras suas. ut colligitur ibi, mercedem accepisse vr̄. Et
tali casu res tractum habet successiuum, secus vide-
tur quādo agitur de aliquo casu particulari, & mo
mentaneo occurrenti, prout Doct. loquuntur, quia
videtur quod alium quis teneatur iuuare, si potest,
vt hic in regula à contrario sensu probatur.

Secundo respondetur, ꝙ tex. in d. §. sed licet. loq-
tur quando quis nō poterat alium iuuare & defen
dere sine periculo eius, quia agebatur quòd illd de
fenderet à vi hostium & latronum, & hoc gratis fa-
6 cere nō debet, † quia quis non tenetur subijcere se
periculo. c. ex parte. lo. 2. de app. secus videtur quan
do absque periculo hoc fieri possit, prout Docto. lo
quuntur, & ita Alb. dicit in d. §. sed licet. & no. Bal.
in l. 1. col. 3. C. de ser. fug. ubi istam reg. intelligit, qn̄
quis commode potest alium defendere. Pro com-
7 muni tamen opi. facit, † quia nōn compellitur q s
alteri benefacere, ut per gl. in c. ad reprimēdum. de
offic.

a Teneatur. Quod sic. latè lo. igne. in l. 1. §. serui appellatione. num 132. cum seq sup. ad Sillan. dixi ad Dec. c. 1. de off. deleg. Idem Alber. in d. l. metum autem. §. sed licet.

b Tenet. Vide eū dem in d. c. 1. ubi refert oīa q̄ hic, & ibi Felyn. 2. col. uers. conclude ergo, & c. & Abb. 2. col. uers. aduerte. & Barb. 8. col. uer. capio. & idem Ias. in l. ut uim pe. col. in prin. ff. de iust. & iu. & Anch. c. dilecto de sent, excom. lib. 6. 2. col. vers. si quis tamen idem Are. §. iuris præcep. instit. de iure. in fi. & Fely. in c. qui alios. de hær. & sit patet hanc esse cōmunem opin. quòd de iure ciuili quis non tenetur alium defendere nisi in casibus traditis p Bart. & alios in d. l. ut uim. & p Anch. ubi supr. sh ubicunq; ags defendere extra reum, & cum

offi.ord.Sed responderi potest hoc non habere locũ in delictis in quibus quis obuiare debet si potest.ut in reg.hic à contrario sensu.

8 Et retenta communi opin. Bal. in l.ut uim.in §. q.s.de insti.& iure infert, quòd si potui offensum iuuare clamando,& non feci,nõ teneor, & si scio, ꝙ Titius velit occidere *a* Seium si tacui, non teneor, *b* licet esset honestũ reuelare.& idẽ Pau. de Ca.in l. j.C.de his quib.vt indi.& facit qđ no.Bar.in l. vtrũ. in fi.de parricid.& in l.1.§.occisorum sup. ad Silla. 8 a b

Et prædicta communis opin. limitatur secundũ Bal.in c.j.de off.deleg.non habere locum in delicto parricidij.per d.l.vtrum.& idem Bar.in d.l.j.§. occisorum.de quo dicendum est, vt dixi in d.c. 1. col.4. de offic.deleg.

9 † Similiter in crimine læsæ *c* maiestatis punitur sciens qui non reuelauit.l.quisquis.§.id quod.C.ad legem Iul.maie.& no. Bar.in d.l.1. §.occisorũ in d. l.vtrum in fin.ubi ex hoc infert,quòd subditus qui sciens non reuelauit tractatum contra principem, vel contra suam rempublicam,ꝙ puniatur.& sequitur Abb.in c.1.de off.deleg.& in c.1.de resti. spolia. 9 c

Et hoc sanè intelligitur, quãdo sciẽs tale delictũ committendum,illud probare *d* potest,alias secus. vnde ut not.uoluit Bal.in cons.incipit quanquam. quem Ang.Aret. refert in tra. maleficiorũ in versi. che d

defendẽdo aliũ occideret, non ueniret puniendus. ita Ias. ubi sup. col. antepe. uer. sed pulchrũ. dubium,ubi dicit hanc esse cõmunem opi. & uide D.Phil.ubi supr.in 5. col.in uers. & subijcit in isto primo membro. &c. Hier.Chuc.

a Occidere. Ias. sequitur ibi Bald. in 7. colũ. uers. & ex hoc ultimo, &c. dicendo, ꝙ est speciale in crimine læsæ maiest. quod quis teneatur releuare, & sic quod in alijs quis nõ tenetur.

b Tenor. Fallit in eo qui aliquo iure ciuili est obligatus ad defensionem, uel amolitionem periculi, ut filius seruus,uasallus. uide Ioannem Igneum.in l.1. §. quod si quis puta ueneno num.22.cum seq. ad Sillan.

c Læsæ. Idem tenent omnes quos allegaui.in 1.apost.super litera a,& ui de Fel. in c.quanto de senten.excomm. ubi refert omnes tenentes contra dictum Bar. & in cap.qui alios.ubi dicit quod non seruatur in practica,licet in cap.1. de off. deleg.dicat quod sic. & idem Ang. in tract. maleficiorum, hic alleg. & dictum consi.nunquam potui reperire & adde,quod coniunctio sanguinis excusaret aliqualiter non reuelantem, de quo & alijs dictis hic uide latissime Hippol. de Marsiliis in sing.154.incip.nemo debet se submittere & per Bertach. in suo repert. in uers. scire in uers. 14. ubi dicit se fecisse decapitari quosdam ex sola sententia tractatus non reuelati contra Papam, ubi refert plures qui secuti sũt dictum Bar in d.l.utrum hic alleg. H.C.

d Probare. Alber.par.stat.q.1-5.Thom. Aquil.in 3.sen. distin.19. & problem. 1. artic. 16.

che hai tradito la tua patria col.5.verſ. quòd crimẽ læſæ.& cap.Et pro dicto Bal facit in l. noſtris.in fi. C.de cal.& 2.q.7.quapropter & not. Ioã.de Ana. in rub.de his qui fil.occid. cum ſi. ut tradit Fel. in c. quantæ.de ſentẽ.excom.& in cap.de cætero col. fin. de re iud.& nouiſ.ſcribit Soc.in conſ.165. in cauſa fratris.

10 † Venio ad ſecũdum, in quo gl. concludit, ꝙ de iure canonico teneatur quis obuiare delicto.& ad hoc facit tex.in c.quãtæ.in fin.de ſent.excommu.ibi eos delinquentibus fauere interpretans, qui cũ poſſint, manifeſto facinori deſinunt obuiare. Ad idem text. in c.ſicut dignum.§.illi etiã.de homic.in c. delicto. de ſenten.excom.in 6.cum ſim.ſup.Alleg. And. Sicul.in c.1.extra de offic.deleg.tenet quod gl.iſta nõ ſit vera, quia etiã de iure canonico quis nõ tenetur

a alium iuuare,*a* & hoc in foro contentioſo, & ſecus in foro conſcientiæ eſſe dicit. Et hoc modo iura prę alleg.ſecundum eũ intelliguntur.& iſta non eſt noua eius opin.Nam ita etiam expreſſe dicit Anto.de But.in d.c.quantæ ꝙ iſta gl.intelligitur in foro cõſcientiæ.& idem Abb.in c.j.col.fi. verſ. ad tertiũ in fin.§.de reſtit.ſpol.Salyc.in l.quiſquis verſ.ad id qđ C.ad legẽ Iul.maieſta. Bald.in l.1.col.4. C. de ſeruis fugit.Ioannes de Anan. in cap. ſecundo. de hæret. Moderni ſequitur in d.cap.quantæ. & in l. vt vim. de iuſtit.& iure. Sed tamen diligenter conſiderandum eſt pro defenſione gloſſ.hic, quia non conſonat quòd iura præallegata reſtringantur in foro conſcientiæ, quia ſimpliciter loquuntur, ergo intelliguntur ſimpliciter de iure canonico in foro contentioſo prout communiter iura canonico loquũ-

11 tur, † quia quando iura Canonica aliter in foro conſcientiæ volunt diſponere quàm in foro contẽtioſo, ſolent hoc exprimere capitu.quicunque. decimaſeptima, quæſt.quarta, capitu.inquiſitioni. de ſenten.excommun. capitu.tua nos de ſponſa.& q a ſi in foro conſcientię quis tenetur alium iuuare idẽ

videtur

a Iuuare. Hanc opin. dicit eſſe communẽ Moder. D. Phil. in c.1. de offic. deleg.in 5.col.ver. & licet iſta uideatur cõis, &c. hanc etiam dicit Iaſ. communem in l. vt vim. col. pen. uerſic. tene contrariũ prout tenet,&c.

videtur esse de iure canonico.quia etiam de iure ca non. bonum animæ consideratur,ut per gl. in c. cũ contingat de iureiur.& facit tex.in d.c.quantæ. dũ dicit quòd catholica autoritas condemnat faciẽtes & consentientes.& certè hoc primum dictum videtur habere locum de iure canonico in foro contentioso.vt etiã probatur in cap.1.de offi.deleg.Deinde in d.c.1.primum dictum de consentientib.Papa interpretatur,cũ dicit eos fauere delinquentibus,q. cũ possunt, desinunt,manifesto facinori obuiare. Vnde sicut primum dictum in foro contentioso intelligitur,& ita etiam in secundo dcto dicendũ videtur.Quia lex interpretans secundum legem interpretatã intelligitur.§.1.in anth. de fil.ante dot. instru.nat.Cõprobatur hoc:quia tex.in d.c.quantę. loquitur de manifesto facinore,ergo vr̃ loqui in foro contentioso,quia in foro cõscientiæ,idẽ esset in facinore nõ manifesto,de quo q.s haberet notitiã.

Quia † in foro cõscientię sola ueritas inspicitur, 12
ut per Inn.in c.quia plerique.de immu.eccle. & eodẽ modo loquitur tex.in d.c.sicut dignũ & 13. q. 7. in ca.negligere.& facit etiam tex.in d.c.dilecto.ver. quidem.vbi primo dicitur,quòd quis potest vicinũ uel proximum defendere.& hoc clarum est etiã in foro contentioso,vt no.in l.vt vim.de iust.& iur.De inde ampliando in eod.casu tex.dicit,imò si potest, & negligat, uidetur iniuriam fouere:ergo hoc secũdum dictum pariter in foro contentioso intelligitur. & gl.hic defenditur.

† Et retenta conclusione gl.inferri potest, idẽ es- 13
se de iure ciuili,ex quo contrarium non est cautũ de iure ciuili.iux.not in c.1.de nou.oper.nunc.imò idẽ probatur de iure ciuili à contrario sensu hic.Et hoc qñ põt absque eius periculo,alias secus,ut sup. dictum est.Et ideo quod dicit Bal.in d.l.vt uim.nõ videtur uerum , quia clamando,& reuelando, bono modo alium iuuare potest,& debet, si commode fieri possit.

IN L. NON VIDETVR.

Argumenta.

1 *Capere pro se qui nō valet, vt alij reddat accipere pōt.*
2 *Capere quando nō dicatur, qui alij restituere tenetur.*
3 *Capere verbum cum effectu intelligi debet.*
4 *Accipere verbum, sine effectu intelligi potest.*
5 *Accipere nō dicitur q aliena autoritate quid sortitur.*
6 *Accipiat, verbum an sit directum, vel obliquum.*

REGVLA LI.

NON videtur quibusdam id capere, quod ei necesse est alij restituere.

VLTRA gl. exemplum hr̃ in l. cogi. §. hi qui so
1 lidum sup. ad Treb.† vbi incapax *a* qui pro se resti-
2 tuere non potest, accipere potest vt alij restituat: q̃ a capere non videtur, vt hic dicitur. ad idem text. in l. sed si mortis. §. item si quis. vers. sed si opponas sup. de leg. præst. & in l. Sulpitius. supra de dona. inter virum & vx. & in l. fi. §. fi. C. de bo. quæ lib. & facit tex. in l. si quis mandato. & quod ibi Bart. supr. de nego. gest. vbi abesse dr̃ illud in quo quis alteri obligatus est. & abesse dr̃ ille, qui pro modico tempore præsēs sit, vt in notab. q. tradit Paul. de Cast. in l. sed & si pupillus. §. conditio sup. de inst. & dixi in ca. quoniam Abb. in gl. 1. de offi. deleg.

a Incapax Quot modis dicatur, vide Bal. in l. cū quam. 7. col. C. de fideic. vbi & ponit, si sit hæres institutus & grauatus fideicom. an possit cogi adire & restituere, & an capacitas probetur per duos testes. ita Bald. in l. errore. C. de testib.

2 † Et regula ista intelligitur, quando quis statim & incontinenti tenetur alij restituere, secus videtur si cum interuallo, ita quòd in medio tempore haberet utilitatem. Quia istud interusurium medij temporis consideratur, vt probatur in d. l. Sulpitius. ibi, si id egit vxor vt aliquid de ea re interim commodi sentiret maritus. & ad idem text. l. in lege Falcidia non hr̃ ibi, medij temporis enim commodum computatur. & in l. quantitate. §. magna dubitatio. ver. in diem. sup. ad leg. Falcid. & in l. mulier. §. si hæres. vers. alia causa est. sup. ad Treb.

Et

Et no. ꝙ in regula dr̄ † capere: quia tale verbum 3
cum effectu, intelligitur ut habeat & retineat ad vtilitatem eius. l. aliud est capere. sup. de verb. sig. l. ex facto. §. Iulianus. in prin. sup. de vul. & pup. facit tex. in l. ciuitatib. §. fin. de leg. 1. vbi non videtur capere, qui tantum erogat quantum accipit.

† Sed verbum accipere, etiam sine effectu intelligit d. l. aliud est, & iō de necessitate verbum accipere nō importat dominij translationem: ut no. Bar. in l. naturalis. §. 1, in prin. in uers. & sic apud sup. de cond. ob cau. & in l. cum mota. C. de transac. † Et notandum est, ꝙ accipere non propria autoritate, sed de manu alterius, vt tradit Luc. de Penna in l. dñi. in prin. C. de agricol. & censi. lib. 11. ubi ad hoc plura iura inducit. Et præsertim tex. in c. lector. 23. distin. ibi accipe & esto relator verbi Dei. Sed tn̄ ille tex. & alia iura quæ adducit non negant quin etiam accipere intelligi possit à seipso. & Bartol. in l. Centurio *a* in 3. col. in vers. tertio quæro. † concludit, ꝙ verbum accipiat, sit directum sup. de vulg. & pu. & idē Bal. in c. si pr̄ de testa. in 6. prout refert ibi, & sequit̄ Perusin. in versi. 18. & facit tex. in l. Titia cum testō. §. 1. ibi, à seipsa acciperet vllam. de leg. 2. nisi dicat̄, quòd ibi ita expressum sit à testatore.

4 (margin) 5 (margin) 2 (margin) 6 (margin)

a Centurio. & ibi per Lancell. in sua reper. fol. 17.

IN L. NON VIDETVR DEFENDERE.

Argumenta.

1 *Defendere non dicitur quis duobus modis.*
2 *Absens ex iusta causa, latitare non dicitur.*
3 *Defendere non dicitur, qui defensionem suscipere recusat.*
4 *Defensionem suscipiens sed non perseuerans, defendere non dicitur.*
5 *Defendere qui tenetur iure & facto teneri ad defendēdum intelligitur & nu. 6.*
7 *Princeps aut dominus defensionem alicuius qualem suscipere præsumatur.*

Regula

REGVLA LII.

NON videtur defendere non tantum qui latitat: sed & is qui præsens negat se defendere, aut non vult suscipere actiones.

Exemplum secũdum gl. ad istam regulam habetur in l.2. in prin. in l. hæc autẽ. §. rectè defendi sup. ex quibus cau. in pos. eatur. & in l. rectè sup. de iud. & ad idem tex. in l. item ait prætor. defendi autem.
1 ff. ex quib. cau. maio. & sic colligitur hic, † ꝙ duob. modis quis dicitur non defendere.

Primo, si latitat & latitatio est turpis occultatio sui. l. Fulcinius. §. quid sit latitare. ff. quib. caus. in pos. eatur. not. per gl. in l. satis sup. de in ius uoc. Et in effectu latitare est sui copiam non facere, siue occulter se post columnas ut creditorem euitet, siue subterfugiat ne secum aliqua actio moueatur. Et qui ab urbe aufugit causa fraudandi, ut text. declarat in l. eum qui. de priuil. cred.
2 Et non dicitur † latitare, qui ex iusta causa abest. l.1. & l. si pater. §. si studio sup. de fideicom. lib. Nec dicitur latitare, qui præsens iudicium suscipere nõ cogitur. l. non uidetur. la. 1. de iud.
3 Secundo modo dicitur † non defendere etiã qui recusat defensionẽ suscipere, ut hic dicitur. & adhoc facit tex. in l. ętate. §. qui tacuit sup. de interrog. act. ubi act. qui est præsens & nõ respondet, dicitur prætorem contemnere, & in c. certum. 11. q. 3. ubi et contumax ille dicitur qui est præsens & parere noli lit. & propter hoc excommunicari potest.
4 † Tertio etiam dicitur non defendere ille qui suscipit defensionem, & non perseuerat. l.2. §. fi. sup. ex quibus causis in possess. eatur. & in d. c. certũ est 10. quæstio. 3. in dicta l. recte in fin. de iudic. Verbum
5 enim defendere, generale est. † unde qui tenetur de
a fendere, *a* intelligitur de defensione iuris & facti: q
deT

a Defendere. vide Doct. in l. stipulatio ista. de uerbo obl. & ibi las. in l. colum. in prin. & Eely ca. causam quæ. de off. deleg uers. non obstante. & in c. ego ce iure iur.

defensio vtranque defensionem complectitur. De defensione iuris, probatur in l. sed & si damnum. §. sed & creditor. supra de peculio ibi, ad defensionẽ sententiæ suæ. & in l. cũ hic statutus. §. si ambo. sup. de donationibus inter virum & vxorem ibi: ex verbis orationis defendimus. Et de vtraque defensione colligitur in l. 1. C. de iuris & facti ignoran. in l. consentaneũ. C. quomodo & quand. iudex in l. si quidẽ & l. defensiones in l. cũ modũ. C. de excep. in l. seruũ quoque. §. publice in l. sed & hæ. §. defendere. sup. de procur. & in l. 2. per totum sup. ex quib. cau. in poss. catur. & not. Luc. de Penna in l. apud eũ. col. 1. C. de agric. & censi. lib. 11. & idẽ Alex. *a* tradit in cõs. 163. a alias consultus lib. 5.

a Alex. cõs. 291. in fi. lib. 6.

6 Et ideo qui promittit aliquem defendere, † intelligit de facto & de iure: & de facto intelligitur, vt faciat in iudicio ea quæ sunt facti, videlicet assistere apud tribunal, testes producere, soluere expensas, & alia quæ in facto cõsistunt. non autem intelligitur ꝙ armata manu defendat. Quia etiam si quis expresse promittat alium de iure & de facto defendere, intelligit in iudicio & nõ armata manu: vt not. Bar. in l. stipulatio ista in prin. circa fin. de uerb. oblig. Quia uerba intelligũtur secundũ naturam contractus. l. fin. C. de act. empt. ubi Bal. hoc idẽ dicit in vers. quærunt Doct. cũ sim. ut tradit Alex. in d. l. stipulatio ista in prin. & cõs. 127. viso instrumẽto. col. 2. lib. 5. Et hoc intelligitur in priuato. secus est, in 7 domino & in principe *b* qui acciperet aliquem sub b eius protectione & defensione: quia intelligitur ꝙ de facto armata manu illũ defendat: vt tradit Petr. de Anch. in cons. 87. omisso primo dub. Et ad prædicta facit quæstio quã ponit Bar. in l. quidam cũ filiũ. col. 2. de uerb. oblig. de illo qui mihi promisit castrũ defendere. Nam intelligitur quando bellum iniuste inferatur cum si. ut Alex. scribit in cons. 115. super de quo quæritur lib. 3.

b Principe. Alb. Bru. cons. 86 col. 1. vide Ias. d. l. stipulatio ista col. fin.

IN L. CVIVS PER ERROREM.

Argumenta.

1 *Donatio censetur, quando recipiens scienter indebitum recipit.*

2 *Vsuras repetere potest, qui scienter soluit indebitas.*

3 *Donatio. on præsumitur in dubio.*

4 *Donare quando is præsumatur, qui indebitum soluit.*

REGVLA LIII.

CVIVS per errorem dati repetitio est: eius consulto dati donatio est.

AD idem tex. in l. 1. in fi. sup. de cond. indeb. in l. debitū. C. eod. tit. Et ideo talis donatio requirit in-
1 sinuationem vt not. Bar. in l. i. ff. de dona. † Et quod dicit de donatione hic, intelligitur quādo recipiēs scienter recipit indebitū, quia tunc concurrit consensus vtriusque, & est donatio. Sicut si recipiens ignoraret, qui tūc nō esset donatio, ut Bar. dicit in d. l. 1. per l. absenti. sup. de dona. cū si. ut tradit Alex. in l. si ergo. si cer. pet. col. fin. Et licet nō sit donatio, tamen repeti non potest quod datum est, quia recōciliatur donatio: vt not. per gl. in d. l. si ego. in ver. cōsumpserit. ubi Paul. de Cast. reprehendit Ang. qui aliter uidetur uoluisse, vt Alex. ibi refert.

Secundo, regula ista intelligiutr in eo qui spōte dedit: secus si ex necessitate: vt probatur in c. debito
2 ris de iurer. † ubi ille qui soluit scienter vsuras indebitas, potest illas repetere: quia ex necessitate cogitur soluere propter uinculum iuramenti.

Tertio regula habet locum quādo alia coniectura capi non potest. Secus ubi alia coniectura haberi potest. Exemplum in l. si cum aurum supra de sol. &
3 ibi Bart. † in dubio enim donatio nō præsumitur. l. campanus supra de ope. lib. l. cum de indebito supra de probat. cap. super hoc de renun. Et ubi cadit alia coniectura, etiā leuis donatio nō p̄sumitur: ut

not.Bal.in l.1.C.ad Treb.alleg.l.dispensatorem sup. de solu.& potius præsumitur error,quàm donatio vt not.per gl.in l.generaliter in vers.causa.C. de nō num.pec.ubi Bal.in 4. opp.& Ang.ibi in 2.col.dicit se ita cōsuluisse Imo.not.in l.à Titio.col.2.de verb. oblig.cū sim.vt Alex.tradit in conf. 13.ex his quæ in themate.col.2.li.1.& in cōs.19.in his quæ in themate.colum.2.lib.4. Et ideo ubi potest cadere alia p̄sumptio quā renuntiationis, nunquā uidet̄ quis priuilegio renūtiare,ut no.Io.And.& Ant.de Butr. in c.accedētib.de pri.Alex.in conf.33.pōderatis his. col.2.lib.5.& idē Alex.in cōs.27.attētis narratis.li.3.

Quarto regula procedit † in eo qui soluit scienter debitum principale,tunc uidetur donare: quia alia coniectura non cadit.Secus est in eo qui soluit vsuras quæ accessoriæ sunt ad debitū:quia licet ipsę indebitæ sint & scienter solutæ non inducitur donatio: ut not.Bar.per illum tex.in l.si nō sortem. §. si quis falso sup.de cond.ind. Quia uidetur soluisse ne molestetur super debito principali ad quod putabat se teneri:& sic pōt capi alia coniectura,quàm donationis:ideo donatio non p̄sumitur.vt sup. proxime dictum fuit. Et sic ista limitatio satis concluditur in prædictis. 4

Et hoc idem tradit Alex.in conf.80. circa primū dubium.col. fi.li.3.& limito ut per Bar.in l.si certis annis.C.de pact. Et quia materia ista altiorē postularet indaginem.& satis no.est:ut latius habetur in d.l.1.de cond.indeb.

IN L. NEMO PLVS IVRIS.

Argumenta.

1 *Donatum nō dicitur,qđ ab eo,qui donare nō pōt,datur.*

2 *Dare nemo potest,quod non habet.*

3 *Creditor rem debitoris alienare potest.*

4 *Iudex rem non suam in alium transferre potest.*

5 *Dare,quot modis in iure capiatur.*

6 *Transferre nō pōt quis,qđ nec actu habet,nec potētia.*

Regula

REGVLA LIIII.

NEMO plus iuris ad alium transferre potest, quàm ipse habeat.

Eadem regula ponitur in reg. nemo de reg. iur. in 6. Ad idē tex. in traditio sup. de ac. re. do. in c. nu-
1 per. de do. inter vi. & vxo. † Et pro non dato habetur quod datur ab eo qui donare non potest c. ꝙ autē. in fin. de iur. pat. & qui nihil habet, nihil dare po-
2 test. 1. q. 7. in ca. Diabertum. & † nemo dat quod nō habet, ut dicitur de consecr. distin. 4. in cap. quomodo. & in l si filius. C. de donat. facit tex. in l. 2. C. de pœn. in l. 1. qui pro sua iurisd. & 62. distinct. in cap. nulla ratio. & in l. obseruare sup. de offi. proconsul. circa fi. & ibi Bar. & in l. si uniuersæ, ubi Bald. C. de leg. secundum istam reg. arguit Fulg. in consil. 63. Classius. col. 3.

a Et limitatur *a* regula non habere locum in pluribus casibus, ut no. per glo. hic. & d. reg. nemo. & in
3 l. traditio. & in c. 1. de sup. neg. præl. Nam † primo in creditore non habet locum qui potest alienare rem debitoris instit. quib. alien. lic. in princ. & in l. non est nouum sup. de acquiren. rer. dom. ubi dicitur, non est nouum, quòd qui dominium non habet, alij dominium præbeat. & exemplum ponit in creditore, & idem in tutore & curatore, qui ex causa potest bona pupilli uel adulti alienare l. lex quæ tutores. l. fi. C. de admin. tut. idem in procuratore.
4 §. nihil autem. instit. de rer. diuis. † idem in iudice qui adiudicando rem alicui, dominium transfert quod ipse non habet. §. fin. instit. de off. iud. cum si. ut per glo. hic. & in locis præalleg. & in d. reg. nemo. ubi Dyn. ad quem Bart. hic se remittit. Bald. uerò in l. manumissiones, circa fin. in uers. item glo. sup. de iust. & iur. declarando istam regulam, dicit, ꝙ
5 † darē sumitur dupliciter. Primo, pro cōferre: secū do, pro transferre. Primo modo regula nō ꝓcedit: quia episcopus confert beneficia, in quibus nō hēt

a Limitatur. Vide Moder. in § j. insti. quib. aliena licet.

dominium,neque possessionem,sed sufficit, ꝙ habeat ius conferendi. Secundo modo habet locum regula,quia quis transferre non potest quod nō habet.& sequitur Ang. Aret. instit. de libert.in princ. col.2.Sed tamen concludi potest, ꝙ regula indistincte procedat: quia creditor qui habuit potestatem alienandi,illud facit nomine domini,& eius voluntate,ex quo ita semel uoluit,& se obligauit, & probatur in §.1.insti.qui alie.lic.ibi, voluntate debitoris intelligitur pignus alienare.Et idem in procuratore,tutore, & curatore q̃ nomine domini faciũt. Et sic à domino uidetur dominium transferri. In episcopo & iudice qui concedunt quod non habẽt, illud rōne officij,& quo ad interpretationem iuris habere videntur.Et sic dicimus, ꝙ qui non pōt dare quod non habet,verè uel interpretatiuè secundū iuris dispositionem.& Abb.in c.curat. in fi. de iur. pat. † dicit,& illud quod quis habet in actu, nec in 6
potentia,trāsferri non potest. Sed illud quis habet in potentia,licet non in actu,pōt in alium transferri,ut patet in canonicis,qui eligunt episcopum, & Cardinalibus,qui eligunt summum Pontificem.

a Aedificare. Vide Ias. post doc. in l. ex hoc iure. col.2.ff. de iust. & iur & per D. Phil.1.in reg.dōmum suā in fi. uerbis Hippol. de Marsil.in suo sing. 154. incip. cuilibet licitum &c. & per Soc. qui ponit regulam cum fallen. in reg. 101. fol. 16. & magis late per Ias. in re pet.l. quominus supra de flumi. in 5.col. uers.2. ad idem adde illud, &c.

IN L. NVLLVS VIDETVR.

Argumenta.

1 *Aedificare in suo,& altius tollere potest quis liberè.*

2 *Facere tenetur quis quod alij prodest,& sibi non nocet.*

REGVLA LV.

NVLLVS videtur dolo facere,qui suo iure vtitur.

VLTRA iura alleg.in gl.est tex.qui ita dicit in l.3.§.is tamen sup.de lib.ho.exhib.in l.iniuriarum. §.1.de iniur.in l.si donaturus.§. si quis indebitam. de condi.ob cau.

Et ista ratione † quis potest in suo ędificare. *a* & 1
altius tollere ædificium usque ad cęlum, ẽt dato ꝙ

lumina

lumina vicini obſcurentur l.altius.l.in ędibus.C.de ſer.& aqua.l.cum eo.l.imperatores.ſupr. de ſer.vrb. præd.cum ſi.vt per gl.in d.l.altius.ad idem tex. in l. Proculus ſup. de dam.infec. *b* Et hoc intelligitur & pro-

b De dam.in fe.Per iſta iura videtur affirmatiue dicendum,vni-

b

cuique licere in domo propria contigua domui vicini facere fornellum auricalchi cauſa coquendi, ex quo magnum damnum ſperatur inferri vicino ex fumo prouenturo ex dicto fornello in domum vicini continguam,quam partem etiam affirmare videtur Bartol.Veronen.in ſuo eleganti tract.de ſer.in tit.de ſer.vrba. præd.in cap.de fornace.fi.verbis.vbi dicit, quod ea quæ ſupra dixerat de fornace, videlicet quod quis poſſit in muro proprio iuxta murum vicini facere fornacem, habeant locum in fornello: dum in terminis quæſtio inter quendam nobilem mercatorem, & eius vicinum verteretur de facto medio,& adhuc pendet,inter rogatus fui à dicto mercatore quid ſentirem? Reſpondeo partem negatiuam eſſe veriorem,quam ita firmaui. Reſpondeo ſupra dictis iuribus per aduerſam partem adductis,& primo ꝑ tex. in l.ſicut §.Ariſto.ſup.ſi ſerui.vend.in verſic.in ſuo enim alij. qui vult,quòd ita liceat cuique in ſuo facere, quatenus nihil in alienum immittat. & ſic ſupradicta iura diſponentia quem poſſe in ſuo ædificare,dato ꝙ vicino noceat,debent limitari niſi in alienū facto hominis aliquid immittatur:vel ex opere facto ſeu fiendo in ſuo,veniat in neceſſariam conſequentiam in alienum naturaliter immittendum, propter quod magnum damnum inferatur vicino, quia tunc dico vicinum habere ius prohibendi contra vicinum ædificare volentem.& ita intelligendo d.§.Ariſt. limitabā prædicta iura.Ex cuius §.rōne ſecundo dicebam nō procedere qñ magnum damnum paſſurus eſſet vicinus, quia tunc bene poſſet prohibere ædificantem,ex cuius ædificio ſperatur dictum dānū. pro quo ēt eſt tex.in l.cuius ædificium. ſup.ſi ſer. vend. Tertio & ſimiliter limitabam, qñ legitimum ſpatium non eſſet intermiſſum inter domum vicini & ædificantis,vt in l.imperatores.ſupra de ſer.vrb.præd.quod ſpatium ad hoc vt dicatur legitimum,dico eſſe debere tm̄ ꝙ veriſimile ſit vicinum nullum aut non graue dānum eſſe paſſurū,ita declarat Cæpol.quæſtione iſta in d.c.de fornace.in 3.q.& in c.de balneo & ſtufa.in prin.& in cap. de fumo.in princ.qui refert ita tenere Ang.in l.quidam Iberus.de ſerui.vrba. præd.ꝓ qua vř mihi ꝙ ſit reg.in d.l.imperatores.in verſ.legitimo

& ita intelligendo non obstabit tex. in l. fi. sup. fin. regun. per quē videbatur dicendum quòd intermissio duorum pedum esset legitimum spatium iudicando de fornello, prout de domo: quia d.l. intelligitur habito respectu ad ipsum ædificium: quia ex eius qualitate apparet, quòd spatium duorum pedum sit legitimum spatium ne vicini ædificio noceat. sed habito respectu ad ignem, vel fumum, ex altero quorum damnificabitur vicinus, dictum spatium non dicatur legitimum, quia qualitas ædificij propter ignem vel fumum grandem exposcit vt tantum spatium intermittatur. quòd verisimile sit nullum aut modicum damnum vicinum esse passurum. ad cuius confirmationem considerabam quare tex. in d.l. fi. & iura ibi alleg. in gl. disposuerunt tantam diuersitatem circa intermissionem spatij in casib. ibi positis: nisi quia qualitate vniuscuiusque ædificij spatium statutum in vno quoque casu est sufficiens eo intermissione damnum patiatur vicinus ædificantis. Ergo idem uidetur dicendum in casu nostro, cum qualitas ædificij hoc expostulet ut tantum spatium intermittatur quod verisimile sit quod damnum nullū vel ad minus modicum inferretur vicino per d. lege quidam Iberus. & lege imperatores. quod etiā ratio naturalis hoc exposcit, quæ si lex deficeret esset seruanda, ut in c. 2. requiris. de appel. in fi. not. Abb. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu. in 5. col. in medio. & sic per ista cōcludo, vicinum posse prohibere vicinum ædificare volentem, vel quod ita longe ædificet quòd damnum nō patiatur, siue ex igne, siue ex fumo, dato quod fumus non sit morbosus, dum tamē sit grādis, ex quo magnū damnū inferatur vicino, ut in d. §. Aristo. quia si fetosus esset fumus, tunc multo magis posset prohiberi. vt in lege. 2. §. idem ait, si odore. & ibi gl. sup. ne quid in loco publico. pro quo facit quod not. Cæpol. in c. de sterquilinio. & in c. de necessarijs. ubi vult, quod in suo non est licitum aliquid facere, per quod veniat in domum vicini. H.C.

a Licet. Adde Lud. Rom. consi. 52. incip. in qō ne magnificorū.

procedit qn̄ quis hoc facit ad eius vtilitatem, vt sibi ꝓficiat. Secus aūt esset si hoc faceret vt alteri potius noceret; quia tunc nō licet a arg. l. j. §. deniq; sup. de aqua plu. arc. & ita illā. l. latius limitat. & declarat Pau. de Cast. in l. cū eo supra alleg. de seru. vrb. pd. & hoc sequitur Alex. in cōs. 164. opportunè considera tis. in 2. lib. & idē tradit Bar. Veron. in tract. de ser. a

vrba.

urb.præd.in tit.de solo seu area.col. 2. vers.5.fallit. & facit tex.in l.opus.supra de ope.pu. in l. in fundo
2 supra de rei vend.† Nam quis tenetur facere qđ sibi non nocet,& alijs prodest.l.2.in prin.sup.sol. matri. declarando ut Bar.ibi tradit.

IN L. SEMPER IN DVBIIS.

Argumenta.

1 *Interpretatio minor semper in dubio capi debet.*

2 *Benignitas in subditorum correctione attendenda.*

Semper in dubijs benigniora præferenda sunt.

a VLTRA alle. *a* in gl.ad idem tex.in l.proxi. in versic. sed in re dubia supra de his quæ in test. del.
1 † ibi in re dubia benigniorem interpretationem se qui non minus iustius quam tutius facit tex.in l.benignius.supra de legi.in l.si fuerit.in fi.de leg.3.ibi, hoc valere benignum est ꝙ in l.cum in testō de reb. dub.cum sim.vt tradit Rom.in cons 61.Florentina, constitutio col.2 facit et tex.in l. inter pares. sup.de re iud.l.Iulianus.supra de manumis.in c.fi.de re iu-
2 di.† Et ista benignitas etiam in correctione subditorum attenditur.Sed non debet esse nimia,ne subditos resoluat in malum,ut dicitur 45.dist.in c. disciplina.Et reg.ista intelligitur seruata prius verborum proprietate,quæ in re dubia in primis attenditur,vt no.per gl.in l.non possunt.supr. de legibus & colligitur ex doct.Abb.in c.1.de const. & dixi ibi in col.pen. uers.tertia concl.

a Allegata. vide lattissime Felyn. in ca. audi-tis, de præscr.in 19.colum.ubi in 20.sed colum.in uersi. secundo limita dicit regulam nostram nō habere locū fauore animi, de quo ultra eum qui plura refe. vide Hippol. de Marsil. in sing. 151 incip. semper in dubijs. & in 10.sing. 207. incip.reg.

IN L. BONA FIDES.

Argumenta.

1 *Reo debendi vno soluente, liberantur reliqui.*

2 *Executio sententiæ impeditur exceptionis solutione.*

3 *Exceptio solutionis semper opponi potest non obstante statuto, &c.*

4 *Obligatio est maleficio vel quasi, non potest bis puniri.*

Accusatio non potest replicari, absolutio semel accusatio.

Dem

5 *Deus non punit bis in idipsum,*

6 *Absolutione facta per dispensationem non debet iterũ inquisitio fieri.*

7 *Delicta præterita aggrauant commissa.*

8 *Homicida qualiter puniri debeat, stantibus statutis diuersam pœnam infligentibus.*

9 *Delicta alibi commissa, delictum, de quo agitur, grauare solent.*

10 *Bannitum occidens quare puniri non debeat.*

REGVLA LVII.

BONA *fides non patitur vt bis idem exigatur.*

ET ista ratione † licet plures rei debendi obligati insolidũ sint vno tñ soluente oẽs liberantur. §.ex huiusmodi instit.de duob.reis.& in l.3.§.fin.supra eod.tit. Quia solutione eius quod debetur oĩs tollit obligatio insti.quib.mod.tol.oblig.in prin. 1

Et ex ista ratione † executio sententiæ semper ꝑ exceptionẽ solutionis impeditur, vt no.Ioan. And. in addit.Spec.in tit.de execu.sententiæ.§.fin. qui incipit, postremo super uersi.16.in fin. post Guid. de Suza.quem ibi refert.quia solutione eius quod debetur,omnis tollitur obligatio,ut dictum est. 2

Et pari ratione dicit Ang. l. & non tantum. §. quòd si pro emptore supra de pet.hæred.quod licet præcise velit statutum, quod contra iuramentum nulla exceptio opponatur, † non tamen excluditur exceptio solutionis,quia natura non patitur vt quod semel exactum est,iterum exigantur.& sequitur Alex.in cons.113.col.2.viso.lib.5. 3

Et cum prædictis concordat Pet.de Anch.in cõs. 260.alias 256.ex uerbis.circa fin.dicens,quòd cõtra executionem sententiæ semper opponi potest exceptio solutionis per istum tex.quia bona fides nõ patitur ut bis idem exigatur.& allegat Cy.in l.1.C.de condi.indebit.& dicit quòd ita seruatur Venetijs. & in simili casu istum tex.alleg.Rom.in cons.13.in cip.uisa,in 2.dubio.

Et

4 Et ista regula † etiam locum habet in oblig. ex malefic. vel quasi, ut dicit glo. 2. instit. quib. mo. tol. obli. in princ. quia sæpius de eiusdem hominis facto non quæritur. ut dicitur in l. licet. §. fi. ff. nau. caü stab. & in l. si cui. §. ijsdem. de accusa. Et si accu-
a satus fuit absolutus *a* non potest accusatio replicari c. de his de accus.

5 † Et diuina clemētia dimissa peccata in ultione ul tertius redire non patitur, ut inquit tex. c. si illis. Et
b hoc ꝓcedit *b* siue per viā accusationis, siue ꝑ viā inq̄sitionis, semel cognitum fuerit. & no. Bar. in d. l. si cui. §. ijsdē, & Io. de Ana. ī cōs. 17. uisa relatione. co. 3

6 Et idem † si absolutio facta sit per viam dispensationis. ut no. per gl. d. c. de his. & in c. ex tua. per illum tex. de filijs presby. & in c. fi. in gl. pen. de tem. ord. & in c. 2. in glo. 1. de schisma. cum simil.

7 Bene uerum est † quod delicta, pro quibus facta fuit absolutio, aggrauant aliud delictum postea cō missum, ut notat Bal. per illum tex. in auth. qui semel. col. pen. uersi. ex ista autem. in fi. sumitur arg.
8 C. quomodo & quando iudex. † vbi decidit, ꝙ stante statuto, ꝙ homicida puniatur in centum, & alio statuto caueatur, quod si quis commisit duo homicidia decapitetur Nam si quis commisit duo homi
c cidia, licet pro primo soluerit *c* pęnam, tamē debet decapitari. Quia primum pro quo fuit soluta pecunia. debet computari, ut dicatur duo homicidia cō misisse per illum tex. vbi contumacia propter quā solutæ fuerunt expensæ, aggrauat aliam contumaciam postea commissam. & sequitur Pet. de Anch. in c. 1. de consti. in uersi. firmat. alibi idē Bal. & facit quod no. Bar. in l. sicut. §. fi. circa fi. in uer. omisi hic
9 vnam quæstionem. supra de accus. ubi cōcludit, † ꝙ delicta alibi cōmissa, de quibus iudex cognoscere
d *d* non potest, aggrauant *e* delictum postea commis
e sum, de quo iudex cognoscit. & idē Bal. in auth. sed nouo iure col. 11. ver. sed dubitatur. C. de ser. fug. & sequitur Abb. in c. 1. per gl. 1. de cler. percus. & in c. j. in

a Absolutus VI de Fely. in c. de his hic allega. ubi ponit regulā cum suis fallentijs.

b Procedit. Hoc tñ non habet locū de iure canonico regulariter nō ponitur eadē pœna per uiā inquisitionis, qua per uiā accusationis, ut ibi per eum.

c Soluerit dñs Franc. de Aret. tenet. contra dictū Bal. in d. authen. qui semel. in c. sicut. de testib. col. 2. in fi. uersi. in gl. posita &c. per illam glo. sed uide ibi Felyn. qui tenet cōtra, quia in veritate gl. hoc nō bene probat. & ibi satis remissiuē in 2. col.

d Cognoscere; De quibus uide Socinum, in tractatu fallen. in reg. 87. fol. 10. uide longā a postillam ad Bar. in d. §. fin. super litera, b.

e Aggrauant. Quia ex perseuerantia pon. maior pęna tex. fi. in l. unica. §. de superxacto.

in fi. de pœnis.& Bart. Veron.in consi.78. visa col.j. Et ista conclusio procedit quando constat de delicto alibi commisso, sed non potest. pro illo puniri, quia soluit condemnationem vel præscriptum fuit, vel in alio territorio commissum est. Secus si à tali delicto fuisse absolutus, vt notabiliter tradit Rom.in consi.236.vt præmissa consultatio.

Secundo dictum Bal.in d.auth.qui semel. & alio rum in locis supra alleg. habet locum *a* in homicidio, vel alio delicto punibili. a

10 † Secus si homicidium esse permissum, ut quia occisus sit bannitus: quia statuto poterat impunè occidi, quia tale homicidium cum factum fuerit statuto permittente, pœnam non meretur. l. Gracchus, C. de adult. vbi Bal. per illum tex. ita dicit.

Et hoc dictum sane intelligitur, ꝙ non possit puniri qui bannitum interfecit. Sed tamen non erit habilis ad dignitatem. Quia stante statuto, ꝙ homicida non possit esse de prioribus, etiam talis qui bānitum interfecerit nō poterit esse de priorib. quia tale homicidiū. licet tolerabile sit, nō est laudabile. ita Bal. dicit in l. decuriones. circa fin. C. ex q. b. cau. infa. irrog. ubi tn̄ in fi. limitat hoc nisi statutū dicat ꝙ bānitus impune & licite offendi & occidi possit. Quia tūc per illud verbū, licite, nullo mō est maleficiū. de quo dixi in c. episcopus. de præb. vbi vidēdū.

Ib. 11. & tex. in l. 3. ff. uerbis. C. de episc. audie. ubi Bal. per illū text. dicit, ꝙ ille qui geminat de bet spectare ueniam, & sic si aliquis imperrauerit ueniam à principe de secūdo delicto nō facta mentione de primo, talis gratia est surrepti tia, de quo dicto uide Barba. c. super literis. de rescript. col. 24. & uide Ang. in d. l. 3. ubi dicit, ꝙ dictū Bar. in §. fi. hic alle. & ita seruatur de consuetudine, de quo uide Barba. in c. fi de for. compe. col. & in c. postulasti. eo. tit. col. 39. per Fely. in c. si cut. & de test. col. 2. per dom. Franc. de Aret. in c. cum nō ab homine. de iud.

a Locum. Vide And. in reg. peccati col. 4. uers. & ista faciunt isto tit. lib 6. qui in omnib. cōcordat cum dom. Phil. H. C.

IN L. EX POENALIBVS.

Argumenta.

1 *Actio de peculio non datur in patrem, si non sit factus locupletior. & num. 4.*

2 *Pater quatenus pro filio datur in administratione generali concessa.*

4 *Pater pro delicto filij tenetur, ex quo locupletior est effectus. & num. 5.*

5 *Locupletiorem alium esse factum quis probare debeat.*

6 *Pater quo casu non teneatur de peculio.*

7 *Pater ratione officij publici pro filio præcipue tenetur.*

REGV-

REGVLA LVIII.

Ex pœnalibus causæ non solet in patrem de peculio actio dari.

1 Ista regula intelligitur,† nisi quatenus pater esset factus locupletior, vt dicitur in l.3. §. ex furtiua, supra de pecul.& not.per gl.hic. Et sic regula habetur cum limitatione glo.

2 Primo circa regulam considerandum est ꝙ pater pro filio regulariter tenetur quatenus est in pe
a culio. *a* Quia concedendo illi peculium ex præsumpta eius voluntate videtur pater obligari quatenus est in peculio, ut declarat Bart. in l.1. col.2. in versi.
3 itē ista æquitas supra de peculio. † Et sicut in ista generali administratione peculij data filio nō venit donatio l. filiusfamilias in prin. supra de donati. l. cōtra iuris. §. fi. supra de pact. ita ēt nō uenit illicitū & a iure prohibitū. l. si procurator. supra de cōdict. indeb. ideo si filius ex delicto conueniatur, pater de peculio nō tenetur. ut text. hic dicit, quia admi. filij limit. fuit in contractu, & nō habet locū in delictis
a *b* l.j. §. si filiusfamil. supra de his qui deiec. vel effud. ibi, in patrem nō datur actio quia ex contractu nō uenit vnde publicatis bonis filij propter eius delictū nō intelligitur publicatū eius peculium. l.3. vbi Bal. C. de bonis præscrip. dicit tñ Bal. ibi in solatiū amissi filij, sicut econtra publicatis bonis patris peculiū ꝙ speciali priuilegio reseruatur patris peculium filij non publicatur no. Bar. per illū tex. in l.3. §. sed vtrū circa fi. in ver. vltimo. no. sup. de minor.

4 Et ista regula limitatur, ut dictū est, † nisi pater ex tali delicto factus sit locupletior. vt ex tex. in d.l. 1. §. ex furtiua de pet. il. & no. per glo. in l. cū ancilla. C. quod cum eo in verb. locupletior. ubi enumerat alios plures casus in quibus solum obligatur pater uel dñs de peculio quatenus factus sit locupletior.

5 Et locupletior dr factus, quando pater esset in lucro

a In peculio. Adde Moder. in l. eum filius. ff. de verb. oblig. & Iaf. post Io. Fabrum in §. actiones autem. inst. de act.

b Delictis. Vide Bar. in l. quoties la 2. sup. de nox. & Bal. in l. neq, eius. alias est in C. ne filius pro patre.

lucro cum alterius iactura, ut probatur in l. si quis mancipijs. §. fi. de institto. in §. pe. qui incipit sinaũt, institu. quibus alie. licet, vel nõ. & in l. verum. §. sciẽdũ. supra de minoribus. & dicit Bal. in l. fi. C. de vsucapi. pro empt. ꝙ dr̃ factus locupletior qñ cõstat de vtilitate quæ in actu permanet, vel prouisum fuit necessitati allegat. l. sed an vltro. §. supra de neg. gest.

Et dicit Ang. in l. verũ in gl. supra de petit. hered. ꝙ ille videtur locupletior ad quem probatur fructibus. ꝑuenisse, nisi ille probet cõsumpsisse inutiliter.

Dicit tñ Ang. in cons. 160. pro decisione in fin. ꝙ nõ sufficit probare ꝙ quis fructus in eius utilitatẽ conuertisset: quia ex hoc non sequitur ꝙ quis fructus in eius vtilitatẽ cõuertisset in vsus suos & familię, splendidius viuẽdo, & sic nõ remaneret locupletior.

Sed certe satis *a* esse videtur, si probetur fructus vel res ad aliquẽ ꝑuenisse. Ex hoc. n. vr̃ fundata intẽtio eius ꝗ dicit illũ factũ esse locupletiorẽ, nisi ipse postea probet de mala cõsumptione, ꝑ supradicta. a

Ex quibus videtur, quòd non recte dicat gl. insti. quib. alie. nõ licet. §. pen. in verbo, locupletior, dũ inquit, quod dicitur quis factus locupletior, si non sit pauperior, alleg. text. qui hoc dicit in l. in pupillo, supra de solut. ibi nam hoc ipso quòd non est pauperior factus, locupletior est.

a Satis, Imò nõ sufficit, ut etiam tenet Ang consi. 133. Curr. Sen. cons. 71. Ias. l. Ne sennius. §. 2. supra de re iud.

Sed ad illũ tex. respõdetur, quod intelligitur qđ non sit pauperior soluendo, & faciẽdo quod ab eo petitur, quia si nõ remanet in dãno facta solutione, ergo illud quod habebat, erat sibi in lucro, & ita illũ tex. declarat Bar. in l. 1. §. impuberes. s͂ commod.

† Et quis debeat probare alium esse effectum locupletiorem, not. Bal. in l. 1. C. si aduer. cred. & in l. prædiorum. C. de prædijs min. Et ad supradicta uidendum est quòd scribit Franc. de Curt. in cons. 62. principes defunctus in 3. col. 6

Postremo contra istam regulã videtur tex. in l. 3. §. fin. quĩ incip. si filiusfamilias. supra de pecul. ubi filiusfa-

filiusfamilias fuit in magistratu,& fecit litem suã, casu obligatur ex quasi malefi.insti.de obli. quæ ex malefi.§.si filiusfamil.Et tamen ex tali quasi maleficio datur actio de peculio contra patrem d.l.§.fi.cõtra tex.hic Fulg.in d.l.3.§.ex furtiua, miratur de illo tex.si respõdet esse speciale in tali casu, quia secũdũ eum talis obligatio est reducta ad similitudinẽ obligationis ex contractu quia transit in hęredẽ.
7 l.magistratus supra de magi. conuen. † Et in alia obligatione ex quasi maleficio pater non obligatur etiam de peculio ut probatur in d.§.si filiusfamil.& d.l.1.§.si filiosfamilias de his qui deiec.uel
8 effud.Et ratio specialitatis uidetur,† quia pater ratione publici officij magis,quã in alijs,pro filio obligatur.l.quoties supra ad munici.

IN L. HAEREDEM.

Argumenta.

1 *Hæres eadem cum defuncto persona reputatur.*
2 *Statutum loquẽs de promissore, non habet locum in hærede.*
3 *Hæres ratificare potest quod defuncti nomine factũ est.*
4 *Hæredis factum idem cum facto defuncti creditur.*
5 *Pactum cum aliquo factum,porrigitur ad eius hæredem.*
Promittẽs pro se,præsumitur pro suis hæredib.pmisisse.
6 *Promittens de facto suo tãtum,hæredem non excludit suum.*
7 *Declarandi potestas ad hæredem non transumitur.*
8 *Hæreditate adita intelligũtur,quæ de hærede dicũtur.*
Substitutio de hæredibus facta, intelligitur si adierit hæreditatem.
9 *Hæres qualiter executori in testamento dicatur dari.*
10 *Hæres quando demum quis dicatur.*

REGVLA LIX.

HÆREDEM eiusdem potestatis iurisque esse, cuius fuit defunctus,constat.

1 Nam hæres † est quodãmodo eadem a persona cum defuncto. §.1.in aut.de iureiur.à mori præstit.

a Eadem. Dec. cons.262. col.2.

stit.& bene dicit tex.ibi,quodammodo quod verbū denotat improprietatem.l in suis.supra de libc. &, posthu.Quia vere alia est persona hæredis,& alia defuncti,ut no.Domin.in c.2.in fi.de iur.cal.in fi.in 6. Et ideo in materia in qua verba proprie & uere accipi debent, hæres non reputatur eadem persona cū defuncto,vt probatur in l.qui Romę.§.Augerius de verb. obli.vbi ille qui ꝓmittit soluere illud in quo apparebit patrem suum debitorē esse,non tenetur, si de tali debito contra hæredem constiterit. Et per illum textum dicit Aret.ibi post.Dyn.& Imo.quod debitor post mortem nō dicitur debitor, a licet hæredem reliquerit.& facit tex.in l.cum ita datur sup. de cond.& demon.ubi conditio dandi Titio nō potest impleri in hærede Titii.& no. Bart.in l. sub diuersis. supra de cond.& demon.ubi cōcludit, quod iussus dare alicui sub nomine proprio, non potest dare hæredi. bene facit quod no.Bal.in d l.1. col.fi. uer. pone statutum dicit. C.de execu. rei iud. ubi inquit,quod si potestas debet habere decē pro executione facta contra cōdemnatos, non habebit decem si executio facta sit contra hæredem condemnati, quia hæres non est condemnatus. 1

a Debitor. Et illum tex. dicit ibi unicum ad hoc Alex. ibi in 2 colū.in princ. Ias.in prin.

2 Et ex his confirmatur † quod no. Ang.in l.postulante supra ad Treb.vbi uoluit, quod licet statutū dicit quod debitor capi.possit & carcerari,habeat locum etiam contra hæredem:ut Bar. ibi. & Doc. dicunt. Secus tamen est secundum eum si statutū loquatur de permissore.Quia non habet locum in hęrede;quia licet hæres debitor, nō tñ dr̄ promissor quia ipse nō promisit.& sequit Alex. ibi col.3.Et ex prædictis tradit Socin.in cons.294.præsens consultatio.

Et prædicta procedunt attenta vi & proprietate verborū. Sed quātū ad iuris interpretationē, hæres eadē persona cū defuncto reputat̄:quia regulariter est eiusdē potestatis cuius fuit defunctus,ut tex.hic dicit,& no.Pet.de Anch. per istū textum in cōsi. 25.

in fi.in quæst.supradicta.†Et ideo factum nomine
a defuncti ratificari potest per hæredẽ.*a* l.quo enim in §.si procuratori.suprà rẽ ratam habe.& no. Bar. in l.bonorum.col.2.in vers.quæro utrum supra rẽ rat.habe.cum simil.ut tradit Alex.in d.l.si eius in uerbo,negotiorum.col.3.supra si cer.pe.& idẽ Angel.In consi.161.uiso col.fin.
4 Et factum hæredis *b* reputatur factum defun-
b cti ut not.Angel.in cons. 185. Brunellus notarius. alleg.vxorem.§.agri plagam de leg.3.Et testamentum defuncti & hæredis vnum & idẽ reputatur. ut in no.q.tradit Paul.de Cast.in cõsi.64.uidetur dicendũ . Et hæredi non potest opponi ꝙ non sit nominatus instr̃o:quia nominato Titio,eius hęres nominatus videtur:vt not.Bal.in l.1.col.1.C.quorum legat.& ideo non potest hæres improbare factum defuncti.l.si cum à matre.C.de rei uendica. l. si ad ea C.de neg.gest.l.si vxor.ff.de bono.auth.iud. pos.
5 † Et in dubio pactum factum ab aliquo ad eius hæredem porrigitur.l.si pactum supra de probat.l. iurisgentium.§.pactorum supra de pactis.

Et qui promittit pro se ẽt pro hæredibus promisisse vr̃,per gl.& Bart.in l.si sic.de verb. obli. cũ sim. ut tradit Alex.in cõsi.13.perspectis his col.pe.lib. 5.
6 † Et qui promittit tm̃ *c* de facto suo,non excludit
c hæredem:vt no.Bar.in l.si seruus.la.2.supra de cõdic.furt.Bal.in l.fina.C.de actio.emp. cum simil.ut Alex.scribit in cõsi.18. attentis narratis colum.fi. lib.5.

Et regula quæ hic ponitur,limitatur,vt supra dictum est. Et etiam non procedit quibusdam casibus in quibus potestas quæ datur defuncto,ad hęredem nõ porrigit.l.omnimodo.C.de inoffi. testa. l.fi.C.de reuo.dona.& in l.3.supra de ser.expor.
7 Vnde † potestas declarandi non trãsit ad hæredẽ vt no.Bar.in l.edita.C.de eden.l.inter stipulantẽ. §. 1.de verb. oblig. cũ simil.ut Alex.ibi tradit,& dixi in d.l.edita.& facit tex.in l.q a ꝑsonales sol.matr.&

a Hæredẽ. Imò eo ipso vr̃ ratificare.Bart.l.1.§. sol.matr. Alexã. cons.91.colũ. 2. lib.3. consil. 92. nu 4.lib.4.

b Hæredis. Et adde ꝙ quando hæres aliq̃d facit, vel exequit̃ ex dispositione defuncti, ꝙ hæres necesse facedũ habet, tũc dr̃ à defuncto,& nõ ab hærede procedere.l. adoptiuam §.1. ff.de iur.dot. Barb.in repe.rub.de reb. eccle. non alie. col.66. ver.& ex istis sequitur. & in c.literis.col.2. de rescr.H.C.

c Tm̃. Adde ꝙ nec eum cuius est hæres excludit Dec consil. 215.nu.8.consil. 281.Nic. Duer. in loc.leg. à natura dict.laxatiuarum. And.Tiraq.tract.retrac. conuen.q.1.glo. 6.num.5. Boer. Dec.7 . sed valde errant.

in l.1.C.de priuile.do.cum sim.& facultas insinuādi donationem nō competit hæredi. ut no.Aret.in cons.123. in causa quæ uertitur.in primo dubio.& ibi in 2.col.limitat,& declarat regulam istius legis. Et adde quod licet hæres reputetur eadem persona cum defuncto.ut supra dictum est.Secus tamen est in hærede hæredis qui non reputatur eadem persona cum defuncto,ut no.uoluit Paul.de Cast.in cōs. 192.visis dubijs.circa fi.lib.2.

Postremo notādum est, † quòd prædicta omnia 8
quæ dicuntur de hærede,intelliguntur adita *a* hęre a
ditate.l.3.§.si quis hęredi.supra de statu libe.& in l. si in diē. in prin.& quod ibi Bar.supra de cōd.& de. Et ideo substitutio facta de hæredibus,intelligitur si hæreditatē adiuerint.l.si plures.ī fi. ubi gl.& Bar. supra de vulg. & pup.† Et hæres datus executori in 6
testamento, intelligitur si hæres sit cū effectu,ita ꝙ adeat hæreditatē.l.Lucius.la.1.ubi Bar.C. de fideic. lib.& no.Bar.in l.codicillis.§.1.supra de ann.le.Pau. de Cast.in d.l.si plures: & no.Bal.in d.l.fi.in prin.C. si pen.app.mors interue. † ubi inquit. quòd hęres 10
quis non dicitur antequam testamentum aditione hæredis confirmatum sit allc.l.si seruus communis Mæuij.in prin.de stip.

IN L. SEMPER QVI NON.
Argumenta.

1 *Mandare quando quis præsumatur.*
2 *Absens quando consentire dicatur.*
3 *Possessio quando emptori à domino censeatur tradita.*
4 *Donatio causa mortis nudo pacto fieri potest.& nu.5.*
6 *Ratihabitio trahitur,& æquiparatur mandato.*
7 *Mandatum speciale an possit dari sola taciturnitate.*
8 *Delictum an putetur mandare, qui cum posset, noluit probare.*
9 *Possessio præsumitur ratificari per fructuū perceptionē.*
10 *Laudum quando censeatur ratificatum.*
11 *Ratificare nequit quis, quod non suo nomine gestū est.*

Ratum

REGVLA LX.

Semper qui prohibet pro se internenire, mandare creditur. Sed si quis ratum habuit quod gestum est, obstringitur mandati actione.

DVO sunt dicta circa primum gl. & bene exemplum ponit. secundum l. qui patitur. supra mandati. Et ista regula & text. in d. l. qui patitur, intelligit̃
1 †quando quis est praesens. & non contradicit, vt no. Bal. in l supra de neg. gest. & sequitur Alex. in l. saepe. in char. 9. col. 34. uers. 17. saluari potest. supra de re iudic. & Bart. hoc idem dicit. in l. si pecuniam. C. de neg. gest. Et verba satis conueniunt, quia illud uerbum, patitur, arguit praesentiam, & eodem mo-
a do verbum illud, non prohibet. *a*

Sed tamen considerandũ est, quòd ista regula, & d. l. qui patitur, intelligitur qñ tractatur de vtilitate eius qui patitur, & non contradicit, ut not. per glo. in d. l. qui patitur. & not. Bar. in l. 1. sup. de neg. gest.
2 †Et tali casu idem videtur in absente. Quia si fiat actu: in quo agatur de vtilitate absentis. statim qđ ille absens scit, & non contradicit, cõsentire videt̃, ut no. Bart. in l. quo enim. supra rem ratam hab. allegat. l. si absentis. & quod ibi not. per glo. & Doct. C. si certum petatur. & sequitur Abbas. in c. nonne. in fi. de praesump. & sic data scientia in vtroque nõ vide-

a Prohibet. pro quo facit tex. in l. Sabinus. supra cõi diuid. q tex. no. probat ẽt cõclusioné, q praesens & tacẽs qñ agit̃ de eius praeiudicio, dicitur aliqualiter consentire. & sic nõ in totum. H. C.

tur differentia inter absentem ꝙ præsentem. Nā sicut præsens qui tacet uidetur consentire, quia de eius vtilitate agitur, eadem ratio videtur in absente postea quàm scit. & non contradicit. Et secundum hoc regula uidetur generaliter procedere, & ad istā regulam facit tex. in l. 1. §. magistrum autem suprà de exercit. ibi: si scit, & passus est eum in naue magisterio fungi, ipse eum imposuisse uidetur. & ad idē facit tex. in l. 2. C. de acq. poss. ubi † possessio emptori tradita uidetur à domino qui scit, & patitur illū esse in possessione. 3

Et secūdum istam regulam in notabili quęstio. consuluit Petrus de Anch. in cons. 63. motiua iudicis. in ver. quo ad quartum. & Alc. in cons. 120. ponderatis lib. 5. col. 2.

Et per dictam l. qui patitur concludit Soc. in consi. 112. multum abundè. col. 4. quòd † sola præsentia donatarij tacentis facit donationem causa mortis, quæ hodie potest fieri pacto nudo. iuxta glo. in l. cū pater. §. Mæuio. de leg. 2. quia cū agatur de utilitate sua præsumitur consentire. d. l. qui patitur. & hoc idem uoluit Ang. in terminis in consi. 185. ex themate prædicto. col. 2. in hoc tamē contrarium *a* uoluit Aret. in l. 2. uers. circa secundam qualitatem &c. de leg. 1. Et secundum opinio. Aret. consului dum essem vltra montes: quia sicut Bart. in l. iuris gentium. §. quinimò. col. 5. & in l. sicuti in prin. de pact. interpretatur. l. si quis argentum. C. de donat. ut non habeat locum in pacto præsumpto, quia concurrerent duo specialia: quod fieret donatio pacto modo & præsumpto: sic etiam dicit Aret. in d. l. 2. licet hodie pacto nudo etiam fieri possit donatio causa morris, secundum gl. in d. §. Mæuio. hoc intelligitur in pacto nudo expresso, & non in præsumpto, quia dicit ipse quando quis donat præsenti & tacenti, non uidetur pactum sed pollicitatio. l. ex pollicitatione. de pollicit. & hoc confirmatur ex his quæ dixi in rubr. C. de pact. alleg. 4 a

a Contrarium. idē Dec. in rub. in fi. C. de pact. & quos latè citat Andr. Tiraq. repet. l. si unquā. vers. donatione largitus, nu. 128. licet contra alleget, num. 139. C. de reuoc. donat.

alleg.Host.in sum.de pac.in prin.ibi,in idē placitus & consensus.& in l.pactum.supra de pollic.ibi,duorum consensus atque conuentio.& licet quandoq; etiam ex consensu unius à lege pactum inducatur: ut l.no.Bar.in l.2.C.de pac.cum si.ut tradit ibi Ale. illud non est pactum simpliciter, sed secundū q.d: sicut distinguitur contractus à quasi contractu,q.a in contractu consideraт expressus cōsensus.in quasi contractu,tacitus.insti.de obli.ex quasi cōtractu,in
5 prin.†Et ideo in proposito,licet nudo pacto hodie etiam possit fieri donatio causa mortis, intelligit de pacto nudo uerbis expresso,& non uidetur habere locum in isto casu.In quo uidetur potius pollicitatio,quàm pactum, uel saltem est pactum tacitū & presumptum,in quo non uidetur habere locum quod dicit gl.& in d.l.cū pater. §. Mæuio.de leg. 2. secundum Aret.in d.l.2. col. 2. & dixi in cons. 235.
6 Secundum dictum est,in quo alia regula conti-
a netur,†quod ratihabitio retrotrahitur,*a* & mandato æquiparatur,ut habetur in regu. ratihabitionē. eo.tit.in 6.Ad idem est tex.in l.fin.C. ad Maced.in l. licet supra de iud.in l.si pecuniam.C. de neg. gest. & in c.fi.de iureiur.in 6.
7 † Et ista regula etiam habet locum in requirē-
b tib.speciale mandatum *b* ut no.Ang. in d.l. licet in prin.

a Retrotrahit. uide Fely. in c. sicut lo.2. de simo.fin. col. ubi ponit reg. cum 9. f ll. & latas remissiones in materia: ultra quem uide Abb. & Fel. in c. nonnulli §. sunt & alii: de rescrip. col.3. & in cap. causam. de iud. col.pen.uers.sed deueniēdo, &c. ubi ponit quòd secundū magis cōem opin.snia lata contra falsum procuratorem potest ratificari. quod tamen limitat 12. modis. & idem in c. 1. col. pen. & ult.de re iud. & Anch. & doc. in d.reg.ratihabitionem lib.6.& idem quod Fely.in d.cap causam. dicit Ias.in l.licet.C.de procur.ubi ponit 13.limit.in pen col.uers.in ult.parte gl.& Ias. in l. qui in aliena. de acq.hær.col.4 uers.glo.in uers.rem ratam haberi. ubi dicit, quod ea quæ à principio non possunt explicari per procuratorem, non possunt haberi rata. & eundem in l nec is §.1.de acq.hæred. col.2. ubi dicit, quòd ratificatio non extenditur ad ignorata & quæ sit necessaria ad hoc ut ratificatio teneat, uide Barbat.cap nonnulli §.sunt & alij de rescript. colum. 7. in princip. ubi etiam tractat istam materiam,& quibus modis fiat. uide eundem in c. ex parte decani.de rescript.col.10. & circa id quod dictum fuit de procuratore falso, uide Fel.cap.1.& ult.col.de re iud.& in c.post cessionem. 7. col. uers. secundo declarat,& de probat.& quando habeat locum, uide per eundem in cap prudentiā. de off.deleg.col.penul.uers.nunquid.& ibi Barbat. col.4.H.C.

b Mandatum.uide Fel.in d.c.sicut.fi.col.in fine, ubi refert tenentes hanc opi. & Ias.l.si quis mihi bona.§.iussum. de acq.hæred. col. 6.

prin.de iud.alleg.lo. And.in c.cupientes. §. quòd si per viginti.de elect.in 6.& tex.in c.1.de homi. in 6. & probatur in d.c.fi. de iureiur. in 6. & idem tenet Bal.in l.si maritus.C.manda. per tex.in l. quod si de speciali.supra de minor. Alexan.in consi.28.uiso.co lum.3.lib.5.

† Similiter ista regula habet locū in delictis a c. cum ad sedem.de restitu.spol.1.§.deiecisse.uer. sed & si cum quis supra de vi & vi arma.& ibi gl.& Bar. & gl.in c.quám sit.in uer.petere.de elec.in 6. & uo. Bal.in d.l.fi.in fi.C.ad Macc.& in l. non ideo minus col.7.uers.vndecimo quæritur.C.de accusa. Pau.de Cast.in cons.422.quia scio in 4. colū. in antiquis.& Soc.in cons.148.iustissime iudex.in fi. Et talis ratifi catio fieri non potest non solum uerbis, sed etiam facto, ut tex. dicit in l. Paulus respondet supra rem rat.hab.nam plus est facere, quam pronunciare l.si tamē.§.ei qui supra de edil. edic. & plus est aliquid facere facto, quam verbo, ut dicit tex.in c.dilecti. el 1.de appe. Et ideo si uniuersitas soluit expensas factas in lite per syndicum non legitime constitutū, uidetur gesta per eam ratificare, ut no. Spec. in tit. de synd.in uers.sed pone quod uniuersitas, colum. 2.ubi alleg.d.l.Paulus. & l. penul. supra de decis. in fin.&c. quo ad consul.de re iud.Et dictum Spec. sequitur Alexand.in consil.127.uiso instrumento co lum. 1.& in consil. 176. perspectis uerbis. in fin. lib.6. 8

a Delictis, adde Bal. post gl.in l. si pupillus. §. si Titij. ff. de neg. gest.latissime Salye. post Bald. in d. l.non ideo minus hic alle. canon.in c.2.de ord. cogn. Ang. Aret. in tracta. maleficiorum, in uers.Sempro. mandat. & ibi per additio. in uers. nunc quin decimo. & quid operetur in delictis, uide Abb. c.cum uos. de his quæ fiūnt a prælatis &c. & finaliter uide Ang. in l. Iulianus.2. col.supra qui satisd. cog.quod si mā do tibi, quod occidas talem, & tu iam occidisti, quòd non teneo, nec ex man dato, nec ex aliqua ratihabitio ne, de quo per lat. in repet. l. quo minus sup. de flum.H.C.

Secundo hoc limitatur,quādo conditio respicit substantiam actus:secus vero si respicit executionē, † quia talis conditio etiam expressa non uitiaret.l. mutuo.§.sub conditione sup.de tutel.prout illum tex.declarat Bar.in l.1.col.1.vers.2.de cōdi.& demō. facit quod no.Bar.de conditione, quæ respicit executionem. in l.item quia supra de pact. in l. ita demum sup.de arbit.cum sim.ut dixi in c.2.de rescrip. 7

Tertio,hoc limitatur † non habere locum in cōditione tacita,quæ ex natura actus intelligitur, ut tex.hic dicit de acceptilatione facta de debito cōditionali:quia tacite,intelligitur si cōditio obligationis purificata sit. & hoc est quod Bal. dicit in l. si q̄s à certo.in vers.opponitur quòd acceptilatio sup. de condi.ob caus.dum inquit,quod actus de quib. hic dr̄,nō recipiunt conditiones extrinsecas.secus est in 8

extrin-

extrinsecis & legalibus, & idem Bal.in l.3.de leg.1. ubi eodem modo distinguit inter conditionem extrinsecam,& intrinsecam.& idem Bal .in l.cũ iudex
2 C.de sent.post gl.ibi,† ubi loquitur in sentẽtia quæ non potest ferri sup conditione extrinseca. l.2.§.biduum quando appel.sit.Secus est in intrinseca quæ respicit ipsum negotium.& idem not.Bar.in l.à diuo Pio.§.in venditione.in prin. de re iud. cum sim. vt tradit ibi Alex.col. 4.uers.quarta solutio. & idem Rom.in cons. 601.ut declarationem.col.2.

Et est aduertendum ad illud quod hic dicitur, ꝙ ista tacita conditio uitiaret si expressa sit:quia cum exprimatur illud quod tacite intelligebatur, expres
10 sio non deberet uitiare,† quia expressio eius quod tacite inest,nihil operatur.l.3.de leg.1.Bal.ibi opponit de isto tex. & respondet ꝙ hic expressio continet uitium formæ, ideo ꝑ expressionẽ actus uitiatur: quasi uelit, quòd in actibus hic expressis sit datũ, pro forma,quòd conditio non exprimatur,& idem dicunt Imol. ibi & Mod. idem no.Bar. in l.in diem. in fin.sup.de acceptil. ubi dicit, quòd peccatum in forma quãdo in acceptilatione apponitur dies uel conditio, & in isto casu ex quo expressio vitiat,non
a est par virtus taciti & expressi ut not.Alex.*a* cnns.59. attentis uerbis.col.pen.lib.3.

a Alex. nu. 15. uide Dec. cap. clericum col. fi. de iud. consil. 416.col. 3.

11 Vltimo quæritur,† an quod dicitur hic de conditione in istis actibus intelligatur etiã de cõditione de præsenti, uel præterito. Ioan.Fab. in §. conditiones.instit.de verb. oblig.videtur tenere. quòd talibus conditionibus non habeat locum iste tex.& ad hoc facit quia cum isti casus sint speciales & contra regulam, ut sup.declaratũ fuit, stricte intelligi debent. Et ideo in conditione propria intelliguntur,quæ est de futuro, & suspẽdit:secus uidet in cõditione de præterito uel præsenti, quæ non dr̃ proprie conditio,vt no.per gl.leg.sic.§.1.in uerbo demonstrationum,de leg.j.facit tex.in l.itaque.sup.si

cert.peta.in l. cũ in secundo.1.de iniust.reput. & in l.si ita stipulatus fuero hanc summam.de verb.obli.

Valet. & bene, quicquid De cius dicat.

Et ideo † valet collatio beneficij facta sub conditione, si vacat. vt not.per.gl.in c.1.de elect.in 6. & per Bal.in l.pe.circa fin.C.de sen.quæ sine certa quãtitate.& facit quod no.Bar.in l.cum propter.de leg., præstan.cum sim.vt tradit Alex.in l. iudex postquã, in fi.de iud.& plenius Rom.in cons. 551.sup. alleg. & latissimè Fely.in cap.cum cõtingat.de offi. deleg. 12

Sed tamen his & similibus non obstantibus contrarium de iure arbitror. † quod etiam cõditio de præsenti uel præterito in casibus hic expressis oppo ni non possit.& moueor per istum tex.ubi etiam cõditio quæ intrinseca sit de natura actus exprimi nõ põt, ut patet hic in acceptilatione, in qua tacita con ditio intelligitur, quæ tñ exprimi non põt: quia est datum pro forma, quòd isti actus fieri debent pure & absque cõdõne,& ideo hic expressio eius quod tacite intelligitur, vitiat. Secus est in alijs casibus hic nõ expressis. vt su. dictum fuit.& ad hoc facit tex.in l.eũ qui.§.fi.sup.de acq.hær.& gl.ibi quæ relata ad textum, extendit regulam, ut habeat locum in cõditione de præsenti. Non obstant allegata sup. in contrarium.& primo dum dicitur quod † conditio de præsenti vel de præterito nõn est proprie conditio. quia verum est quantum ad effectum suspensionis, tñ in sui apparẽtia est conditio quæ primo aspectu non habet certitudinem, quia opus est inquirere & inuestigare de ueritate conditionis. & ista ratione gl.& Doct.cõmuniter in d c.2.de elect.in 6.tenẽt nõ valere electionem factam etiam sub conditione de præsenti si vacat, quia data est forma, qđ isti actus debeant pure & simpliciter fieri. Non obstat quod valet sententia sub conditione intrinseca, etiã si expressa sit, quia non est sententia de actibus hic enumeratis,& licet per alia iura prohibetur sententia ferri sub condõne, illa prohibitio nõ est ita stricta:

13

14

quia

quia licet prohibeatur sententia ferri sub conditione, lata tñ ualet. l. 2. §. biduum. sup. quãdo appel. sit.

IN L. GENERALITER.

Argumenta,

1 *Fraus quid proprie dicatur.*
2 *Dolus à fraude differt, velut genus à specie.*
3 *Possessor malæfidei tam de fructibus perceptis quam de his, qui potuerunt percipi, tenetur. & nu. 4. & 5.*
6 *Possessor malæfidei titulum habens, non tenet ut de fructibus percipiendis.*

REGVLA LXXVIII.

Generaliter cum de fraude disputabitur, non quid habeat actor, sed quid per aduersarium habere non potuerit considerandum est.

1 Ibi, de fraunde disputatur. Nam † fraus proprie dicitur, quando permissum simulatur, & re vera prohibitum, agitur, ut not. Bald. in tit. si de feu. fue. controuer inter dom. & agn. in §. beneficiũ in princip. ubi ad hoc alleg. Ioan. Mona. in ca. auaritiæ. de elect. in 6. facit tex. in l. fraus. supra de leg. in l. in fraudem. supra de his quæ in fraud. cred. Et fraudem dicitur commitere ille, qui ad exceptionem alterius, & ad sui commodum, aut verum tacet, aut falsum exprimit. ita Abbas dicit in consi. 68. uidetur primo dictũ magistrum col. 1. Allegat not. in l. iurisgẽtium, §. dolo malo. & §. sed si fraudandi. supra de pact.

Et fraus proprie dr̃ contra fidem secundum Bal. in l. qua fortuitis col. 2. in uer. permitte ad euidẽtiã. C. de pig. acti. Et differt † dolus a fraude, tanquam
2 genus a specie, vt not. per gl. & Bart. a & Doct. in d. l. iurisgentiũ. §. sed si fraudãdi. vbi Alex. tradit. Corn. in cõsi. 181. uisa copia col. 3. lib. 3. de quo dixi. in ca. ex tenore in 4. no. de rescrip. Cum ergo de fraude disputat. cõsiderãdũ est non quid habeat actor, sed qđ p aduersariũ habere nõ potuit, vt in regula hic dr̃.

Et

a Bar. Adde Al. in reg seq. Abb. in c. ex tenore. de rescrip. & ibi Mo. & quot modis comittatur, uide Doc. in ca. quanto. de priuil. Phil. Fran. in reg cer. de reg. iu. li. 6. Abb. cõs. 7 2. col. incũbit onus probandi alleg. l quoties. & ibi Doct. sup. de probat. qualiter probat, uide Phil. Fran. in c. si te. de renunc. lib. 9. & las. in l. Titia. §. idẽ rñdit. lo. 5. 1. col de uerb obl. & per las. in §. item si quis inst. de act. 3. col. & qñ non pbatur quãdo p̃sumat in col. 8. i princ. & adde q ubicunq; fraus alleg. põt adiri iudex ecclesiasticus, quãdo agit de cã pauperum uel miserabiliũ personarum. Ita Anch. in regula, ea quæ 19. col. in medio, de reg. iur. lib. 6. & aperit etiam uiã petendæ restitutio. post quadrienium. Ita Anch. in c. eccl. de restit. in integ. eo. lib. in 2 col. & in fi. H. C.

Et sensus est, qđ nō debet considerari quid actor fraudatus habeat, quia nihil habet quod ipse possideret: sed illud quod per aduersarium habere nō potuit, hoc est illud quod percipere potuisset actor si rē habuisset. Et sic in effectu ille qui ratione fraudis cōuenitur, & de fructibus quos actor percipere potuisset tenetur. l. ait prætor. §. hanc. actionē. ſu. de his q̄ in frau. cre. & idem secundum gl. hic † in malefi- 3
dei possessore b qui non solum de fructibus perceptis, sed etiam de his quæ percipi potuerunt, tenetur. l. si nauis. §. fin. supra de rei uend. cum simil. alleg. in gl. ad idem tex. in l. dominium. C. de rei vend. in l. 1. C. de pet. hær. & facit tex. in l. apud Iulian. §. 1. de leg. 1. ibi, quos legatarius percipere potuit.

Et aduertendum est, quia hic videtur quòd teneatur de percipiendis ab actore, ibi, habeat actor. & in d. l. si nauis. §. fi. ibi an peritior. & in d. l. apud iulia. §. j. ibi. quos legatarius percipere potuit. & in l. sed & partus. supra quod met. cau. ibi, non solum qui percepti sunt, verum si plus ego percipere potui.

Sed contrarium videtur probare tex. in l. domū. C. de rei vendi. † ubi considerat quantum reus, & ipse possessor malæfidei percipere potuit. Petr. & Vl- 4
tra monta. in d. l. domum. dicūt ꝙ malæfidei possessor tenetur ante morā de illis quos ipse reus ꝑcipere potuit d. l. dom. Sed post morā tenetur de ꝑcipiēdis ab actore. Bar. ibi hoc reprehēdit, quia malæfidei possessor semper est in mora. ut no. in l. C. qđ met. cau. in l. mer. supr. de ui & vi ar. Sed replicare potest illud esse uerum respectu interitus, sed nō respectu fructuum percipiēdorum, de quibus agitur, in quibus congruum est, quod post moram sit magis grauatus, ita vt dicamus, quod post moram teneatur si actor plures percipere potuisset, quam ipse reus.

Bar. tamen in d. l. domum aliter concludit. dicens
† ꝙ aut quis vult referre ad id quod ex singulari in 6
dustria percipi potuisset, & tūc cōsideratur persona

actoris

actoris,& nõ rei.Quia si reus potuisset plus percipere ex eius singulari industria,ille nõ esset ex re, sed sua neg.l.2.§.j.sup.ad l.Fal.& nõ esset restringẽdũ.

Si uero quis vult se referre ad ilud quod cõiter ꝑcipi potuisset,tunc siue dicas,quantum percipi põt per reum,siue per actorem, idem est,ex quo relatio fit ad illud quod communi æstimatione percipi potest.& ista opi.Bar.magis, cõmuniter approbatur : ut Alex.dicit in d.l.apud iul.§. 1.

Sed tñ cõsiderandum est,quia primum dictũ de singularitate,nõ videtur uerum ,quia non attenditur singulare interesse actoris.l. pretia rerum.su.ad l.Fal.l.si sup.seruũ.ad l. Aquil.l.furti.in prin.de fur. Secũdũ.d.Bar. vr̃ bene procedere , quia ſi hr̃ relatio ad cõem æstimationẽ,non vr̃ ꝙ attendat̃ ꝑsona rei.

Et quod dictum est cõmuni æstimatione, limitatur dupliciter. Primo in possessore qui haberet causam à domino,quia tunc persona possessoris attenditur l.2.ubi Bal.per illum tex.C.de pig.act.

Secundo limitatur,ut no.Bar.in l.2.de fruc.& lit. expens.& tradit Alex.in d.l. apud Iulia.§. 1.

Et regula nostra hic limitatur secũdum glo. hic,
6 † nisi malæfidei possessor haberet titulum , quia tunc non tenetur de fructibus percipiendis. de quo uidendum est in l.si fundum.C.de rei.uend.

IN L. FRAVDIS.

Argumenta.

1 *Fraus duobus modis considerari potest.*
2 *Fraus ex consilio & euentu proueniens,tũc imputatur.*
3 *Dolus re ipsa præsumitur ex enormi læsione apparẽte.*
4 *Renuntiationem dolo factam non ualere, qualiter intelligatur.*

REGVLA LXVI.

Fraudis interpretatio semper in iure ciuili;non ex euentu duntaxat,sed ex consilio quoq; desideratur.

1 Et sic † fraus consideratur dupliciter,ex proposito & intentione.

Et re ipsa idem colligitur in l. ait prætor. §. demũ. sup. de his quæ in frau. cred. in l. 1. C. de ser. pig. dato manumiss. Sic etiã in dolo dr̃ dolus ex proposito. l. 1. §. 2. sup. de do. & re ipsa. l. si quis cũ aliter. de ver. obl. Propriè tñ in re ipsa tm̃ nõ dr̃ dolus, ut no. per gl. in d. l. si quis cum aliter. in ver. dolum habet. Et idẽ vr̃ in frau. ut proprie nõ dicatur fraus. re ipsa absq; proposito. † Et ideo hic in regula copulatiue requiritur, ꝙ fraus fieri dicatur ex consi. & euen. in iuribus sup. alle. & in fraudem inst. quib. ex caus. ma. nõ licet & in l. in fraudem in fi. ff. qui & a quib. 2

Quandoque etiam sufficit ꝙ fraus re ipsa committatur: vt in l. fi. C. de his qui à non domino & in l. 1. §. 1. supra si quid in fraud. patro. & per glo. hic.

Et adde† quòd ex enormi læsione quæ apparet re ipsa, dolus *a* præsumitur: ut no. Bart. in l. fi. supra de præto. stip. cũ simil. vt tradit Alex. in l. si superstite. C. de dolo. & idem Rom. in consi. 53. visis. col. fin. in consi. 90. themate, in fin. And. Sicul. in cons. 42. col. 7. lib. 1. & Pet. de Anch. in cons. 38. pro clariori. ubi cõcludit, ꝙ c. quamuis. de pact. dum ibi dicitur. † non ualere renuntiationem si dolo facta sit, intelligitur de dolo etiam re ipsa tantum: aliter tamen in hoc tenet Alex. in consi. 42. super præmisso. col. 1. lib. 1. de quo latè dixi in cons. 180. ubi uidendum. 3 a 4

a Dolus. idem quod hic Aym. consi. 192. col. 2. Ias. consi. 18.

IN L. IN TOTO IVRE.

Argumenta.

1 *Lex minus generalis inter generales pro spẽali reputatur.*

2 *Indiuidua quare speciei derogent.*

3 *Aequiuocum quando pro specie sit sumendum.*

4 *Lex magis specialis dicitur, in qua utilitas maior inuenitur.*

5 *Regula specialior præsumitur, quã ea psonas respiciẽs, quæ casus intuetur.*

6 *Qualitas paucioribus competens, dispositionem reddit specialiorem.*

7 *Species an deroget generi in legibus. & nu. 9.*

Primo

8 *Priuilegium alicui concessum, per legem generalem cõtrariam non tollitur.*
10 *Generi per speciem in diuersis legibus non derogatur.*
11 *Lex generalis quomodo confirmari dicatur speciali*
12 *Species an deroget in contractibus.*
13 *Generi an derogetur per speciem in vltimis voluntatib.*
14 *Speciei in legatis quando generali derogare dicatur.*
15 *Legatum generi, & species relictum vni aut diuersis, qualiter intelligendum.*
16 *Species causa dubitationis præsumitur adijci quãdoq;.*
17 *Specierum enumeratio genus respiciens, aut etiam non respiciens. qualiter intelligenda.*
18 *Laudum cum efficitur, generi per speciem derogatur.*
19 *Species generi detrahit in rescriptis pariter ac mãdatis.*
20 *Priuilegium secundum speciale, non derogat primo generali.*
21 *Mandatum speciale fisci non derogat speciali.*
22 *Mandatum speciale iurisdictionis nil potest generali detrahere.*

REGVLA LXXX.

a *IN toto iure generi per speciem derogatur: & illud potissimum habetur, quod ad speciem directum est.* a

b Eadem regula b hr̃ in regu.generi.eo.tit.in 6. Ad
1 declarationem huius reg. permittendũ est † ꝙ si leges sint generales, illa quæ est minus generalis pro
c specie reputatur, vt not. Bart. c in l. 1. §. hoc autem edictum col.pe.C.de ope.noui.nun. & idẽ dicit Dy. in d.reg.generi.col. 2. Et si leges sint speciales, illa q̃
2 sit specialior attenditur † quia indiuidua derogãt speciei: vt no.Bal.in l.hac consultissima, col. 1.C.qui test.fac.pos.& in l.executorem col.6.ver. & redeo ad materiã propriam.C. de execut. rei iud. vbi inquit, ꝙ paruum genus magno generi derogat, & indiuiduum derogat vtrique: & si duo habente se tanquã excedẽtia & excessa, illud loco speciei hr̃ qđ minus excedit, vt no.Cerneus in cõs.73. quamuis videatur alle-

a Directum est. Habetur et in c. studuisti. de off. leg. vbi per doctos maximè Barba. hr̃ ét in ca. 1. de rescript. vbi latè Doc. & ad de vnũ sing verbum Io. de Ana. in cap. excõicamus § fi. de hære. vbi dicit, ꝙ licet fit verũ ꝙ specialis cõmissio deroget generali per nostrã regulam est verum nisi generalis sit priuilegiata, quia tũc non nisi specialis fieret mẽtio: per text. in c. veniens. de præscript. & vide Iaf. in materia iurisdõnis quando specialis deroget l. generali. in l. quod in rerũ. §. si quis pôt. de leg. 1 H.C.

b Regula. Fallit quando generale emanat à maiori potestate. Paul. consil. 176. lib 2.

c Bart. vbi vide Alex. & Iaf. fin. col. vbi ét ponit qñ sumus in dubio. quæ l. erit specialis, & dicit, quod illa quæ est magis fa uorabilis.

allegare Bar.in d.l.1.de ope.no.nuncia.& in tracta. ad reprimen.in uersi.non obstantibus.† Et quando 3
vocabulum se habet ad genus & ad speciem, & post genera sequitur species, ne illa additio specierū superflua sit,& ut copula ponatur inter diuersa,ratio suadet quod uocabulum æquiuocum ponatur pro specie:ut Corneus inquit, in consi.229.licet claram. col.3.in fi.lib.4.

4 † Et illa lex vř magis specialis,in qua sit euidentior,& maior vtilitas:& ista vř benignior interpretatio:ut no.Bar.in tracta.ad reprimē.in uer.nō obstātibus.col.2.Et illa specialior in qua maior est rō specialitatis: ut no.Bal.in d.l.hac cōsultissima col.5.

5 † Et magis specialis regula reputatur illa quæ respicit personas,quam illa quæ respicit casus: ut in no.q. tradit Bal.in l.j.in 3.q.supra de off.cōsul.& ibi alleg.Bar.in loco supra alleg.& idem Bald.in l. 1. §. ubi autem.col. 2.uer.ex hoc habes.C.de cad.tol.

6 † Et illa qualitas quæ paucioribus competit,facit dispositionem magis specialem,& illa quæ plurib. potest competere facit dispositionē magis generalem,ut not.Bald.in d.l.executorem.in loco supra alleg.& de prædictis no.Imo.in l.Gallus.in §. ille casus col.fi.de lib.& posth.Alex.in l.Titiæ textores. de leg.Paul.de Cast.in l.nō est nouum.col.fin.supra de legib.& Moder.in l.si Ruffinus.C.de testamen.mili. & dixi in consi.3.ubi videndum est.

a His. Præsumptio spālis uincit generalem. Alex. consi. 77. num 6.lib.1. sic prolatis in specie.Alex. consil. 88.num.8.lib.5.

2 His *a* præmissis,ut in materia huius regulæ distincte procedamus,primo uidendum est.an & quando habeat locum in legibus & in statutis.Secūdo in cōtractibus.Tertiò,in ultimis voluntatibus. Quarto in rescriptis & mandatis,cum simil.

7 Circa primum † in legibus,probatur in l.sanctio legum . supra de pœn.& text.dum hic inquit , in toto iure. & not. per glo.in reg.generi eo.tit.in 6.& not.Ang.in cōsi. 160.pro decisione quæsitorū.col.j. Fulg.in consi.215.in primo propositæ in prin. Et

idem

idem in statutis regula ista habet locum. vt no.Bar. in l.sed & posteriores supra de legib.in l.quæsitũ.§. si quis fundum col.3.ver. hoc induco ad quæstionẽ de fundo in serui. & in cons.100. à domino.Cyn.in tertio dubio.Ang.& Fulg.in cons.s. proxime alleg.

Et no.Bal.Imo.& Alex.in l.cohæredi.§.qui partẽ de vulg,& pup. & in pulchra quæstione tradit Ang. in l. si quis ab alio. in fin. de calum. & cum prædictis concordat Fulg. in consi. 136. in causa, & facit quod de statuto no.Bart.in l.Lucius in fin.supra ad Turpil.cum simil.vt tradit Alex.in l.talis scriptura. col.fi.de leg.1.

Et ista cõclusio tam in legibus, quam in statutis ampliatur siue species præcedat genus, siue sequatur,

a *a* vt no.Bar.in l.quæsitum.§.si quis fundum & Ful. in consi. præalleg. 215. & ad hoc facit tex. in l. si ita fuero stipulatus supra de noua.vbi patria sunt,siue stipulatio sequatur numerationẽ, siue præcedit.facit tex.in l.3.C. de ædil.act.in l.petens.C. de pact.Et quando genus præcedit,clarum hoc videtur, vt verba regulæ sonant hic: & in dicta regula:generi per speciem derogatur.Idem tamen est quando species præcedit.ad hoc facit quod no.per gl.in l.sciendum supra q. satisd.cog.quæ tenet,quod dispositio auth.offeratur,quæ est generalis. limitatur non habere locũ in casu speciali.d.l. sciendum. quæ pcedit. ad idẽ est gl.in §. sed hodie instit.de satis.in §. suscepto.in auth.de exhib.reis.& in d.auth.offeratur.C.de lit.cõtestat.& dicit Bar.in d.l. sciendum. hoc esse notabile pro reformationibus statutorum. Et ampliatur

b secundum Bar.ibi,etiam *b* si dicatur, nõ obstantib. legibus in cõtrariũ,vt no.per glo.in auth.de hæred. quæ ab intest.in prin.in verb.vacantibus. & no. idẽ Bar.in d.ver.non obstantibus.& cum his concordat Fulg.in d.consi.215.in prin.Rom.in consi. 40. visis. col.2.in consi. 57. in causa vertente. & in consi. 322. in casu propositæ.Abb.in consi.15. videtur primo. col.

a Sequatur etiã dispositio conferatur in eundem. Matth. Afflict.decis.Neap. 45.

b Etiam. Iason consi.162. col.fi. lib.4.

col.2.lib.1.& Alex.in conf.30.viso col.3. lib.1. Et ad prædicta facit gl.no.in l.decurionibus.de filēt.li.12. quæ in ver.decurionibus.concludit,† quòd priuilegium datum alicui nō tollitur per legem generalē 8
in contrarium,cum sim.vt Felyn. *a* scribit in. cap.1. a
col.(.).de rescr.& in c.sicut.de here. & bene facit text. in l.si adulterium.§.liberto supra de adult. Et prædicta omnia procedunt, nisi constaret de mente legis generalis,ꝙ voluerit speciei derogare:vt no.Imo.in l.si vero.§.de viro.col.6.supra sol.mat.per ca.contra Christianos.de hæret.in 6.sequitur Alex.in d.l.sciēdum:& constare videtur de mente legis generalis.si in lege generali dicatur, non obstante aliqua lege quę generaliter vel specialiter contradiceret, ut no. Bart.in d. vers. non obstantibus. cum simi.vt tradit Alex.in d.l.sciendum.

a Felyn. Quem vide in 3. col. vers.valet. & in 5 vers. priuilegium. & in 9. vers. secūda, &c. & Barbat. col. 22.H.C.

9 Secundò † ampliatur dicta cōclusio etiam si vnū sit ex legali,alterū ex hominis dispositione, quia tamen specialia generalibus derogant;vt not.Bal.in l. si quis prioris.§:certū.de secun.nup.per auth. nunc autem eod.tit.

10 † Et prędicta regula limitatur procedere in eadē
lege,secus *b* est in diuersis legibus,quia tunc generi b
per speciem nōn derogatur:vt no.Bart.post.Cy.quē ibi refert.in l.1.§.hoc autem edictum.c.fin.de oper. nou.nun.in d.l.sanctio legum,col.1.& in d.l.quæsitum.§.si fundum.& idem not.Bal.in cons.155.duo sunt statuta.in fi.lib.3.vbi inquit, quòd dispositio generalis non restringatur per specialem in diuersis legibus alleg.Bar.in d.l.sanctio legum.& idē tradit Ang.in cons.214. primo est videndum.& Rom. in cons.308.pro habenda.& in cons.322.in casu propositæ.in prin.Bart.Vero.in cons.14. pro declaratione.col.2.Alex.in cons.13.visis.col.fi.lib.2.& late Angel.in cons.356.q.1.col.2.

b Secus. Alber. 2. part stat q.2. col.8.nu.10.

11 † Et ista limitatio sane intelligitur quādo lex generalis & specialis non contradicunt, quia diuersimode

mode loquuntur: secus vero si species contraria sit generi: quia tunc semper species derogat generi: vt patet in omnibus regulis quæ exceptiones patiuntur. ita Bart. dicit in d.l. 1. §. hoc autem edictum. & hoc patet ex eo quod supra dictum fuit, q species quæ præcedit derogat generi qđ postea superuenit. vt p gl. in d.l. sciẽdũ cũ si. sup. alleg. Ex quibus patet hoc ẽt procedere ex diuersis legibus. Item prædicta limitatio habet locũ in legibus, in quibus correctio debet euitari: secus in dispositione hominis, vt no. Bar. in l. liberis quos. in prin. ad fi. de alim. & cib. leg.

Secũdo regula supradicta nõ procedit vbi genus
a debet verificari in vna specie: *a* quia tunc generi per speciem non derogatur. vt no. Abb. per illum tex. in c. ex parte. el. 1. de offi. deleg. Bart. in l. si domino. de leg. 1. in l. si hęredes. de opt. leg. & in l. q̃situ. §. fin. col. fi. de fund. instru. de quo tñ dicendum est, vt dixi in c. pastoralis. §. quoniam. de rescrip. vbi videndũ est.
12 Secundo † regula ista etiam procedit in contractibus: vt no. Dyn. in d. reg. generi alleg. l. stipulationes commodissimum. de verb. obl. & idem not. Ang. in
c conf. 160. supra alleg. Fulg. in conf. 215. supra alleg. doli clausula. de verb. ob. Et no. Bar. in l. sed & si adijciatur. supra pro socio. vbi inquit, q species restringit genus ex præsumpta voluntate contrahentium.
13 Tertio † regula habet locum in vltimis volunta-
b tibus, hoc patet primo in substitutionibus *b* in l. cohæredi §. qui patrem. de vulg. & pup. & facit text. in d. l. cohęredi. §. qui discretas. eo. tit. Et hoc habet locum in eadem specie substitutionis, secus est in diuersa specie, vt notat Dyn. in d. reg. generi. per l. fi. supra ad Trebel. vel secundum Bar. ibi ex uerbis testatoris apparebat q voluit a speciali substitutione recedere. & idẽ Bart. tenet in d. l. cohęredi. §. qui patrẽ.
14 Secundo † hoc idem patet in legatis *c* l. vxorem. §.
c fœlicissimo. de leg. 3. in l. seruus vrbanus. §. fin. eod. tit. ibi in legatis loquitur, & dicit q semper species

a Specie. adde Barb in c. cum esses. de testam. col 24 Ias. in l. 2. ff. de lib & posthum. col. post princ.

b Substitutionibus. Corn. conf. 44. lib.

c Legatis. Vide Bart. in l. quæsitum. §. fi. hic al leg. & ibi Alex. in addit. & Abb. ca. pastoralis. §. quoniam. col. & ibi Felyn. de rescript. Iason in l. si quis test. §. apud Iulianum. te coniuncti. 18. col. post med, de legat. 3. & in l. si tibi domo. §. si testamento col. 4. de leg. 1. H.C.

derogat generi.& facit tex.in l.alimenta.§.basilicæ. de alim. & cib. leg. & istā regulam in legatis tradit gl.in l.quæsitum.§.fi.ff.de fund.instruct.

Et amoliatur ista regula siue genus præcedat, siue sequatur,secundū Dy.in d.regu.generi.per l.seruo manumisso de pecul.leg. & supra dictum est & no.Bal.in consi.160. verba pactorum lib.1. Paul. de Cast.in consi.189.videtur quod prædictis.

Secundo ampliatur ēt si legatū sit inutile.l.legatum.§.1.ff. de adim.leg.in l.3.§. minor de fund. instruc.no.Bar.in d.l.quęsitum.§.fi.col.fi.vbi hoc limitatur per l.fi.§.fi.de auro & arg.leg. vbi etiam. Bart.

Et ista regula in legatis procedit quādo vni legatur totum genus,& alteri species eodē respectu : secus si diuersis respectibus , vt q̄a vni legatur genus respectu vsusfructus,alteri species respectu proprietatis:quia tunc species nō derogat generi,sed cōcurrunt, a l. si alijs.§.Sempronius.§.fi.l. Sempronio. in prin.de vsufruc.leg.ubi Bar.& idem Bar. in l.si quis seruum.§.fi.vers.quæro quando legatur de leg.2. & quæ no.Bal.in l.quoties.in fi.C. famil.erciscun.

a. Concurrunt. Idem Dec. consi. 190.nu.7.

† Secūdo dicta regula procedit in legatis q̄n vni legat̄ genus,alteri species:secus vero si eidē genus & species legata sit : quia tunc species nō derogat generi in dubio:quia species videntur expressæ gratia tollendæ dubitationis l.quæsitum.§ item.si fundū. de fund.instr.& per illum test.ita dicit Dy.in d.reg. generi dicens, ꝙ ille tex.v̄r loqui in dubio. ad idem tex in l.si mancipia.in prin.eod.tit.de fund.instru. 15

† Et sic v̄r quod in dubio species causa demonstrationis & tollendæ dubitationis exprimatur : & hoc in no.q tradit Barth. in l.Centurio.col. 11.vers. sed qui si dixi.de vulg.& pup.dum ibi concludit , ꝙ verbum impuberi,videtur expressum causa demonstrationis.& facit quod nor.Bart. in l. pater.§.mense vers.quid si testator de leg.2. & in pulchra q. tradit Pau.de Cast.in consi.53.quia exceptiones quę op- 16

ponuntur

ponuntur.col.2 uer.restat nunc respondere. Et hoc quod dictũ est, ꝙ in dubio species exprimatur gratia dubitationis tollendæ, procedit quando species quæ exprimuntur respiciunt actum legādi.d.l.quæsitum.§.Neratius.dum ibi dr̃,ꝙ legauit fundũ cum supellectili, illa enim verba, cũ supellectili, exprimẽdo species, respiciunt verbum legauit, & sic actum

17 legādi.† Secus si numeratio specierum respiciat genus seu uerbum significatiuum generis: quia tunc enumeratio specierũ uidetur facta causa determinationis, & legatum restringitur.l.cum de lanionis §.quidam.de fun.instru. ubi testator legauit uillã prout ipse possidebat. illa uerba, prout ipse possidebat faciunt genus, & illud genus respiciunt species nominatæ ibi dum dr̃, quòd ipse possidebat cum supellectile mensis mancipijsq; &c. & ita dicit Bart.in d.l.quæsitum.§.si ubi latius prosequitur materiã. Et dicta Bar.reassumit Abb.in c.sedes de rescrip.

Et prædicta faciunt quando species exprimitur. Sed quando indiuidua exprimuntur, ut quia testator legauit uni marmor, & duas staturas marmoreas, aliç statuç nõ vident legatç.l.hæres l.meus.§.1. de le.3.cum de lanionis §.cui fundum de fun.inst.l.1.§.idẽ si duæ statuæ. ff. de aur.& arg.leg. uo. Dyn. in d.reg.generi & Bar.in d.l.quæsitum.§.fi.col.fi.

18 † Et supradicta regula etiam ꝓcedit in laudo in quo generi per speciem derogatur ut not.Ang. in cõs.235.qõ.ꝑdicta.Ful.in cons.117. Ioannes. quondam col.pen.in cons.158.uiso processu.col.2.

19 Eodẽ mõ † in rescriptis *a* seu mandatis species de

a rogat generi.c.1.de rescrip.c.studuisti.de off.leg. & not.ꝑ gl.in d.reg.generi.& in c.pastoralis.§. qm̃ de rescri.declarādo ut dixi post Abb.in d.c.1.de rescri.

Secus est in priuilegijs: quia secundũ priuilegiũ speciale nõ derogat primò generali siue speciali vt no.ꝑ gl.in d.reg.generi.ꝑ c.ueniẽs de ref.gl.& Abb. post alios in d.ca.1.de rest.& tradit Petr.de Anch.in

a Rescriptis. Quando iu rescriptis & priuilegijs species deroget generi. uide eũdem in Phil. in consilio 14 col. 4. in ip. & pro tenui facultate mea, &c.

 cons.

Nota † quòd dicta ad tollendam dubitationem non nocent.& ad idem tex.in l.qui mutuam. supra mand.in l.qui extrinsecus.de ver.oblig. & facit tex. in l.si pupilli.§.1.supra de neg.gest.

Et isto casu uerba prolata ad tollendam dubitationem tolerantur,licet superflua sint, ut no.Abb. in c.solitæ.in glo.tanquam.in fin.de maio.& obe.& satis operantur, quia tollunt dubitationem. ut idē Abb.dicit.in cap.certificari.col.pen.de sepul.& domi.in c.si Papa.de priuileg.in 6.

Et qn̄q; ad tollēdā dubitationē fit inculcatio verborū a quæ attēditur: ut no.p gl.in l.certi cōdictio. in prin.in gl.2.si cer.pe.Et tradit Spe.in tit.de procura.in §.hoc aūt.uer. sed oppo.de illa clausula,fecit, cōstituit,& creauit suū procuratorē,&c. & facit qđ no.Abb.in q.stante statuto.char. fi.col. 2. & ad text. hic facit regula quę habetur inferius in l.nō solent.

Et quod dr̄ hic in cōtractibus, idē est in ultimis voluntatibus.l.testm̄,C.de testa.ubi in testō dr̄, † ꝙ abundans cautela non nocet. Et in legatis expressio specierum quæ sub genere cōprehendūtur, qn̄que nihil operantur.l.quæsitum,§.pe.de fun.instr.l.legata in prin.de supel.lega. Et tali casu dr̄,ꝙ nō mutat substantiā ueritatis nō necessaria verborū multiplicatio in l.periculi.§.Labeo.de aur.& ar.leg.& dicūt Host.Io,And.& Ant.de But.ibi.in 2.in oppo.in c.nimis.el.1.de exces.præla.ꝙ uerba non possunt nimis specificari ad tollendam sophisticam interpretationē.& ad idem facit text.in l.fin.ubi Bart.C. de præd dot.lib.11.

Et regula ista procedit nisi illud quod dr̄ cā tollēdæ dubitationis, esset insolitū,quia suspicionem inducit:ut no.p gl.in l.si quis sub cōd.ff.de cōd. insti. & Bal.ibi no.illā gl.ꝙ † clausulæ insolitę suspicionē b fraudis inducūt.& idē no.Bal.in d.l.testm̄.cū sim. vt tradūt Mod.ibi,& prius Fel.in c.1.col.2.de rescri. & Adde Bal.in c.1.de feudo dato in uicem leg.com

Verborum. Paul. consi. 75. col.1. lib. 1.

b Suspicionem. In statum quod si opponatur in rescript. principiū,et si dicatur, motu proprio Papæ sint apposita, inualidant rescriptum. Ita Ias.in l.j.§. j.in j.col. supra si qs di. refert Bald. qui hoc tenet in l. fideicom §.si seruo. supra de leg. 3. & Franc. Cur. in consi.74. antepen. colum. uers. 10. reddit nulla, &c. ubi multa dicit per duas col.& not. quòd si iudex apponat in præcepto pœnā infoliciam,non tenetur quis comparere. Ita Ias. ubi supra. & in d.l. testamentū. vbi cumulat plura. H.C.

mis.col.2. vbi inquit † quod pactum insolitũ facit 4
præsumi cõtractum usurarium.& no.Pel.de Anch.
in consi.158.si prædicta sententia.col.fi.in uer. accidit
prædictis dicens,licet soleat dici q abũdans cautela
non nocet.d.l.testm.tamẽ in personis suspectis
puta in usurarijs cautelæ adhibitæ arguunt contra
ctũm simulatum *a* in fraudem usurarum per glo.in a
d.l.si quis.& tradit Barth. Veronen.in tracta. de simula.contractuum.in 9.præsup.

a Simulatum. Adde Franc. de Curt. consi. 55. col 5 in fin. & cons 66.col. 18. in med. & Bar. in cons. 76 col. 1.in 3.uol. & in cons. 16. col. 5. in 2.uol.

Secundo regula ista limitatur, nisi † illud quod 5
cã tollẽdę dubitationis exprimitur,sit vitiosũ.vt no.
Sal.in d.l.testm,& hoc modo respondet ad cõtraria
allegata ibi in gl.Et hoc confirmatur,quia in sentẽtia causa non requiritur.c.sicut de re iud.

Et tamen si ad tollendum dubitationem cã exprimatur quæ falsa sit,uitiatur sentẽtia. vt no. p Inno. in c.in præsentia.de renun.sit etiam in libello causa non requiritur:quia libellus generalis procedit parte non opponente.leg.fi.C.de anna.excep. Si tamen ad tollendum dubitationem causa exprimatur, & illa inepta sit,libellus vitiatur,ut no.Bar.in l.edita. col.3.C.de edẽn.in l.1.in prin.ff.de eden.

Eodẽ modo in testibus:nam illis creditur absq; ratione si interrogati non fuerint,ut no.per glo.in l.solum.C.de testi.ubi Bart.& tamẽ si testis malam rationem adducit,eius dictum uitiatur,*b* adeo,† q b
6 non ualet statutum,quod credatur testibus qui malam rationem adducunt:ut Bal.dicit in l.non specia li.circa fi.C.de testamen.

b Vitiatur. Vide Bald. in sua Marga. in uerss. testes uersic. 15. Lanfran. in cap. qm. contra. de probat. uers. testes. Alex.in l.j. supra de noui oper. nuncia. & Doct c. si quan do de rescrip.

Et iudex rõne arbitrij nõ põt credere testi malã rõnẽ adducẽti:ut no.idẽ Bal.in d.l.solam.in fi.nã in dictis casibus qñ causa nõ exprimitur, est præsumptio pro snia, p libello, & pro testibus.† Sed qñ ex- 7
primitur mala cã, à p̃sumptione receditur:& habet locũ gl.in cle.constitutus.in uer. de nouo. de elect. quæ dicit,q plus nocet inepta locutio, quàm taciturnitas.& facit regula expressa,nocent. infra eod.

IN L. DONARI VIDETVR.

Argumenta.

1 *Debitum ciuiliter tantum, an possit repeti solutum.*

2 *Donatio vera non dicitur, quæ quid remunerationis gratia conceditur.*

3 *Liberales dicuntur, qui donat quod donare cogitur.*

REGVLA LXXXII.

a *DONARI* a *videtur, quod nullo iure cogente conceditur.*

a donari. Adde, quod in dubio non est præsumenda donatio, quando potest capi alius sensus, de quo uide plura dicta per Hipp. singu. 57. incip. non præsumitur.

IBI, nullo iure cogente, ista regula de plano procedit quãdo nec ciuili nec naturali iure debitũ sit, & idem habetur in l. donari supra de dona. Et
1 eodem modo habet locum regula † si tantum ciuiliter debitum sit, quia illa non est potens ad agẽdũ cum effectu, nec ad retinendũ: ut no. Io. And. & Ab. post alios in rub. de dona. & idem dicit glo. hic quia tali casu tanquam indebitè solutũ repetitur. l. si nõ sortẽ. §. indebitum. supra de cond. inde. Secus si naturaliter debitum sit ex pacto, quia cum talis obligatio sit potẽs ad retinendũ. l. Stichum. §. fideiussor accipi. supra de fideiuss. ideo videtur solutio debiti, & nõ donatio. l. hoc iure. §. pen. supra de dona. Et ita glo. hic dicit: quæ tamen concludit, secus esse in obligatione naturali ad antidora, quæ nõ excludit donationẽ. Et idem glo. expresse dicit in l. sed & lelege. §. consuluit. sup. de pet. hære. & vr̃ sequi Bar. in l. 1. col. 2. sup. de dona. Abb. tñ in rub. de donat. † dicit. quod donatio quæ fit cã remunerationis nõ est vera donatio. alleg. Bar. in proœ. Digest. & ipse hoc sequitur: quia donatio propria est illa qua mouetur donans ex liberalitate. l. 1. supra de dona. Et hoc nõ est in eo qui est obligatus ad antidora, quia potius uidetur soluere debitum naturæ ad hoc inducit l. Attilius. supra de dona.

Et secundum prædicta dicẽdum est, quod illa verba nullo iure agente, accipiantur proprie prout uerba

sonant. Tunc videtur quod etiam obligatio naturalis tantùm non impediret donationem, quia talis obligatio nō producit actionē. l. iurisgētium. §. igitur nuda de pact. & per consequens non cogitur inuitus soluere ille qui naturaliter obligatur.

Non obstat tex. qui in contrarium allegatur in l. hoc iure. §. pen. supra de dona. quia ibi loquitur de eo qui in veritate numerauit pecuniam seruo, quo casu si restituatur sibi pecunia credita, nō dr̄ illam ex cā donationis recipere, quia recipit quod numerauit. secus vr̄ qn̄ numeratio facta non fuisset, quia ex sola naturali ēt ex pacto nō vr̄ impediri donatio, ex quo talis obligatio non habet necessitatem soluendi, & uerificatur quod dr̄ hic, nullo iure cogēte, & à fortiori id etiam dicendum in obligatione naturali ad antidora, quæ longe minoris est ponderis.

† Non obstat quod dicitur de liberalitate, quia satis dicitur exercere liberalitatem ille qui dat illud qđ dare nō cogit̄, ꝓut est in naturali obligatione. 3

Non obstat l. Attilius regulus. quia ibi agitur de mercede præceptoris, quæ erat debita & poterat peti. l. 1. §. ludi quoque literarij. de var. & extraord. cog. & ita dicit glo. in d. l. Attilius.

IN L. NON VIDETVR.

Argumenta.

1 *Amittere non pooest quis, quod suum non fuit.*
2 *Amissio priuato quædam est habitum præsupponens.*
3 *Illegitimas præcedens probatur per iuramentum legitimationis.*
Filiatio probatur per instrumentum emancipationis,
4 *Debitum fatetur is, per quem compensationis exceptio obijcitur.*
5 *Amitti impropriè potest res, qua propria non fuit.*
6 *Veniam petens quando delictum fateri dicatur.*

REGVLA LXXXIII.

Non videtur rem amittere, cuius propria non fuit,

Et

1 Et amitti † non poteſt quod acquiſitũ non fuit. l.1.§.1.ſup.quibus modis vſusfructus amit.

Et deſijſſe non dicitur quod non incipit.l.Titio vſusfructus de condi. & demon.Amiſſio enim eſt
2 † priuatio a quæ præſupponit habitum.l.manumiſ-
a ſiones.ſup.de iuſti.& iure.l.decem de uerb.oblig. c. ad diſſoluendum.de deſpon.impub. & nõ moritur qui nõ vixit.32.q.ca.qđ verò in c.ſicut ex tuarũ. de homic.cum ſim.ut per gl.in d.c.ad diſſoluẽdum. & in d.c.quod vero.& ideo dr̃:qđ non eſt, rumpi non põt.l.nam & ſi ſub condõne.§.ſi poſt ſup.de iniuſto rup.l.liberos.§.fi.de capi.dimi.Sic ẽt dr̃, ꝙ qualitas nõ põt eſſe ſine ſubiecto.l.eius qui in prouinciã.§.ſi cert.pet.l.ſi ſeruum.in fin.ſup.de act.emp.

a Priuatio. Ad de Soc. conſil. 163.uerſ. ſecunda ratio.in 2.uo lu.& tex. in §.1. inſtit.de liberti. ubi lo. de Plat. tradit notabilẽ doctrinã quando priuatio ponitur à legislatore, & quando ab homine, quæ uideas.

Et ex his confirmatur quod not.Bal.in l. 2. C. de
3 iure annu.aur.dicens, quòd † per inſtrumẽtum legitimationis probatur quem non fuiſſe legitimum.

Et per inſtrumentum emancipationis,probatur filiationem & patriam poteſtatẽ præceſſiſſe, vt not. Bal.in l.moueor.C.de ſer.expor.& in l.fi.col.3.C. de ſen.paſ.& qui agit pœnitentiam uidetur cõfiteri delictum:ut not.Bal.in c.literas.per gl.ibi in verſ.confeſſus,de præſum.cũ ſim.vt tradit ibi Fely. & prius Alex.in l.1.in prin.in 2.col.ſup.de oper.noui.nun.

4 † Et qui opponit exceptionem cõpenſationis,videtur fateri debitum,ut not.Rom.in conſ.77.pater reuerende.Et non priuatur ſucceſſione qui non ſuccedit:vt not Aret.in conſ.85. viſo cõpromiſſo.in fi.

5 † Et qnantũ ad tex.hic regula uidetur procedere ſecũdum proprietatem verborum:improprie vero & largo modo etiã dicitur rem amittere,cuius propria non fuit,ut gl.hic dicit,per l.ſi ſeruum.ſup.ad leg.Aquil.ubi quis dicitur amiſiſſe illud quod cõſequi non potuit.& in l.pupillorum.ubi gl.in uerbo, amiſiſſe.C.de admin.tut.& adde gl.per illum tex.in c.conſilia.17.diſt.in princ. quæ dicit, ꝙ etiam quis perdere dicitur quod nũquã habuit. & idem gl.23.

diſtin.

dist.in c.quorundam,in uerbo, amittit.& 5.q.6.in c.quia iusta.in uerb.sacerdotis.23.q.4.in c. Guilisa rius in verbo,sacerdotis.33.q.2.in c.ꝙ verò sic ēt largo modo actus nullus infirmatur.l.1.ubi gl.in vers. infirmatur sup.de ferijs.& in l.ex empto.§. his qui vinum sup.act.emp.& tex.in c.si quis presbyterorū. de reb.eccles.non alien.ibi,uiribus euacuetur, quāuis ab initio nullas habuerit.Et ista pēdet ab illo articulo, quando sit ꝙ priuatio præsupponat habitū. de quo not.Bar.in l.decem.de verb.oblig.Ang.Aret. in §.seruus.insti.de ca.dimi.Et qñ excipiens videat fateri intentionem agentis:dixi in c.cum venerabilis.de excep.Et ad prædicta facit gl.no.in c. exhibita. de homi.in versic.venia. quæ dicit † ꝙ petens veniam 9
a nō uidetur fateri delictū.de quo in locis præalleg. a

a Veniam. Bal. l.2. C. de inge. manum Cœpol. causa crim. cōs. 21. col. 8. Paul. Franc. ca. licet. col.3.de senten. excō.in 6 Cors. in repet. uersic. absolutio. Fely. c. literas. col. 4. de præsum. Ias. l.1.col.3. de ope. nou.nunc. l. decem. col. 21. de uerb. obl.

IN L. CVM AMPLIVS

Argumenta.

1 *Datio in solutum vitiatur facta pro maiori quantitate quàm debeatur, & nu. 2.*

3 *Datio in solutum vitiatur quando in summa debiti principalis erratur.*

REGVLA LXXXIIII.

CVM amplius solutum est quàm debeat: cuius pars nō inuenitur quæ repeti possit, totum esse indebitum intelligi tur, manente pristina obligatione.

Noto regulam, quod † res data insolutū pro maiori quantitate quàm esset debitum,in totū vitiat datio insolutum.ad idem tex.in l.si non sortem.§.si centum sup. condi. indeb.ubi tex. rationem adducit,ne inuitus cogatur habere communionem. 1

Et ibi Bar.hoc dicit esse notandum pro donationibus insolitū quę fiunt tota die, ut si in aliqua parte dātio insolutum sit plus debito,tota datio insolutum uitiatur & sequitur Bald.in l.certi cōdictio. §. quo-

quoniam.ver.secundus si iudex sup.si cer.pe.Ful.in cons.137.quia ex facto ius oritur. in primo dub. & in cons.177.visis.col.2.Rom.in cõs.400.præsens dubitatio in fi.& cons.454.in re præsen:i. col.5. uersi.5.dicendum est.

1 † Et ista cõclusio bene procedit in decreto iudicis ꝓut loquitur tex.in d.l. si non sortem. §.si centum. a quia decretum est indiuiduũ ꝓut no.Bal.in l.certi cõdi.§.qm̃ sup.si cer.pet.facit tex.in l.1.§.his uerbis sup. ne vis fiat ei. & in l.hoc iudicio sup.fam.ercis.

a Centum. ubi uideas Iaſ. qui in omnibus cõcordat cum D. Phil. hic.

Secus est in vẽditione facta à creditore de pignore conuẽtionali virtute potestatis sibi datę in iustrumẽto.quia licet vendat rem valentem plus credito suo,vẽditio non retractatur,sed pretium quod excedit, debitori restituit.l.si in aliquo.C. de distra. pig.l.quãuis.§.fi.sup.de pig.act.& dato ꝙ ẽt iudex tali casu cõsentiret,& decretũ interponeret,nõ dicitur pignus pretorium, sed cõuẽtionale,ut not.Bar. in l.creditores.in fi.C.de pig.& nõ habet locum tex. in d.§.si centum.& hic ut not.Aret.in cons.diligenter visis & intellectis.prout dixi in d.§.quoniam.

3 Secundo regula ista locum habet quãdo erratum fuit in summa debiti principalis, ut quia debitum erat de triginta,& data fuit res insolutũ per quinquaginta uel quadraginta.Secus si erratum fuit in æstimatione rei datæ in solutũ:ut q.a ꝓ vero debito de centum data fuit res in solutum,quæ valebat cẽtum quinquaginta:quia tũc datio insolutum valet pro quantitate ueri debiti,& residuũ repetitur: ut not.Bal.per illum tex.in l.fin.C.de iur.dom.imp. in 2.col.vers.item pignor.& not. Alex.post.Paul.de Cast.in d.§.si centum. & idem Bal.in d. c. frequẽter §.sin autem.ut lit.non cõtest.Alexan.in d.l.1.§.pẽ.de uerb.oblig.& Aret.ibi,qui etiam ponit aliam limitationem supradictam de pignore conuentionali. & alleg.tex.in l.1.§.sed si duæ.quorum leg.

Tertio limitatur quod hic dicitur,& in d.§.si cẽtum

tum ut per Bal.in l.ordo.circa fi.verf.quæro vtrum infrà de execut.rei iud.

IN §. IS NATVRA.

Argumenta.

1 *Obligatio naturalis de iuregentium esse dicitur.*
2 *Obligatio naturalis considerari non potest duobus modis.*
3 *Ius gentium duobus modis accipitur.*
4 *Ius naturale diuersa iuris species est à gentium iure.*

IS natura debet quem iuregentium dare oportet, cuius fidem sequuti sumus.

Nota † ꝙ naturalis obligatio est de iure gẽtium. 1
a & ita istum tex. ad hoc alleg. Bar.in l. Stichum.§. naturalis in fin.sup.de sol.& gl.ibi exponit naturalis,id est de iuregentium. Et ad declarationem notandũ est,ꝙ naturalis obligatio distinguitur,& duobus modis principaliter cõsideratur. Similiter etiã ius gentium duobus modis accipitur.

a Gentium. Vide Iaf. in princ. instit.de act. col. 2. & in l ex hoc iure . ubi post alios declarat bene quæ sit obligatio naturalis.col.11.in fin. uerf. in eadem gl. ubi insequẽtibus col.ponit. 18. effectus naturalis obligationis antidoralis.

Circa primum,† de naturali obligatione illa cõ 2 sideratur dupliciter.Primo ꝑ illa naturali quæ orit̃ ex consensu ,& ex illa æquitate naturali quę suadet, vt ꝓmissa seruẽtur.in l.1.in prin.sup.de cõst.pec. & ista vinculo æquitatis quod inducitur, eadẽ ęq̃tate ipso iure dissoluitur.l.Stichũ.§.naturali.sup.de sol. Et ista cum fundatá sit in consensu naturali etiã cum seruis cõtrahit̃.l.naturaliter. l.si id quod sup. de condi.indebi.l.hæres à debitore.§.seruo suo.sup. de fideiuſ.& pari ratione,inter patrem & filiũ oritur ista naturalis obligatio.l.frater à fratre.ubi gl. & Bar.sup.de cond.indeb.

Secundo naturalis obligatio consideratur ꝑ illo naturali instinctu,ut bñ facienti bene faciamus,de quo loquitur tex. in l.sed & si leg.§.cõsuluit.sup.de pe.hær. in l.si non sortẽ.§.libertus sup.de cõdi.inde. in l.si nõ remunerãdi.§.inde Papin.in fi.sup.mand. & not.per gl.in d.§.consuluit.& in c.1.8.q.2.in verſ. compellitur.Et ista non solum inter extraneos,sed etiam inter coniunctos contrahitur,ut not. Ang.ꝑ

illum

illum tex.in auth.de non eligẽdo secundo nub. col. 1. Et de natura istius obligationis latius Bar.tradit in l.ex hoc iure col.4. de iustitia & iure.

3 † Similiter ius gentiũ consideratur dupliciter, secundum Bar.in d.l.ex hoc iure col. 3. & in l. si id qđ sup.de cond.indeb.Nam quoddam est ius gentium quod fuit eo ipso qđ gẽtes esse cœperunt, naturali rõne inductum, absque aliqua constitutione hominũ:vt fidem & promissa seruare:& illud ius gentium primæuum, ius naturale dicitur. c. ius naturale. 1. dist. & in §.1 .& §. singulorũ instit. de rerum diuisione, vbi expresse dr̃, quod ius naturale appellatur ius gẽtium,& intelligitur de illo iure gentium primæuo, de quo dr̃ in d.§.1.de rerũ diui.Quoddã est ius gentium secundarium, quo omnes gẽtes viuntur ex cõstitutionibus eorum, non scđm rõnem naturalem, immo quandoque cõtra, vt sunt bella, captiuitates, seruitutes, distinctiones dominiorũ, de quo iure gẽtium loquitur tex.in l.ex hoc iure.de iustit.& iur.in l.postliminium. sup. de captiuis in princ.& ista distinctio cõmuniter approbatur. licet Aret. conetur illam impugnare in l.1.in prin. de acq. possess.

Et secundum istam distinctionẽ declaratur text. in l. 1.§.ius naturale.& §.ius gentium sup. de iustit. & iur. † vbi ius naturale à iure gentium secunda-
4 rio differt.Eodẽ mõ iste tex.debet declarari dum inquit, quod iure gentium obligatur ille cuius fidem sequuti sumus.& talis obligatio dr̃ naturalis, nam de iure gẽtium primæuo intelligit qđ in effectu dr̃ ius naturale, vt s.dictũ ẽ. Et cõcludẽdũ vr̃, quod illa naturalis obligatio q̃ hr̃ ex cõsẽsu vel ex instinctu naturę vt benefaciẽti bene faciamus, est de iure gentiũ primæuo.& ita tex.hic intelligit.secus est in iure getiũ secũdario.qđ distinguit à iure naturali, vt sup.dixi.

IN L. AMBIGVIS. ARGVMENTA.

1 *Doti in dubio fauendum est.*

2 *Fisco fauetur perinde, ac doti ipsi.*

3 Sen-

3 *Sententia in dubio contra actorem, ferenda est.*
4 *Tempus probare debet qui in illo se fundat.*

REGVLA LXXXV.

IN ambiguis, pro dotibus respondere melius est.

Nota quod † in dubio iudicandum est pro dote, ad idē tex. in l. in ambiguis. supra de iure dot. facit tex. in l. si ego. §. si res. sup. de iure dot. & in l. fi. C. ad Velleia. in l. 1. ff. sol. mat. & ibi hoc exēplificatur: secundum Bar. post Dy. quod si reperiātur duo instrumenta eodem die confecta, & alterum sit instrumē tum dotis, debet iudicari quod illud prius *a* confectum fuerit. & pari ratione idem videtur dicendū existentibus paribus probationibus, iuxta not. in c. in nostra de testibus. Et hoc etiam videtur habere locum in muliere agente pro dote, quia fauor causæ præponderat fauori rei. c. fin. de re iud. l. inter pares. sup. de re iudic. 1

a Prius- Hæc est cōis sententia omnium, de qua ibi latissime per Moder. præmaxim Ias. q ponit aliquas limitationes, & Soc. in 1. col. & de aliis priuilegiis dotis, vide Iac. Bal. nouellū in suo tracta. de dote qui ponit oīa priuilegia competētia con van. & sol. mat.

Et quod dicitur de dote, idē videtur in aliis causis fauorabilibus, quæ doti æquiparantur d. c. fin. de re iud. Et ideo in duobus instrumētis factis eodem die, præsumitur prius factum illud quod respicit fauorē ecclesiæ: vt Roma. tradit in auth. similiter in repet. in 13. speciali in contractibus. Et idem in simili habetur de fisc. l. 1. C. de iure fisc. lib. 10. Et in fisco no. Bal. in l. 1. C. de here. vel act. vend. col. fi. vers. item in dubio. † nam fiscus & causa dotis à pari procedunt. l. 2. vbi. gl. C. de iure fisc. & per gl. in l. dotis. C. de iure dotis. 2

Non obstat tex. in l. nō puro. sup. de iure fisci. vbi dicitur, quòd in dubio iudicandū est cōtra fiscum. Et generaliter ille text. intelligitur quocunque modo dubium sit, vt not. Mathes. in notab. 72. not. vnam regulam.

Quia *b* respōdetur quod ille tex. intelligitur in fisco b

b Quia. Dec. rubric. de iudiciis lect. 2. col. 8. de probat. Ias. cōns. 86 lib. 1.

ſco agente ex delicto alicuius ad pœnam, ideo in dubio fit interpretatio, vt pœna nō habeat locum arg. l. ſi præſens. ſup. de pœnis. & ita Cuma. dicit in l. j. ſup. ſol. mat. Nec obſt. quod iſte intellectus uideatur reſtringere illũ tex. vt dicit Alex. in d. l. 1. quia pōt reſponderi, quod hoc conſonat, quia ibi principaliter tractatur de bonis quæ pp delictum ad fiſcũ pertinent, vt colligitur in l. 1. ſup. de iure fiſci. & tali caſu loquitur d. l. non puto. & hoc ſequitur Ang. Aret. in §. fi. inſtit. quib. mod. teſt. infir. & no. Saly. in l. ſi debitor. C. de iure fiſ. vel ſecundo ille tex. intelligi pōt qn̄ agitur de aliquo priuilegio fiſci contra priuatum, nam in dubio debet iudicari quod fiſcus non ſit priuilegiatus, quia vbi fiſcus nō habet priuilegium, ſequitur ius commune. l. quod placuit. in fi. ff. de iure fiſci. Vel tertio tex. in d. l. non puto. intelligi poteſt ſecundum regulã in fiſco agente, quia in dubio in
8 fauorem rei pronuntiãdum. † Nam inter priuatos fertur in dubio ſententia contra actorē c. ex literis de præben. & in tali caſu idem in fiſco, quia in hoc non habet priuilegium. Sed tamen hoc nō videtur verum, quia fauor cauſæ fiſcalis ſicut in alijs fauorabilibus præpōderat fauori rei. d. c. fi. de re iud. & iō reſpondetur, vt ſup. dictum eſt, & dixi in d. c. ex literis. & quod ſupradictum eſt de inſtrumentis eodē die confectis, procedit quãdo in vtroq; ſimpliciter dicitur de die: ſecus ſi magis ſpecialiter in vno quã in altero tempus exprimatur, vt quia in vno dicitur de menſe Maij ſimpliciter, ſed in altero etiam
a hora exprimitur, nam etiam prioritas horæ a attenditur, vt gloſſ. in l. ſi ex pluribus. §. fin. in verſic. die. de ſolut. Bal. in l. de rebus. C. de donat. ante nup. Et ideo prior vī, & potior illa pars dicitur, de cuius priori die vel hora apparet, vt no. Bal. poſt Cyn. in d. l. de rebus. vbi dicunt, quod quando vterque probat de eadem die, melior eſt conditio rei, niſi aliter probet prioritatem horæ. Idem Ioan. de Platea. in l. 1. C. de

a Horæ. Bald. l. creditor. in prin. qui pot. in pign. hab. Soc. conſil. 6. lib. 3. Corn. in repet. verb. inſtrumentum. Iaſ. l. 1. § 2 col. j ſupra du eodem.

1 de iure delib.† vbi vocatur ad eadem successionem de iure ciuili,& pretorio,si bonorum possessionem repudiauit, non prohibetur adire. & ad hoc est re-
a gula generalis quam facit Bart. *a* per illum text. in l.si dominus supra de serui. vrba præd. vbi inquit, quod quando vni competunt plura iura, si vnum remittit,aliud remanere intelligitur.facit text. in l. si prius.in princ. supra de aqua plu. arcen. & not.q. tradit Bald.in l.2.in q.8.C.de rescin.vend.

a Bart.& Ias. in l.nec is §.1 : in l. nota. ff. de acquit.hære.

Et regula ista intelligitur quando renuntiatio vnam speciem litis respicit, prout text. hic loquitur, ibi: repudiato nouo iure. quo casu renuntiatio videtur limitata, quæ limitatum effectum pro
2 ducit. l. in agris supra de acquir. rerum dom. † Secus est si repudiatio referatur ad ipsam hæreditatem vel successionem: quia tunc renuntiatum videtur omnibus iuribus quæ ad ipsam hæreditatem competerent. ita not.Bart. *b* concludit in l. nec
b is.§.1.supra de acquir.hære. alleg.l. si duo. §. idem Iulianus scribit. & §.si quis iurauerit supra de iureiur. & idem tenet Angel. in d. l. suum. dicens quòd si quis renunciauit hæreditati simpliciter, tunc si ex mille capitibus esset possibile illum succedere, omnibus renuntiatum videtur, & & ibi sequitur Alexand. post alios quos ibi refert.& facit gloss.not.in *l.*§. sed videndum in versic. succedat supra de succes. edi. ad idem facit text. in l.pluribus supra de excep. † vbi præcedentibus.

b Bart. ibi Ias. in princ 3. col. vbi dicit hanc cõmunem. licet sequendo Barb. in rubric.C. qui dimit.in 6. q.teneat cõtra Bart. & communem.

pluri-

plurib. ſtipulationib. acceptilatio facta ſimpliciter ad omnes porrigitur, & facit gl. in l.emptio.§.Lucius ſupra de pact.& quod not.Bald.in l.pactū quod dotali.in 6.q.C.de colla.cū ſi.vt tradit Alex.in cōſ.2. viſo,atq; vt oportet,cōſiderato themate col. 2. li.2.

Secundo,† regula limitatur in pluribus iurib. ſe 4
paratis, ſecus ſi eſſent iura connexa,vt qúia vnū haberet dependentiam ab altero,quia tunc vno ſublato etiam alterum ſublatum videtur , vt in l.illud ſupra de acq.hære.vbi repudiata hęreditate ab inteſtato , etiam ex teſtamento repudiata intelligitur. & no.per gl.& Paul.de Caſt,in d.l.ſi dominus.

Venio ad ſecundum, quando ſucceſſiue plura iura cōpeterent, & tali caſu regula loqui videtur, ibi, nouo iure quod ante defertur. Et à fortiori hoc videt̄ ꝓcedere c.tēplū in eo qui venire poterat ad ſucceſſionē ſucceſſiue ex capite vñ liberi, vñ agnati, vñ cognati;ſi renunciauit primo capiti liberorū , non videtur excluſus ab alijs capitibus quæ ſucceſſiuè competunt.l.1. §. ſed vidēdum ſuprn de ſucceſ.edi. l.2.in prin.ſupra vnde leg.& hoc intelligitur quādo limitate facta ſit repudiatio reſpectu vnius capitis. ſecus ſi abſolute, ꝗa expreſſa repudiatio facta reſpectu hęreditas,ab omni capite repudiāte excludit:vt voluit gl.no.in l.1.§.ſed videndū.& ſup. dictum eſt.

Sed aduertendum eſt, quia iſta declaratio vř bene procedere qñ plura iura eodem tempore competerent:prout ſupra dictum eſt in primo caſu regulæ.ſecus vř in iuribus quæ ſucceſſiuè competerent, quia renunciatio etiam expreſſa relata vt̄ ad illud caput,ex quo erat ſucceſſio delāta,& non ad alia capita quæ nondum competebant , quia † iuri de fu- 5
turo renunciari non poteſt.l.is poteſt.& l. quandiu la 2.de acqui. hære.l. ſi ita ſcriptum.§. ſi ſub conditione.de leg.2.& dix. *a* in l.1.C.qui admit. a

Et vlterius † iſta regula exēplificari pōt in filia, 6
b quæ renunciauit hæreditati patris:nam nō exclu- b
dit

a Dixi. Et in conſil. 13. col.2. incip & pro tenui facultate & in conſil. 16 col. 4 verſic. venio igitur ad ſecundum incip. viſo puncto, & diligenter,&c.

b in filia. Adde eundem d.; Phil. in reg hæreditas ſupra eo. in finalib. verbis.

dit quominus possit succedere in hæreditate paterna, q̃ ex persona fratris sibi deferatur. cũ illa ex nouo iure superueniẽti sibi deferatur, vt decidit Ang. in cõs.2. dñus Gidius. col.fi. vers. nec obstat ꝙ suffocauit. cum simil. vt tradit Alex. in l. j. §. veteres. col. antepen. supra de acquir. pos. & idem Rom. in cons. 165. circa primum, quo quæritur, in prin. idẽ Rom. in cons. 40. visis & Benedict. Capra in cons. 63. cum viso & cõsiderato. in secundo dubio & no. Bald. in l. 1. col. fi. de rerum diuisi. vbi inquit, ꝙ filia quæ renũciauit hæreditati patris, non prohibetur succedere in feudo quod sibi ex persona fratris defertur. & idẽ in statuto no. Bar. in l. fi. in prin. in fi. 1. q. sup. ad Tertul. dicens, ꝙ filia quæ excluditur a statuto ab hereditate patris, nõ prohibetur succedere fratri qui hæreditatẽ paternam adiuit. & facit quod not. Bart. in cons. 58. ex themate prædicto. in fi. cum sim. vt tradit Alex. & Modern. in l. 1. §. veteres. & nouissimè late Soc. in cons. 74. super controuersia. in vlt. lib. & Corn. in cons. 205. in hac consultatione. col. 3. lib. 4.

7 Et licet Doctores in locis præalleg. loquãtur † qñ hæreditas patris adita sit per filiũ, quo casu desinit esse hæreditas patris. l. sed si plures. §. filio. de vulg. & pup. no. in d. l. 1. §. veteres. itẽ tñ vr̃, licet hæreditas adita nõ fuerit: quia satis est, ꝙ filia veniat ex persona fratris, vt no. concludit Benedictus Capra in cõs. 12. & si viso & considerato. circa finẽ & tradit Aret. in cons. 161. in præsenti consultatione videndũ est. in prin. Et ad supradicta etiam facit quod no. Bald. in l. licet. C. de iure delib. cũ sim. vt Alex. ibi scribit. Et ad regulã ẽt facit, q. a qñ plura obstãt, nõ sufficit ꝙ vnũ remoueatur, quia aliud remanet. vt no. Bald. in l. 1. col. pen. in vers. vnum etiam scias. C. de furt.

IN L. SI LIBRARIVS. ARG.

1 *Scriptoris error, partibus nocere non debet.*

2 *Grammatica falsa non vitiat instrumentum.*

Instru-

3 *Instrumentum in dubio interpretatur, ut in eo mala Grammatica non contineatur.*

4 *Notarij dicta præsumuntur esse de voluntate & consensu partium.*

5 *Notarius quando, & in quibus errorem suum corrigere possit.*

6 *Notario errorẽ suũ corrigere volẽti quo casu credatur.*

7 *Notarius diem vel mensem pro alio corrigere non potest, ni terror per testes sit probatus.*

8 *Notarius errorem ad partes pertinentem ex interuallo corrigere non potest.*

Eror notarij qualiter possit probari.

9 *Eror notarij quot testibus possit probari.*

10 *Testes tot probant solemnitatem instrumenti, quot qualitatem.*

11 *Notarius malitiosè errans non potest corrigere, sed puniri debet.*

Falsitas quando sit in notario præsumenda.

12 *Notarius præsumitur potius errare, quam malignari.*

BEGVLA XCII.

SI liberalis in transcribendis stipulationis verbis errasset: nihil noceret qnominus & reus & fideiussor tenerentur.

Noto ꝙ † error *a* scriptotis non nocet partibus. 1 ad idem tex. in l. Imperator. la. 1. sup. de statu homi- a in l. errore. C. de testa. facit tex. in l. ambiguitas. eo. tit. Et per istũ tex. not. Bald. in consi. 125. dubitator. in fin. lib. 2. Fulg. in conf. 134. circà primum. col. 1.

a Error. Bald. consil. 130. lib. 2. Cald. consil. 1. de fide instrum.

Et ideo si notarius dicat, ꝙ pater reliquit filię iure restitutionis, *b* cum debũerit dicere iure institu- b tionis, non nocet iste error quominus videatur filia instituta: ut no. Bal. in l. si cũ ante. C. de dona. ante. nup. in versi. & pro hoc consului.

b Restitutionis. Adde Ias. in authen. nouiss. quid autẽ si grossus.

Et eodem modo si imperius notarius dicat, pro sua falcidia: cũ debuerit dicere. pro legitima. Et si dicat, ꝙ mulier renuntiauit beneficio Valeriani, cũ

debuerit

debuerit dicere, Velleiani. nõ nocet iste error, quia patet. vt concludit Bal in l. imperator la 1. col. 2. ver. item quidam notarius rusticus, supra de statu hominum. Et similiter si notarius dicat, substituo te procuratorem, intelligitur, constituo, vt not. Bal. in l. pe. C. de procur.

1 Et generaliter † si est error in falsa grãmatica, nõ per hoc uitiatur instrõ notarij. ut not. Bart. in l. Plautius in fin. supra de aur. & arg. lega. Et speciale est in rescriptis Papæ, c. ad audientiam el. 1. de rescrip. Secus est in alijs instrumẽtis notariũ. ut Abb. ibi post alios dicit & no. Bar. hic. Bal. Ang. in d. l. imperator

Et hoc intelligitur quãdo constat de mala gram
3 matica. † in dubio autem debet interpretatio fieri ut non sit falsa grãmatica: d. l. Plautus. not. Bar. in l. cum in testamẽto in fi. de aur. & arg. leg. & Cuma. in consi. 7. visis compromisso. col. 6. in ver. secndũ.

Et eodem modo quod hic dr̃ errore intelligitur quando constat. Et in dubio non presumitur. vt no. Ang. d. l. errore. in prin. C. de testa. & Bal. in d. l. imperator. in prin. Et ad hoc facit quia pro notario præ
a sumitur *a* ad audientiam de præscripto. & no. Bald. in d. l. error. & col. 1. & ibi dicit ꝙ quicquid sit scriptũ in instrumẽto, presumit̃ scriptũ de voluntate, commissione eius qui rogauit, & no. Bar. in l. si quis filiabus supra testamen. vt Roma. in consi. 180. amplissime docto. in 1. col. fi. uer. nec refragatur.

a Præsumitur. Dec. consi. 15. Late. Andreas Alc. tract. præsump. 13.

4 Et quicquid dicit notarius qd̃ facta respiciat, vr̃ dixisse de assertione & volũtate partũ vt no. Bal. in l. 1. circa. fi. de priuileg. doct. & in l. ab executione. circa fi. versi. pone statuto. C. quo app. & in l. mater. col. 2. ver. præterea uerba C. de rei uend. & merito error debet liquido ꝓbari, & nõ sufficit. iurm in defectũ ꝓbationis: ut no. Bal. cõcludit in l. imperator. col. 4. ver. sed an poterit. Et ad hoc facit, q̨a cũ sit præsumptio pro notario de eo qd̃ scriptum reperitur, vt dictũ est probationes clariores requiruntur, & tali ca

ſu nō recurritur ac iurm̄ in defectū probationis, vt no. Ang. in l. fi. in prin. ſup. quod met. cauſa. & facit tex. in c. q̄a veriſimile. de pręſum. & quod ibi Abb.

Et quia Bart. hic proſequitur materiam huius. l. videndum eſt principaliter de duobus.

a Corrigere. Vide per Felyn. in ca. ex literis ibi de fide inſtrum. Ant. de But. cōſ. 11. & quod poteſt declarare uerbum obſcurum. Alex. conſ. 146 nu 26. lib. 5. Calc. conſ. 70.

Primo qñ notarius poſſit errorē ſuū corrigere *a*. a

Secundo qualiter error notarij probari poſſit.

Circa primum habemus conſiderare duos caſus. Primus eſt in pertinentibus ad notarium. Secundus in ſpectantibus ad partes. In primo caſu ex dictis Bart. plures concluſiones colliguntur.

† Primo eſt, qđ in his quæ ſpectant ad notariū in quib. error non vitiat, notarius pōt errorē ſuū corrigere, puta ſecūdū Bar. in falſa latinitate. Et idē in exemplis ſupra dictis in quib. dictū fuit errorē non vitiare. & idē Bal. in l. cū proponet. in ver. vlt. q̄ro, de leg. 2. q̄a talis emēdatio neminē lędi, alle. l. actorem. verſ. ſup. de re iudica & idē Ang. in d. l. Imperator in prin. q̄a pars nō habet cām cōtradicendi quare non corrigat arg. l. dotē ſup. ſol. matr. & ibi Bal. in princ. Et ideo ſi oratio truncata ſit, ſuppleri poteſt per verbū ſubauditum, vt no. Ang. in d. l. errore. in prin. & Bal. ibi plenus. Et plura ſimilia. & hoc tradit Bal. in l. verbum volo C. de fideicom. 4

Et iſta prima concluſio ampliatur ſecundū Bar. hic ēt ſi erratū ſit in eo qđ vitiaret inſtrm̄. puta ſi ſit defectus inditionis *b* q̄ vitiat inſtrm̄, poterit tñ notarius errorē ſuum corrigere, ſecundū Bart. hic, ne ſcribentis error noceat partibus. & idē tenet Bar. C. de Iuſt. eod. cōfir. col. ver. ſed an tabellio. Et idē Bar. in l. nominatim. in ſi. de cond. & dem. Bald. in d. l. cū proponeret col. 2. Ang. in d. l. Imperator col. 2. verſi. iuxta prædicta quæro. & ibi cōcludit maiorē eſſe defectū inditionis quę nullo modo appoſita ſit, quā ſi erronea inditio adponatur poſt Dy. in conſ. 35. quē ibi refert & Bart. hic & Roma. ibi in conſ. 436. quo ad primum in fi. b

b Inditionis. Idem ſ Ioan. de Ana. in cap. cum grani. de crimi. fai. 2 col. poſt medium. & hoc niſi malitioſe, q̄a tunc puniretur tāquam falſarius. H. G.

6 Secundo Bar. concludit † quod si sit erratū, & nō constat in quo erratum sit, vt quia omisit diem, & non constat de quo die, isto casu notario dicenti se recordari de die credendum erit sicut officiali credi tur maxime cūm hoc de die sit quid minimū, quia si testis de die non recordatur, tamen probat l. testium. cum glo. C. de testib. & ita Bart. hic. dicit.

In quo aduertendum est, quia ista conclusio vide tur procedere quando non est vis in tempore, quia dies non est de substantia instrumenti.

Secus videtur si sit de substantia instrumenti, vt in actione hypothecaria, quia tunc corrigere nō potest nisi probato errore. vt Ang. dicit in d. l. Imperator. & cum autoritate iudicis, vt no. Bald. in l. Imperator. col. 3. & idem Bald. in tit. de pace Constantiæ. in verbo, pacta. ver. sed q d si opponātur solēnitates.

Et ista conclusio, secundum Bar. procedit quādo erratum fuit omittendo diem, quia tunc non dicit functus officio suo edendo instrumentū absq; die.

7 † Sed si erratū sit apponendo vnum diē vel mensem pro alio, quia tunc notarius non poterit, se corrigere nisi constet de errore per testes vel alio modo, quia tunc videtur functus officio suo. ita Bar. dicit alleg. tex. in l. quicquid astringendę, secundū vnū intellectum de verb. obl. Et ista limitatio Bart. vr̄ de plano procedere qñ dies esset de substantia, et supra dictum est in hypothecaria si vero non esset de substātia, tunc videtur quoad error corrigi possit, quia si Bar. hoc permitit qñ die somissa sit, vt supra retuli, a fortiori idem dicendum vr̄ quādo dies nō fuit omissa, sed vna pro alia oposita sit, quia maior *a* est defectus omissionis, quam erroris, vt dicit Bart. hic post Cyn. quem refert, & idem no. Bal. in d. l. Imperator col. 3. & supra dictū fuit de inditione omissa.

Et hoc de plano videtur, procedere si parti nō sit datum instrumentum: vt no. Bald. in rub. C. de fide instru. col. 9. & Bart. in d. l. Imperator col. 1.

a Maior. Immo maior est defectus in male faciendo, quam in amittendo, ideo nōn pōt ex interuallo, idest postq̄ est redditum parti, corrigi, nisi solenniter, idest iudicis autoritate, parte vocata. & probato errore & placet opin. Bart.

a Secus. Et bene licet Iaſ.conſ. 23.lib.Alex.cōſ. 89. nu.13. lib 3. conſ. 190. nu. 5. lib.6.

Secus *a* ſi fuit data copia parti, quia tunc videtur indiſtincte quod corrigere nō poſſit, niſi probatio errore & de conſenſu iudicis, ſecundum Bart. in d.l. imperator. & in l.fi. verſ. ſed quid ſi notarius ſupra de tab.exhi. Bar. in l.ambiguitates in fi.C. de teſt. & in d.rub.de fide inſtru.col.6. & in l.fi. col.pe. in verſ. quarto q̃rit.C. de eden. & in tit. de pace Cōſtante in verbo pacta in fi. Et idē Ang. in conſ.292. viſis col. 1. Cuma in conſ.23. viſo & Soc. in conſ.94. præſtantiſſimi col.4. & conſi.98. aliàs conſului in nouis. a

8 Secundū caſus principalis eſt ſi erratum ſit † in pertinentibus ad partes, & tunc, ſecundū Bar. error corrigi nō pōt ex interuallo, ſed incontinenti ſic & idem Ang. in d.l.imperator. in prin. & no. Bald. in d. rub. de fide. inſtru. col.6. & in l.cū proponeret. col. 1. verſ.vlt. q̃ro de leg.2. & idem Bar. in di l.imperator. 8

De ſecundo principali de probatione erroris primo dicit Bartol. quod error probatur de facili per originale quod reperitur, q̄a illud inſpici debet. §. pen. in auth. de tabe. & idem Bar. in l. Sēpronius Proculo de leg.2. in l.ſi quis ex argentarijs. §. prętor ait. ſupra de eden. cum ſim. vt ibi tradit Alex. & in conſ. 105. reuerende domine in 2.lib. & Petr. de Anch. in conſ. 432. p̄miſſa. Ang. in cōſ.357. pater ſtipulatus.

Secundo de facili probatur ſi partes confiteatur errorem, vel etiam ſi teſtator hoc dicat in his quæ ab eius voluntate pendent, vt no. Bart. hic circa fi. & in l.cum proponeretur. de leg. 2.

b Teſtibus. q̄d per duos Alex. conſ. 13. nu. 19. lib.6,

Tertio probari pōt teſtibus. *b* Sed tot teſtes requirūtur quot neceſſarij ſunt in diſpoſitione principali de qua agit̄. vnde in teſtō error dibet ꝓbari ſeptē teſtib. q̄ñ agit̄ de ſubſtātia ipſius teſtamēti, hoc eſt de volūtate teſtatoris. Secus eſt in qualitate requiſita in teſtō, vt no. Bart. poſt. gl. in d.l. cum proponeretur. cū ſimil. vt tradit Alex. in l.errore. circa fi. C. de teſt. Soc. in cōſ. 51. viſo teſtō in fi. Et quod dictū eſt de probādo † qualitatem, idem eſt ſi agatur de probando b

9

bando sólemnitatē:quia duo testes probarēt, secūdū Ang.in l.ambiguitates. C. de testa. in quibusdā iecturis Alex.in d.l.errore.in fi.de quo dixi in l.fi.C. de secund.tab.Et de probatione erroris, no.Alex.in consi.140.super testamento col.1.lib.1. Et in d.cōs.105.reuerende domine lib.2.& cōs.88.in causa do. Bar.lib.4.Soc.in cōs.94.præstātissimi col.3.& Laur. Calcaneus in cons.48.uiso dicto casu.col.pen.

20 Vltimo regula ista procedit † prout loquitur qñ errore fuit aliquod omissum.Secus si dolo & mali tiose notarius aliquid omiserit : quia tunc puniri debet. Et an tunc corrigere possit,no.Bald.in l.2.C. de fideicom.liber.& in rubri.C.de fide instru.col.6. ver.unum scias.& tradit Lanfran.in repetit.c.quoniā contra.col.7.de probati.

Et qñ falsitas in notario præsumatur.ut nota.in l.iubemus.C.de testa.ubi Alexand.And.Sicul.in cō
21 si.29.col.8.lib.1.† in dubio *a* tamen in notario sem
a per potius prȩsumitur *b* error,quàm falsitas, vt no.
b Bar.per illum tex.in l.quoties.§.1.sup.de hæred.in stit.cū simul.ut tradit Alex.in cons.40.habita super contentis.col.fin.lib.1.& in cōsi.27.in causa & lite. in prin.li.2.Pet.de Anch.in cōs.287.tria principaliter col.j.Cuma.in cōs.125.ad primū.& dixi in cons. 175.Et regula ista limitatur ut per Alex.in l.errore col.1.& in l.ambiguitates in fi. C.de testa. Et materia latè habetur in tractatu clausularū,in char.41.

a Dubio.Dec.c.1.col.3. de probat. Alex.in cōs.53 nu. 16.lib. 7. Limitat Curt.iunior. consil.59. Sed quod potius dolus præsumatur. Alc l.j. §. si stipulanti. nu. 42. § sed si mihi ad fin. de uerb. obl.

b Præsumitur, Adde eundem D Pail.in consi. 125. incipi in c. falsitatis. Io. de Ana.in ca. cum diligenti. de accus.2. col. quasi in fi. & Alex. in c.ego solis.9. distin.Are. in cōs. 47.incip.uisis & diligenter ponderatis. in j.col. uers.pro his facit optimè, &c. Fel.in c. ex literis.2 col uersic. tertia conclusio. hoc tamen est limitandum secūdum eum ibi uersi. sed limita nisi notarius omisisset solennitatem iuris in testamento quæ interuenire debebat quia tunc non prȩsumitur error, sed falsitas,de quo ultra

IN L. FILIVSFAMILIAS. ARG.

1 *Filiusfamilias rem peculiarem possidere non dicitur, sed ipsius pater.*
2 *Seruus ab alio possessus domino non quærit.*
3 *Detentatio an possit acquiri filio.*

R E G V L A XCIIII.

Filiusfamilias neque retinere, neque recuperare, neque adipisci possessionem rei peculiaris videtur.

eum, & quos allegat uide Bart. in c.quoniã, ut lite non conte. col. 15. in medio.& in consil. 58.incip.clementissimi.in 1.uol. pen.col. Bald.in sua marg. ĩ uer. error.uers.12.& 13. H.C.

Noto ꝙ † isto iure filiusfamilias non habeat possessionẽ rei peculiaris,quia statim possessio patri ẽt ignorãti acquirebatur.l.quicquid.supra de acq.po. l.1.§.item acquirimus.eo ti.facit tex.§.1.instit. per quas perso.nobis acquirit.& in l.placet.de acq.hær.

Et ampliatur ista regula , ẽt si filiusfamilias ab alio possidebatur, ut dicit tex.in d.l.quicquid.quia secundũ gl.ibi, illa acquisitio fit vigore patrię potestatis,quæ durat licet ab alio possideatur. Secus est in seruo † qui domino nõ acquirit,si ab alio possideat.l. j. §.sed per eũ.supra de acq. poss.quia in seruis acquirit domino ratione possessionis: ut dicit gl.in d.l.quicquid.facit tex.in l.1.fin. supra de acq. poss.de quo videdũ est per Doc.in d.l.1.§.itẽ acquirimus.& ꝑ Alex.in l.1.§. veteres.col.3. de acq. poss. 2

Et regula limitatur,ut per gl.hic,quia hodie nõ procedit.

Itẽ regula videtur procedere in possessione quæ habet aliquid iuris † Secus uidetur in detentione quæ filio acquiri videtur.ar.l.stipulatio ista.§.hi q. de uer.obl.Et pari ratione implementum cõditionis quæ in facto consistit, ipsi filio acquiritur.l.qui hæred.in prin.de cond.& dem.facit tex. in §. sed cũ factum.instit.de stipul.seruorum.

REGVLA XCIIII.

Non solent quæ abundant, vitiare scripturas.

De ista regula dictũ fuit sup.in reg.q dubitationis.

IN L. NEMO DVBITAT.

Argumenta.

1 *Soluendo esse præsumitur, qui fideiussorem habet.*

2 *Soluendo esse dicitur qui totum debitum soluere potest.*

Soluendo est, qui nomina debitorum habet.

3 *Soluendo non esse, quando quis præsumatur.& nu.4.*

REGVLA XCV.

NEMO dubitat, soluendo videri eum, qui defenditur.

Et per istum tex.glo.in l.soluendo suprà de verb. sig.dicit,ꝙ soluendo quis uidetur per se,uel ꝓ aliū.
1 & no.Bart.in l.1.sup.de custod.reorum † dicens, ꝙ soluendo esse dicit̃ qui habet fideiuſ.ad idem tex. in l.si plures.§.præterea el.2.supra de fideiuſ.Et per istum tex.hic Bart.in l.itē liberatur. §. qui paratus supra quib.mod.pignus vel hypo.sol.ibi decidit q. quam hic indecisam reliquit:& respōdet ad tex. in l.rescripto.§.debitores.uersi. planè.suprà de munc. & hono.cū si.vt tradit Alex.in l.4.§.si ex conuentio ne col.1.de re iud. Et Ang. Are. in tract, Malefi. in ver.quasi nō soluerit.& idē Alex, in l.1.supra qui fa. tiſ.cog.& Moder.ibi. Et And.Sicul.in cōſi.15.col.2.
2 lib.2.† Et soluendo quis intelligitur,quando in to tum soluere poteſt.d.l.soluendo,de uer.sig.& insti. de obli.quæ ex delicto.in §.fulloni vero.in fi.

Et soluendo esse uidetur, qui habet nomine debitorum.quia non dicitur suspectus,ut no.Bal.per illum tex.in l.facere.s̃.solu. matri.

Et hoc intelligitur quando debitores sunt boni & de facili exigibiles,aliàs secus,ut concludit Alex. in d.l.facere post alios quos ibi refert.

Et idē Alex.in cōſ.37.uiso & opportunè discusso
3 col.4.uer.3.per hoc adduco.lib.2.† quādo quis dicatur non posse soluere, vt quia imponetur pœna corporalis, si pecuniariam impositam soluere non poterit.no.Bal.in d.l.quicunque.col.pe.ver.sed pone ſtetutū.C.de ser.fug. Ang. in l. j. sup. de iniusto rupto.cū si.vt ꝓsequit̃ Ang.Are. in d.tract. malefic. in uer.præallegato: ubi latè refert. Imo. in l. suus quoque.uer. sed si filio col.pe.supra de hær.insti.

Et ad prædicta uide Bar.in l.tres tutores. in fi.supra de admini.tut.ubi dicit.† quòd nō præsumitur soluendo ille cuius bona uendūtur:& qualiter probetur quòd quis non sit soluendo,no.Bald.in anth. hodie.uer.2.quæro.C.de actio.& obli.

IN L. IN AMBIGVIS ORATIONIB. argumenta.

1 *Interpretatio ad eum spectat, qui condere potest.*
2 *Iudices in partiū præiudiciū leges interpretari possunt.*
3 *Papa priuilegium à se concessum solus interpretatur.*
4 *Papa gratias à se indultas declarare solet.*
5 *Rescripta sua interpretatur solus Papa.*

REGVLA XCVI.

IN ambiguis orationibus maximè sententia spectanda eius est, qui protulisset.

Et hæc regula exēplificari potest in principe ad quem recurritur pro interpretatione a legis, † quia a 1 eius est interpretari, cuius est condere l.fin.C. de legibus c.inter alia.de sent.excom.

Et ideo pro interpretatione statuti ad populum qui facit statutū recurritur, ut not.Bar.in l.omnes populi.supra de iust.& iur.in pe.char.in vers.3.quęro. Et dicit Bar.ibi hoc procedere in subsidiū, quando alia interpretatio quæ congrua sit, haberi nō potest, aliàs secus nam quando est dubium arduū & inexplicabile, ad principē recurritur: ut no.Abb.in c.1.in 1.no.de iura.cal.& in c.cū uenissent. de iudi.

Et ideo † iudices prius habent potestatem inter- 2 pretandi leges in præiudiciū partium: ut no.Inno. in c.cum speciali.de appe. & Abb.ibi sequitur.& in d.c.cū venissent.& in d.c.de iura.cal.& in ca. capellanus col.1.de fer.cum sim.ut tradit Fely.in d.c.inter alia. Et hoc intelligitur nisi essent verba clara: quia tunc non potest iudex aliter interpretari quàm verba dicāt, ut no.Bar.in l.ab executore.in prin col. pe. supra de app.Bald.in l. quæ. C. commin.vel epist. Are.in cons.56.post absolutū & in l.2. §.stipulatio. de uer.obl.Alex.in in cōs.215.nec arguēdi.in fi.li.2.

Similiter ista regula exēplificari pōt in priuilegijs ut est tex.in c.cū uenissent.de iudic.† ubi pro inter- 3 pretatione

a Interpretatione. Interpretatio, quæ fit, uide Bal.in rub. C.de uerbo. signifi.in prin. & Lanfrā. in tracta. interpre. statuto.in j. col. in uersic. 4. præmitto, &c.& Bal.in sua mag. in uersi. interpretatio.paul.consi. 360. in princ p̄ missis allegationibus. in j. uol. & Bart. in l. ab executore. ff. de appel. H.C.

a pretatione priuilegij, ad papā *a* recurritur. Et hoc intelligitur de interpretatione concernente validitatē priuilegij, ut not. Bald. in l. hi qui. in princip. C. de appella. & Paul. de Cast. ibi in fin. facit quod no. Old. in cōs. 230. Vrbanus episcopus circa fi. Et ideo statuta inualida confirmata à summo Pontifice q tolli ab imperatoribus nō possunt, a summo Pontifice interpretari debent: ut not. Bald. & Ang. in l. ex facto. de vulg. & pu. Et quādo ad papā recurritur eiùs interpretationi & declarationi stādū est, dato q à principio eius intētio talis non fuisset: ut not. Ang. in cons. 273. non est dubium. col. 2. & idē Pau. de Ca. in l. hæredes palam. §. si quid post. col. 2. sup.
4 de testa. ubi inquit q Papa sæpenumero facit multas declarationes circa gratias ab eo factas. Et præiudicat illis quibus erat ius quæsitum per illū tex. quasi illud quod declaratur fuisset à principio dictū, quo casu non fuisset alteri ius quæsitum: & dicit hoc procedere in propria declaratione, quæ cōsistit circa aliquod verbum dubiū: secus si non esset verbū dubiū: quia tunc esset noua dispositio quæ
b nō tolleret ius alteri quæsitū. *b* Et ad hoc ad vltimū dictum Paul. de Cast. est notab. decisio Pet. de Anch. in cons. 396. præmitto. colum. fi. & idē tradit Paul. de Cast. in cons. 166. viso. col. fi. & dixi in d. c. cū venissent. ubi uide eum est.
5 Eodē modo † in rescriptis recurritur ad Papā q a secundū eius intentionem interpretari debent: ut not. Innoc. in cap. cum ecclesiasticæ de except. cum si. ut dixi ibi. Et idem in iudice qui potest eius sen-
c tentiā *c* interpretari. l. ab executore in prin. sup. de app. & ibi Bar. cum sim. vt not. Alex. in l. 2. col. fi. de libe. & posthu. in l. actorem de re iud. Et ad regulā hic facit tex. in l. in prętorij de pręto. stipul.

a Papa. Interpretatio a Papa, de quibus fiat, & an amittatur probatio in cōtrarium, uide Card in clem. j. de concess. præb. & Bal. in l. 2. C. de sent. ex peric. & D. Phil. in c. 2. de off. deleg.

b Quæsitum. Dec. l j. colum j. C. de impub. & alijs subst. c. fi. col. 5. de const. ca. pastoralis in in fi. de except.

c Sententiam. quam non poterit nisi semel interpretari. ita Bal. per glo. ibi in l. 2. C de senten. excep. reci. Imo in l ab execut. in princ. s. de appel. Ias. in quid iussit. in II. col. supra de re iud. H. C.

IN L. EA SOLA. ARGV.

1 *Deportatio ea sola tollit quæ in fiscum deferri solent.*
2 *Deportati bona in fiscum deferuntur.*

Regula

REGVLA XCVII.

E*A sola deportationis sententia aufert, quæ ad fiscum perueniunt.*

Noto secundum intellectũ gl. qui planior videt, † ꝙ snĩa deportationis solum aufert ea quæ in fiscũ 1
transferuntur: † bona enim deportati transferũtur 2
in fiscum l. deportatorum. C. de pœn. & not. ꝑ gl. in §. relegati. inst. quib. mod. ius pat. pot. sol. vnde dicitur hic, quod per sententiam deportationis solũ auferuntur ea quæ in fiscũ transferũtur: quia si fiscus recusaret bona forte reputaret quod nõ essent soluenda iuxta l. 1. §. an bona sup. de iure fis. illa repudiata nõ transirent in fiscum. Vel secũdo regula declarari potest, quod est sola sententia deportationis aufert quæ in fiscum transferũtur, videlicet illa quæ transeunt in hæredes extraneos, quia illa non transferuntur in fiscũ, ut in l. 1. ubi Bar. C. de oper. lib. & Bar. in l. iura. sup. de iure. patr. cũ si. ut tradit Alex. in cons. 23. opportunè consideratis. col. 2. lib. 1. & in cons. 89. vtrum in prin. lib. 4.

IN L. QVOTIES. ARG.

1 *Prior tempore præferri solet in pari causa lucri*
2 *Beneficium prior impetrans præfertur posteriori.*
3 *Concessio secunda feudi, non derogat priori.*

REGVLA XCVII.

QVOTIES vtriusque causa lucri ratio vertitur: is præferendus est cuius in lucro causa tempore præcedit.

Nota † quod in pari causa lucri præfertur ille q. 1
est prior in tempore.

Sed ad declarationem regulæ cõsiderãdum est, quod si rei donatæ facta fuisset traditio illi q. fuis-

set

ſet poſterior in titulo ille eſſet potior, quia prius dominium habuiſſet.l.quoties.C.de rei uend.cum ſim.ut dixi in reg.contractus.ſupra eod.

Et tali caſu regula non haberet locum,ut no.per gloſ.in regula qui prior de reg.iur.in 6.vnde regula intelligitur cæteris parib.& facit tex.in d.re. qui prior.& in l.operis ſup.loc.

Et regula etiam exemplificari poteſt in benefi-
2 cijs eccleſiaſticis,quia † potior eſt q. prius *a* impe-
a trauit c.eum cui.de præben.& in 6.not.in cap.capitulum ſanctæ Crucis.de reſcrip.

Et ad iſtam reg.quamplures quæſtiones ſimiles proſequitur Rom.in cōſ.46.viſis neceſſarijs.ubi principaliter loquitur de comite qui obligauit ſe duobus principibus.Et in terminis regulæ in pari cauſa lucri plura iura & ſim.Rom.inducit in cōſ. 298. circa præmiſſa.& idem tradit Paul.de Caſt.in cōſil. 156.viſo & examinato puncto col.3.ubi concludit,
3 † quòd ſecunda conceſſio facta de quibuſdā bonis feudalibus non derogat priori,& in ſimili caſu tradit Alex.in conſ.3. ex his quæ in themate.lib. 5. & in conſ.22.uiſo proceſſu col.ea.lib.5.

a prius. Vide Dyn. in reg. qui prior in princ. ubi eius addit. ſatis remiſſiue in uerſ. potior. & ad id quod dicit de prioritate unius horę uide Soc. & Iaſ. in l. j. ff.ſol.matr.

IN L. NON POTEST VIDERI.

Argumenta.

1 *Moroſus an dicatur qui negat centum à ſe petita in re implicita.*
2 *Negans ſe debere viginti an cenſeatur negare decem.*
3 *Debitor a quo plus debito petitur,iuſtè ſuper toto litigare poteſt.*
4 *Summa minor in maiore continetur.*

REGVLA XCVIII.

NON poteſt uideri improbus qui ignorat quantum ſoluere debeat.

IBI, qui ignorat quantum ſoluere debeat, videndum eſt quod ſupra dixi in l.qui ſine dolo.& l. nulla intelligitur.ſupra eod.

Et Bart.hic infert ad quęstionem quam dicit hic Pisis de facto habuisse.

Et concludit per illum tex.† ꝙ nō dr̄ *a* esse in mora ille q. negat cētū petit ab eo.l.si agat̄ de re implicita, q.a ignorat quātū debeat ut hic & in l. in fideicōmissi.in prin.s̄..de vsu.in l.si q.s solutioni.ff.eo.ti. a 1

Secus si sciret se debitorē præcisè in certa parte, quia tūc non soluēdō esset in mora. Et sic vult Bar. † ꝙ debitor de decē à quo viginti petita sunt,nō possit negare illā maiorē summā,q.a vr̄ ēt negare il lā minorē sūmā de decē. Et ideo esset periurus, vt idē Bal.dicit ī l.si pupill⁹.§.fi.s̄.de ver.si. & ꝓ hoc dicit Bar.in l.1.§.si stipulāti circa fi.s̄. de ver.obl.ꝙ cōfundit̄ practica *b* aduocatorū, q. uolūt ꝙ totū negari possit si plus debito petat̄. Et in hoc ibi latè insistūt Alex.Mod.& residēt cū opi.Bar.ibi tāquam cōi. 2 b

Pro qua allegatur tex. in.l.qui seruū.§. fi.sup. de interrog.act.ubi interogatus de toto fundo an cū possideat,teneatur de parte.respondere.

Sed ille tex.parum facit:quia intelligitur quādo etiam de parte interrogatus sit secūdum gl. ibi.Et ad hoc facit quia qui vult sibi responderi super toto & super parte debet interrogari super toto & super parre l.non alienum sup.de interrog.act.

Et ideo uerior uidetur opinio quàm idem Bar tradit in l.qui solidum in prin.sup.de leg.2.ubi videtur tenere contrarium,dum concludit,† quòd si quis petat plus debito,habeo iustam causam litigādi super toto:nisi actor dicat separatum partem recipere per illum tex.qui bene probat. 3

Et pari ratione uidetur qđ positio facta de maiori summa in totum *c* negari possit ut per glo.in l. 2.in gl.magna de confes.in 6.sequitur Bald.in l.2.§. quod obseruari.col.pen.vers.sed quid si positio. C. de iuramen.calum.cū sit ut Alex.refert in d.§. si stipulanti,& idem Alex.in cōs.183.viso puncto col.fi. lib.5.Non obst.quod ille qui negat totum,vr̄ ēt negare. c

a Dicitur. Vide Ias.in §. stipulanti in fi uerb. uers. 3.successiue hic alleg.

b Practica. imò in Franciæ regno practicatur opin. Bar. Imò fortius quia debitor à quo plús petitur, si nihil obtulerit in omnes impēsas cōdemnatur, ex ueteri stylo, quē nunc non ita ad unguem seruāt, sed iudices arbitrantur.

c In totum.Cōtrariam sententiam tenet Cyn. Ray.Bart. Ioan. Imol. Alex. qui dicunt eā cōmunem.& Aret ibi pen.col. dicit eā cōmunionē, & oēs. Mod. in §. si stipulanti. hic alleg.eam etiam tenet Innocen. And. Phil.Fran. in ca. præsentiū in 5. col de te. lib.5. Fely. in c. nā concupiscentiā de cōs.fi.col. ubi ponit tres limitationes, & quā plures alii, quos refert Alex. in 2. col. & Abb. in c. 1. de plus petit. licet dicat opi.glo.seruari in practica

gare partem, quia resoluẽdo hoc in quo tota vis cõsistit considerandum est: quia verum est ꝙ in toto
a pars continetur, & in maiori summa. maior *a* inest. l. si quis cum totum de excep. rei iud. l. si is qui ducẽta. §. vtrũ. de reb. dub. & in l. 1. §. si stipulanti. de verb. oblig. in l. qui concubinam. §. qui ita de leg. 3.
4 † Sed illa pars in toto continetur ad integrãdum illud totum, & minor summa in minori cõtinetur ad integrandum maiorem summam, sed per se illa minor pars vel minor summa nou vr̃ petita. ita no. declarat Bar. in l. scire debemus. in fin. prin. de verb. oblig. vbi inquit, ꝙ si promisisti centum. nõ possum petere quinquaginta tãquã promissa: quia illa pars de quinquaginta nõ fuit promissa, licet sub generalitate illorum verborũ includatur. Et ita in proposito videtur. si positio est facta centũ, non dicitur facta de quinquaginta. licet in summa de centũ quinquaginta includantur & ideo qui negat positionẽ de centum non dicitur negare positionem de quinquaginta, vnde nõ dicitur periurus. Et pari ratione non videtur esse in mora, quia non recusat soluere quod debet. Et hoc modo explicatur illud in quo doctores moderni laborant in d. l. 1. §. si stipulanti. & in effectu quod Bartolus hic dicit non videtur verum per supradicta. Et ad hoc facit illud quod dicã in regula, in cod. infra eod.

ab aduocatos tãtum ad euitandas istas opin. Dcc̃t. aduocati hodie seruant aliam practicã, quã refert Ias. in d. §. si stipulanti. post Ang. Paul. de Cuma. H C.

a Minor. Quid in sententia, an in maiori in sit minor. vide latissimè Ias. in l. inter partes l. supra de re iud. colum. 2. in 4. not. & Ias. §. stipulanti. nũc alleg. col. 4. vers. circa istã materiã vbi ponit regulam cũ septem fallen.

REGALA C.

OMNIA quæ iure contrahuntur, contrario iure pereunt.

DE ista regula dictum fuit in regula, nihil tam naturale. sup. eod. vbi videndum est.

IN L. VBI LEX. ARGVM.

1 *Mensis qualiter intelligi, debeat in dilationibus dandis.*
2 *Mensis vtilis triginta dierum esse dicitur.*
3 *Mensis simpliciter prolata dictio, pro triginta diebus accipi debet.*

REGVLA LXV.

VBI lex duorum mensium fecit mentionem & qui sexagesimoprimo die venerit, audiendus est, ita euim imperator noster Antonius cum Diuo fratre suo rescripsit.

ISTA regula secundũ Bar.in l.cum bissextus in fi.sup.tit.1. reducitur ad cõmunem opi.quæ habet, † ꝙ mensis a intelligatur secundũ qualitatẽ mensis in quo data sit dilatio.vnde si die. 23. Augusti data sit dilatio vnius mẽsis,incipit in dicto die.23. & terminatur in 22.Septẽbris,vt Bar.cõcludit in d.l.cum bissextus,& hoc idẽ gl.in c.quã sit.in vers. mense. de elect.in 6.& sequuntur Bal.& Imo.in d.l.de diuisione.sup.sol.mat.Ang.in auth. iubemus. C. de iud.cũ sim.vt tradit Alexan.iu d.l.de diuisione. vbi dicit,ꝙ ista est cõmunis opi. & idẽ Alex.in l. fi.in princ. col. pen.C.de iure delib.& in cons.42.in casu & lite. col. 2.lib.2.Et secundum Bart.in d.l.cum bissextus.in fi. reg.ista reducitur ad quæst.glo. pręalleg.

Mensis. Alex. cons. 114. num. 11.lib.5.

Sed nõ videtur ꝙ reduci possit, nisi secũdũ quod inferius dicam.& Bal.in l.eos.§. sinautem. circa fin. C.de appel.dicit istum tex.hic procedere ex benignitate, non quod hoc sit de proprietate verborum.

Et conclusio gl.in d.c.quàm sit,procedit in mensibus continuis qui habent metam limitatã, & pro maiori parte habent dies triginta vnum. & quidã triginta. Secus est in mensibus vtilibus, in quib. nõ sunt limitati dies,& vnus mensis vtilis poterit quãdoque occupare tres continuos. Vnde illa doctrina non potest ad menses vtiles adoptari, & ideo vnus † mensis vtilis intelligitur de triginta diebus, vt Alex.tradit in cons. 114. visa scriptura col.fi.lib.5. 2

Secundo,conclusio superius facta intelligitur qñ principium mensis designatur, quia dicitur à præsenti die infra mẽsem. Secus si de mẽse absolutè mẽ

tio facta sit, quia tūc mēsis pro duodecima parte anni accipitur: vt no. Domin. post. Paul. in d.c. quā sit in gl. in verb. mensem. Et ista duodecima pars anni pro triginta diebus declaratur, & tali casu mēsis in distinctè pro triginta diebus accipiter. vt no. Bal. in d.l. eos. §. si autem circa fi. C. de ap. & idē not. Bal. in auth. q semel. circa fi. ver. in gl. fi. C. qūo, & quan-iud. & idē Bal. In c. 1. in princ. quo tempore miles. vbi ap ꝓbat gl. in l. fi. §. 1. in vers. sexaginta. C. de iur. de lib.
3 & concludit, ꝙ † si nomē mēsis proferatur simpliciter, de triginta diebus intelligitur. & idem Ant. de But. in c. licet. de supp. neg. præla. Alex. in d. cōs. 114. lib. 5. Et hoc modo videtur procedere tex, hic. videlicet quando facta sit mentio duorum mensium absolutè, quo casu de sexaginta dieb. intelligitur, tamen ex benignitate additur vnus dies, & videtur hoc intelligendum esse in materia fauorabili.

IN L. QVI VETANTE.

Argumenta.

1 *Prætore vetante factum, perinde est, ac si fiat contra ipsius edictum.*

2 *Aduersus, aliquando pro contra accipitur.*

REGVLA CII.

QVI vetante Prætore fecit, hic aduersus edictum fecisse propriè dicitur.

1 Nota † ꝙ paria sunt, aliqui fieri vetante prætore, vel aduersus edictum eius, ad idem facit tex. in l. aduersus sup. de arb. ubi dicitur, quòd aduersus sententiam arbitri fieri dicitur, si petatur ab eo, à quo
2 arbiter peti uetuit, † aduersus. n. exponitur contra l. non solùm. §. fi. sup. de iniur. & in clе. 1. ubi glo. in uers. sus de restit. in integ.

Eius est actionem denegare, qui possit & dare.

Ad

Ad istam regulam facit quòd supradictum est in regula eius est velle, in regula, nil tam natuale. & in regula, nemo qui condemnare.

IN L. NEMO DE DOLO

Argumenta.

1 *Domus sua intelligitur, quam quis inhabitat.*

2 *Pœna offendenti aliquem in domo sua imposita, non est de hospitio intelligenda.*

3 *Nauis prædio vrbano æquiparatur.*

4 *Extrahi de domo sua quis potest ex causa, ut iustitia fiat.*

REGVLA CIII.

Nemo de domo sua inuitus extrahi a *debet.* a

1 Regula intelligitur, de domo *b* sua † quam habitaret, secus si illam non haberet, licet esset propria, b quia ab illa extrahi non prohibetur. ut not. Bar. in l. nec in ea supra de adult. & facit tex. in l. quod ait. §. sufficit. vers. sed si pater sup. de adult. & no. Alber. in tracta. statutorum. in 2. parte. in 30. q. incipien. item quæritur. vers. sed quid si aliquis.

a Extrahi. Sed an possit iudex præcipere alicui ne exeat domũ, vide Bal. in c. Quintauallis. in 1. col. qui dicit, quod non de quò latè Ias. in l. quod iussit. supra de re iud. col. 4. vers. aduerte tamen H. C.

b Domo. Quid domus appellatione Alex. consil. 213. nu. 3. lib. 6.

Et in effectu hic suo largo modo accipitur. videlicet pro habitatione. l. q. domũ. ubi Bar. sup. de adul. & in l. lex. Corneliana. §. domum sup. de iniur.

Et isto casu etiam habitatio ad tempus sufficit vt colligitur in d. §. domũ. dum ibi dicitur, de scholari qui habitabat. Rom. cau. stud.

Et hoc propter subiectam materiam de qua agit, vt quis totus sit in domo, aliàs verò habitatio tẽporalis non sufficeret, vt not. Saly. Rom. & Alex. in l. cũ filius. sup. si cert. pet. cum sim. ut dixi ibi. Et idem videretur esse in hospitio. *c* quia videretur illud cõductum esse, & eadem videtur ut sit tutus in domo. c

c Hospitio. Imol. secus.

Secus vbi esset diuersa ratio, ꝑut loquitur tex. in l. j. §. habitare. de his qui deiec. vel effud. Et licet Bal. ibi videatur tenere contrarium, dicens per illũ tex. † quòd pœna imposita offendenti aliquẽ in domo, non habet locum in hospitio & facit quod not. Bal. 2 in l. ea quæ. in fin. C. quomo. & quan. iudex.

Nam

Nam responderi pōt, q͏ respectu citationis prout loquitur Bald. in d. l. ea q̃ diuersa ratio uĩ & pariter in d. l. j. §. habitare. non uĩ congruum, quod ille qui reperitur in hospitio accidētaliter, debeat teneri, sicut ille qui habitaret. Et si ibi agitur de præiudicio hospitis, in casu nostro agitur de fauore. Et ita ēt respondetur ad l. pēn. §. in factum. sup. nau. caup. stab.

Sed in casu isto eadē ratio uidetur ut quis sit tu-
a tus. Et pari ratione idem uidetur in naui *a* quia uidetur ordinata ad habitādum. & bene facit tex. l. pe. §. si de naue. de his qui deiec. ubi Alb. hoc tenet. Et idem Alberic. in tracta. statutorum. in 2. parte q. 35.
b in fi. vbi idem dicit de molendinario *b* & nauta. Et
2 facit quia † nauis æquiparatur prædio vrbano: vt
c no. Bal. *c* in l. certi iuris vers. quid ergo. C. locari.

Contrarium tamen in naui tenet Rom. in l. j. §. domini appellatione. in ver. ad Sillan. per tex. in l. 1. §. si quis de naui. de vi, & vi armata.

Sed responderi potest, quòd ibi arguit de pœna,
d *d* quæ restringi debet: & ideo cùm illud interdictū pænale loqueretur de his quæ de solo deijcerētur, sub verbo soli non comprehenditur nauis, nec vehiculum, ut ibi dicitur.

Et dum dicitur de domo sua, secus ergo videtur in aliena: vt à cōtrario sensu hic colligit & no. Alex. post Abb. in d. l. plerique. limitando hoc, nisi dominus domus ꝓhiberet ingressum: ut in l. diuus. sup. de serui. rust. pd. in l. iniuriarū. §. si. de iniu. in l. qui domnm alienam. de iniurijs.

4 Sed tamen uidetur aduertēdum, † quia illa iura non loquuntur quando iustitia impeditur & causa, ut in fure: ut no. in l. 2. ubi Bal. C. de ser. fug. & q. a tali casu cessat ratio quę est in domo suę habitationis, & domino domus, non videtur data ista facultas vt possit impedire capturam eius qui de iure capi potest reliqua per Doct. in d. l. plerique.

a Naui. Iaf. l. quominus. sup. de flum. l. plerique de. in ius voc. Et q͏ nauis cōputetur in ter obilia, rectedecidit Do. Ioan. And. Tiraq. trac. Retract. proxi. §. glo. 7. num. 8. & nu. seq. Limitatur in molendinis constructis super nauibus cohærentibus in flumine publico, quando ex concessione principis vel reip. perpetuo habere licet. hæc enim inter ista obilia censentur.

b Molendinario. Molendinū an sit prædium vrbanum, vide Bal. in d. l. certi iuris. in 4 q6. vbi tenet quod non, sicut furnus ruralis.

c Bald. sequitur Iaf. in repet. l. quominus. de flum. supra col. 26. ver. vlt. adde.

d Pœna. Solue melius. & quod ibi illud interdictum non est concessum nisi ad res soli. d. l. 1. §. hos interdictum ver. ad solum. alias vbi

ex non restringeret, veniret nauis appellatione domus. Io. Ign. in l. 1. §. dñi appellatione. 2. nu. 7. c. eum seq. sup. ad Sillan.

IN L. SI DVABVS.

Argumenta.

1 *Solutio censetur facta in dubio in causa remouendi infamiam,*

2 *Condemnatus ad restitutionem rei furtiuæ, qua in dubio dicatur teneri actione.*

3 *Solutio in dubio in causam grauiorem facta præsumitur.*

REGVLA CIIII.

SI in duabus actionibus alibi summa maior, alibi infamia est: præponenda est causa existimationis. Vbi autem æquiparantur famosa iudicia: & si summam rei disparem habeant, pro paribus tamen accipienda sunt.

Noto † quòd in dubio videtur facta solutio in cā quæ remouet infamiam. ad idem tex. in l. si quid. in prin. cum sim. allega. in glos. in dubio enim capite presumptio vt infamia euitatur. l. hæc enim. §. quid ergo, sup. de suspect. tut. 1

† Et ad hoc facit, quia condēnatus ad restitutionem rei furtiuæ in dubio non intelligitur condemnatus actione furti, sed conditione furtiua, quæ nō infamat. l. cessat sup. de act. obli. vt in no. q. dicit Io. de Ana. se venetijs consuluisse in c. qualiter & qñ. §. ad corrigendos. col. 3. vers. casus fuit talis. de accus. 2

Et regula ista vr̃ ēt ꝓcedere si aliud debitū esset maioris summæ, quia qualitas infamię vr̃ præponderare, vt probatur hic, nam cā ista quę respicit infamiā semper in dubio reputatur grauior. d. l. si q. d. in prin. ita Bar. dicit in l. cum ex plurib. sup. de solu. & ibi vr̃ limitare hoc, nisi ageretur de grauiori cā q̄ respiceret conseruationem membri vel vitæ. arg. l. j. sup. de bon. eorū, qui mor. sibi consci. & facit tex. in l. cęterū sup. de sol. qui facit regulam, † ꝙ in dubio vr̃ facta solutio in causam grauiorem. & not. Bart. in l. 1. de solu. Ro. in cons. 94. visis his. col. 1. & ibi ma- 3

teriam

teriam prosequitur de qua Alex.scribit in cons. 75. ponderatis narratis,& aliquid Paul. de Cast. in cõs. 152.vidẽdum est primo.col.2.vers.pone ergo quòd ex interuallo.

IN L. VBICVNQVE. ARG.

1 *Magistratus quilibet Prætor dici potest.*
2 *Citatio partis necessaria est in cognitione causæ.*
3 *Cognitio causæ quando fieri possit absque citatione.*

REGVLA CV.

Vbicunque causæ cognitio est, ibi Prætor desideratur.

1 HIC prætor pro iudice accipitur, † quia largo modo quilibet magistratus p̃tor dici potest, vt no. Bal.in 1.q.C.de ędil.act.quasi dicat, vbi causę cognitio requiritur, debet esse iudex qui cognoscat.
2 Et vlterius† in causæ cognitione partis citatio necessaria est l.in causæ. la 1. §. cã cognita sup. de mi. nam per illum tex. dicit Bar. in l.prolatam.col.fi.C. de sen.in ver. quæro vtrum. ꝙ causæ cognitio dicĩ fieri quando fit partib. præsentibus vel absentibus per contumaciam.Alibi tamen dicit Bart.in l.3,§.si
3 cã cognita.ff.de bon.pos. ꝙ † cã cognita dr̃ fieri quã tum ad instructionem iudicis absque citatione. & hoc vbi non agitur de præiudicio. secus vbi agitur de præiudicio, quia tũc citatio requiritur in causæ cognitione:vt no.Bar.in d.§. si causa.& sola citatio nõ facit causæ cognitionem, quia tex.in l.in causæ, la.1.§.cã cognita,copulatiuè loquitur causa cognita, & præsentibus aduersarijs sup.de min. & dixi in c.ecclesia. de consti. col.9.vers.2.q.

IN L. LIBERTAS. ARG.

1 *Seruis nil gratius præstari potest libertate.*
2 *Corpus liberi hominis æstimationem non recipit.*
3 *Patria potestas inæstimabilis quædam res dicitur.*

4 *Libertas quando certo pretio æstimari possit.*

5 *Homo liber vendi non potest.*

6 *Pœna apponi debet in cautione rati, vbi agitur de libertate.*

REGVLA CVI.

a Inæstimabilis. Albe. Brun cõs. 12. col. 30. cum seq.

Libertas inæstimabilis a res est.

IDEM dicitur in l.nõ est. §.infinita. infra eod. cum sim.alleg.in gl.hic ad idem tex.In l.procurator. §.fin.sup. rem ratam habe.in §.pen.in verf.sed cum libertas.institu.qui manumit.non possunt.

† Et nihil gratius seruis præstari potest, quã libertas.l.Paulus.in prin,sup.de fideicom.lib.& nõ priuata, sed publica est causa libertatis. l. si quis rogatus. sup.de fideicom.lib. & inestimabilis res est interesse reipublicæ,vt no.per gl.in l.1.sup.solu.matri. 1

Et quod dicitur de libertate idem dicitur de homine libero † cuius corpus nõ recipit æstimatiõnẽ. l.1.§. sed cum liber homo & in l.fi. supra de his qui deiec.vel effu.& in l.ex hoc sup. si quad.pau.fec.dic. l,2.corporũ. ad l.Rho. de iact. EOdem modo † inestimabilis est patria potestas, vt dicit tex.in l.filiusfamilias.§.secundum vulgarem de leg.2. 2 3

Et quod dicitur hic de libertate, limitatur secundum gl.hic, nisi quis vendat se ad preciũ participãdum,† quia tũc libertas certo pretio æstimatur, vt habetur in §.pen.insti.de iur.perf.& in tali vẽditione plura requiruntur,vt gl.ibi in verf.maior prosequitur.& in l.seruorũ in prin.sup. de sta. ho. in ver. venire. 4

Sed in tali casu considerandum est, † quod nõ sit vẽditio tanquã de homine libero quia non valeret vẽditio l.liberis. §.si quis sciens.ff.de li.cau.& nó.per gl. in locis prealleg. & sic venditio debet fieri tãquã de seruo. & libertas non æstimatur. Et † vbi agitur de libertate uel alia re inestimabili,in cautione rati debet pœna apponi,ut no.per gl.& ibi Pau.de Cast. in l.non solum.§.si status in verb.ratum. de procur. 5 6

Regula

REGVLA CVII.

CVM seruis nulla actio est.

De ista regula dictum fuit in l. in personam. ff. e.

IN L. FERE' IN OMNIBVS.

Argumenta.

1 *Pœna minui debet ob ætatem & imprudentiam.*
2 *Pupillus homicidium committens non decapitatur.*
3 *Minor uigintiquinque annis mitius punitur in delictis.*
4 *Iudex pœnas mitigat pro personarum qualitate.*
5 *Pœna quandoque minuitur senectutis ratione.*
6 *Delictũ imprudenter commissum mitius est puniendũ.*
7 *Delictum mitius punitur, quod impetu committitur.*

REGVLA CVIII.

Ferè in omnibus pœnalibus iudicijs & ætati & imprudẽtiæ succurritur.

1 Noto † quod propter ætatem & imprudentiam
a pœna minui *a* debet. Primo circa ætatem considerandum est, quod ista remissio pœnæ non cadit in pupillo qui propter ętatem non obligatur ex delicto. l. 1. §. impuberes. C. de fal. mo. l. infans. ff. de sicar. facit tex. in l. j. §. impuberes. ff. commod. in l. pupillus. in tit. in clem. 1. de homicid.

Et hoc intelligitur quando non sit doli capax, vt quia infans uel infamiæ proximus. secus si sit proxi
b mus pubertati, *b* quia tunc ex delicto tenetur. l. impuberem. ff. de fur. ubi tex. ita distinguit. & in l. pupillum. infra eod. tit. & in d. l. excipiuntur. §. 1. & no. per glo. & Bar. in l. si quis in tantam. C. vnde ui.

Et tali casu cũ pupillus teneatur ad pœnã delicti regula ista verificatur, quod ætati succurratur, quia pœna minui debet. & ideo dicit Bal. in d. l. & si seuerior, col. 2. uers. ex p̃dictis. C. in quib. cau. infa. irrog.
2 † quòd si pupillus cõmittat homicidiũ, licet sit doli capax,

a Minui. Vide quæ posui in l. cõs. sup. eo sup. uerb. initius, & D. Paul. in c. ex literis de constitut H C.

b Pubertati. Ad de quod vult Io. de Ana. in c. 1. de delict. puer. in 4. col. referendo Ang. quando ad hoc ut proximus pubertati teneatur de delicto; requiruntur duo copulatiue, uidelicet quod sit doli capax, & proximus pubertati; alias unum non sufficeret, & an & quando minor excusetur a delicto, uide Hipp. po. y. de Matil. in l. de minore, penult. & si col. sup. de quæstio. H. C.

3 vers. si quis autem. de rescript. in 6. † vbi quod licite exactum fuit, remitti non potest. ad idẽ tex. in cle. nolentes. de hære. & ad idem est glo. in l. vnica. C. publicæ lætitiæ, vel Consul. lib. 12. in vers. accipientẽ. quæ etiam dicit, ꝙ pari pœna punitur ille qui accipit à sponte dantibus, & ille qui exigit: & illã not. ibi Io. de Pla. & idem no. Bald. per illum tex. in auth. sed hodie. C. de episco. & cler. ubi colligit argumen-
4 tum, quòd † notarij puniuntur si ultra debitum aliquid accipiant a sponte soluentibus.

Et ista cõclusio videtur procedere ubi agitur de interesse publico, & in causis a iure expressis: alias secus uidetur: quia quædam honestate accipiuntur, q̃ inhoneste petuntur. vt dicit tex. in l. 1. §. proinde. de varijs & extra ord. cog. & gl. in l. 2. circa fi. in ver. sed præstari supra de orig. iur. per illum tex. ibi. hoc nõ peti, sed præstari solere. & idẽ gl. in d. c. exigit. de censib. in 6. in d. verbo, voluntate. quæ dicit hoc regulariter procedere & alleg. supra in cõtrarium habere locum in quibusdam casibus. & ad idem text. cum gl. 18. dist. in c. de eulogijs. in gl. fi. & ca. dilectus. el 2. in fi. de simoniacis.

Item d. Bart. hic uidetur procedere prout ipse lo-
5 quitur. † quando statutum prohibet salarium accipere ista uerba generalia sunt, & comprehẽdunt ẽt sponte soluentem. Secus uidetur si quis esset prohibitus petere: quia non prohiberetur accipere ab eo qui sponte solueret. d. ca. dilectus, cum simil. supra alleg.

REGVLA CXCVIII.

a *Ad ea quæ non habent atrocitatem facinoris uel sceleris, in ijs ignoscitur seruis, siue dominis, siue ijs qui vice dominorum sunt, uelut tutoribus & curatoribus obtemperauerint.*

a Atrocitatem. alias. non ignoscitur Ias. consi. 136. lib. 1.

Vide dicta supra in l. uelle non creditur.

Semper qui dolo fecit quo minus haberet pro eo est habendus ac si haberet.

Vide dicta supra, in l. qui dolo.

In contractibus successores ex dolo eorum quibus successerunt non tantum in id quod ad eos peruenit, uerum etiam insolidum tenetur: hoc est ut unusquisque pro ea parte qua hæres est, conueniatur.

Vide dicta supra in l. hoc iure. §. fi.

IN L. QVOTIES NIHIL. ARG.

1 *Appellatio non præsumitur deserta in dubio.*
3 *Appellatio admittenda uidetur in dubio.*
1 *Præiudiciale minus in dubio eligi debet.*

REGVLA CXCIV.

Quoties nihil sine captione inuestigari potest eligendum est quod minimum habeat iniquitatis.

Vide dicta supra in regula, in obscuris. & adde regulam quã tradit Paul. de Cast. in l. 1. ff. si quis cau. 1
per illum tex. † ꝙ in dubio eligi debet quod sit mi 2
nus præiudiciale. vnde infert, † ꝙ in dubio pronun 3
tiandum appellationem admittendam *a* & no. per gl. in c. ut debitus. de appel. cum simil. ut dixi ibi. Et ad reg. hic faciunt iura quæ dicunt de duobus malis minus esse eligendũ. l. si procurator rei. & ibi gl. supra de except. doli. cum simil. alleg. in glo. hic & in c. 1. 13. dist. in prin. & in c. 2. in fi. ead. dist. & gl. ibi in uers. minimus. alleg. istum tex. & ad idem tex. in c. non solum. 33. quæstio. 5. & glo. ibi similiter allegat istum text.

a Admittenda Dec. c. de prio re. de appellat. cons. 3(6 Alex. cons. 36. nu. 7. lib. 7

RE-

REGVLA CC.

Omnia quæ ex testamento proficiscuntur, ita statum euētus capiunt, si initium sine uitio ceperint.

VIDE dicta supra in regula, quod ab initio.

IN L. OMNIS DEFINITIO ARG.

1 *Definitio rei definitæ substantialia debet ponere.*

2 *Definitio bona censetur, quæ cum suo definito conuertitur.*

3 *Causa non bene definitur per effectum.*

REGVLA CCI.

Omnis definitio in iure ciuili periculosa est: parum est enim ut non subuerti possit.

Gloss. intelligit omnes definitio. pro regu. sed capiendo definitionem vt verba sonant, dicēdum est, ut no. Bar. in l. 1. col. 1. supra de testa. † ꝙ definitio debet ponere substantialia rei definitæ, & per hoc debet continere genus sub quo res est definita.

1 Item debet continere differentias, ut appareat ꝙ res definita differt ab alijs speciebus contētis sub illo genere. ut patet in d. l. 1. de testa. & in alijs definitionibus, & idem Bal. in l. cum quis. col. 2. C. de iutis & fact. igno. & in rub. C. qui admit. col. 2.

2 † Et illa est bona definitio quæ conuertitur cum definitio. l. 2. §. dolum. ubi Bar. ff. de dolo. & ad idē est tex. in l. mortis. causa capitur, in prin. ff. de donat. causa mort. in l. Quintus. la 2. in §. cum aurū supra de auro & arg. leg.

3 † Et nō est bona definitio si causa definitur per effectum: vt nu. Bar. in l. 1. in princip. col. 7. supra de appel. quod dictum declaratur ut dixi in rubr. de probat. col. 5.

Et propter hoc dicitur hic, ꝙ definitio est periculosa in iure, quia difficile est explicare quiditatem & essentiam rei definitæ, secundū quòd Philosophi

ueram definitionē prescrutantur, cōsiderando quiditatem & essentiam rei definitæ.

Sed secundum Legistas videtur ꝙ definitio non sit ita periculosa; quia dato ꝙ quiditas & essentia rei non exprimatur, satis est definitionem constare ex genere & differentijs. ideo quandoque res definitur considerando rem prout est in fieri. l. libertas. §. seruitus. de statu homi. & in l. 5. §. stipulatio. de ver. obl. & dixi in d. rubr. de probatio. col. 4.

IN L. QVOD QVIS. ARGVM.

1 *Procurator pœnam recuperare non debet quam ob solū passus est delictum.*

2 *Victus quando ad expensas uictori non teneatur.*

3 *Fideiussor quas culpa sua soluit usuras, à principali non repetet.*

REGVLA CCII.

Quod quis ex culpa sua damnum sentit: non intelligitur damnum sentire.

Eadem regula habetur in regula, damnum. eod. tit. in 6.

Et vltra gl. hic facit tex. in l. qui proprio. §. itē supra de procura. vbi dicitur, ꝙ † procurator pœnam quam ex suo delicto passus est, recuperare non debet. ad idem tex. in l. si communis familia. supra de noxa. in l. inter cohæredes. §. quòd ex facto. supra fa mil. ercis. cum simil. ut per Dy. in d. reg. damnum.

Et per iura prædicta infert Alberi. hic † ꝙ uictus non tenetur victori ad expensas, in quibus condemnatus fuit propter eius cōtumaciā, quia culpa sua habuit illud damnum: & idem dicit Spe. in ti. de expen. §. nunc de expensis. uers. cæterum. & idem Bar. in l. si pignore. supra de pig. act. Abb. in ca. finem litibus, de dolo & cont. colom. 6. vers. insuper. quæro. & & not. Imol. per illum tex in l. damni infecti quidā. §. cum parietem. in prin. supra de damno infecto. 2

Eodem modo infert Alber. hic, † quòd fideiussor

non poterit repetere a principali vsuras quas soluit culpa sua, eo casu quo illas soluere non cogebatur: in quo late disputando insistit: de quo uidendũ est quod Alex. scribit cons. 219. quoniam in quæst. lib. 2.

REGVLA CCIII.

Minus est actionem habere, quàm rem.

Ista regula declarata fuit supra in reg. qu actionem. vbi videndum est.

IN L. PLERVNQVE. ARGVM.

1 *Status de præsenti quare debeat attendi.*
Legatum sub conditione, an possit alienari.
2 *Venditio de præsenti pura dicitur, licet sub conditione possit resolui.*
3 *Sententia quando conditionalis dicatur.*
4 *Cõfessio debitoris quando dicatur certa de præsenti.*

REGVLA CCIIII.

Plerunque fit, ut etiam ea quæ a nobis possint abire perinde in eo statu sint, atque si non essent eius conditionis, ut abire possint. & ideo quod fisco obligamus, & uendicare interdum, & alienare, & seruitutem prædio imponere possumus.

1 Noto ꝙ † status de præsenti consideratur: nec attenditur, ꝙ status qui est de præsenti resolui possit: vnde res legata sub conditione, cum interim sit hæres alienari potest. l. fin. §. sed quia. C. communia de le. & not. per gl. hic.

2 Et adde text. in l. 2. supra de in diem addict. † ubi uenditio de præsenti est pura, licet sub conditione resolui possit. ad idem tex. in l. hæc vẽditio. §. fin. de contrahend. emptio. ubi uenditio fuit facta pro centũ, & quanti plurimi postea repertũ fuerit, interim

dicitur certa uenditio, quæ certum habet pretium, licet illud alterari in futurum possit.

Et ad hoc facit no. quæstio quam tradit Bar. in l. Iulianus. in fin. de condict. indeb. vbi concludit, quod facta reformatione quòd omnes repræsaliæ debeat reuideri, & quæ fuerint reprobatæ non valeant, interim executio fieri pōt, licet in futurū possent reuocari, & idem in simili casu not. Bart. in l. iudex postquam. supra de re iud. in fin. † de iudice qui cōdemnauit reum in certa quātitate, addita clausula, plus & minus secundum formam statutorum: nam talis sententia non est conditionalis, sed resoluenda sub conditione. d. l. 2. de in diē addict. & sic de præsenti est certa, & idem Bal. in rub. C. de posi. in 6. quęstio. 3
† vbi inquit, si mercator scribit se debitorē in 10. ex causa depositi, & plus & minus prout in libro rationum continetur, ista confessio dicit certa de pręsenti, per l. publia. §. fi. deposi. & quod ibi Bar. 4

Quæ omnia dicta confirmantur per istam regulā quæ secundum gl. intelligitur, quòd dispositio cōsiderato præsenti statu fieri possit cū sua causa, & cū illa cōditione resolutiua. l. si debitor. C. de distr. pig. & ad hoc facit, quia resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris. l. lex uectigali. supra de pig. not. Bald. in c. 2. in cons. 9. de alie. feu. Imol. in consil. 8. in casu præmisso. col. pe. Alex. cons. 38. cōsideratis his. col. 2. lib. 2. in cōs. 172. viso themate. col. 3. eo lib. 2. in cōs. 11. ponderatis his. col. 11. lib. 3 Bal. cons. 381. Massiolus lib. 1. Soc. cons. 85. uiso compromisso. col. pen.

IN L. IVRE NATVRAE. ARG.

1 *Lucrū quærens ex aliena iactura, in dolo esse pſumitur.*
Pupillus obligatus in eo, quo locupletior factus est.
2 *Ecclesia etiam obligatur, si locupletior efficiatur.*
3 *Statutum tollens exceptionem, locum non habet, si quis lucretur cum iactura.*
4 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, quando opponi possit de iure canonico.*

5 *Debitor*

5 *Debitor etiam post biennium probare potest pecuniam se non recepisse.*

6 *Iure suo priuari potest qui ob publicam vtilitatem.*

Iure naturæ æquum est, neminem cum alterius detrimento, & iniuria fieri locupletiorem.

Hæc regula habetur in l.nam hoc à natura, de cō dict.indeb.& in reg.locupletari.eod.tit in 6.Et licet text.hic copulatiuè loquatur:text in d.l.regul. locupletari.loquitur alternatiue:& sic sufficit,quod alterum verificetur.l.cum pupillus de cond.& dem.c.inter cæteras. de rescr.

1 Et pro regula facit tex.in l.si quis emācipijs. §.fi. ff.de instit.ubi dicitur,† quod dolo malo facere dicitur,qui ex aliena iactura lucrum quærit.

Et ista ratione etiam pupillus obligatur in eo in quo factus sit locupletior.l.1.§.1.in fin. ff. de auth. tut.& in §.fin.autem.instit. quib. alie.licet.& in l. fi. C.de usuca.pro emp.

2 Et pari ratione † etiam obligatur ecclesia si facta sit locupletior,ut no.per glo & ibi Bart.in auth.qui res,in uerb.cum.C.de sacrosanct.eccle. Bal.in l.iubemus.§.sanè.in prin.C.de sacrosan.eccle. in l.si pdiū. C.de præd.mino.Abb.in c.si qs presby.in fi.de reb. eccel.non alien. Alex.consi.4.uiso processu.col.1. in fi.lib.3. And.Sicul.in cons.60.col.10.lib.1.

3 Et hac ratione † si statutum tollit exceptionem, non habet locum si contingat alium lucrari cum iactura alterius.quia tali casu officium iudicis potest implorari,vt no.Bar.in l.planè.in fi.ff.de peti.hęred. Abb.in c.ex parte.el 2.de offi.deleg.cum sim.ut dixi ibi post Moder.

Et hac ratione iudex ne quis lucretur cū iactura alterius,mouetur etiā ad priuatam vtilitatē, vt no. Abb.post alios in c.ad nostram.col.2.de iureiur.

4 Et eadē ratione concludit Cy.in d. reg.locupleta a ri.in fin. † quòd de æquitate canonica *a* exceptio non

a Canonica. hæc est magis cōis opinio, de qua uide satis latè addit. Dyn. in reg. locupletari. hic alleg. super uerb.biennium. sed ultra ea quæ ipse alleg. uide Iaf. in l.cū quis. C. de iur.& fact.igno. col. 8. in princ. uers.sed hic moneo. ubi tenet contra Dyn. & tēem.H.C.

non numeratę pecuniæ poteſt opponi etiam poſt bienniū *a* & no.Bal.in l. ſi ex cautione.in 9.q.in l.in contractibus in prin.C.de non nu.pe. a

a Biennium probando ſemper opponi poteſt. alioquin non ſeruatur in regno Franciæ.

Sed tū idē videtur de iure ciuili: quia militat rō regulæ ne creditor lucretur cum iactura debitoris. † Et hoc ſi ipſe debitor probet ſe pecuniam non 5 recepiſſe,quia poteſt probare etiam poſt bienniū, ut no.per glo.in l.in cōtractibus.in prin.in ver. nullo modo.C.de non nume.pec.cum ſi.ut tradit Alex. conſ.158.in cauſa & lite:col.pen.lib.2.de quo uidēdū eſt quod ſcribit Fely.in c.ſi cautio.de fid. inſtru. in 4.charta.

Et regula limitatur nō procedere ex cauſa prout in vſucapione ſeu præſcripto glo.dicit. & in d. l. nā hoc natura.& in dicta regula,locupletari. 6 † Et in caſibus in quibus quis priuatur iure ſuo propter vtilitatem publicam.vt in l.item ſi verbera tum.§.item.ſi ager.ff.de rei uendicatione & in l.Lucius.ff.de euicti.in l.venditor.§.ſi conſtat.ſupra communia.præd.cum ſi. vt no. in ca. quæ in eccleſiarū. de conſti.& in l.2.C.ſi contra ius.

Et idem eſt in eo qui in alieno ædificat,ut in §.& ex diuerſo.inſtit.de re.diui.& in l.ſi is cōtra. quem. C.de edifi.priuat. nam imputatur illi qui in alieno ſolo ſcienter ædificauit,ut per Dy.in d. regula.locupletari. Et quādo quis dicatur locupletior.dixi ſup. in regula,ex pœnalibus cauſis. ſup.eod.

IN L. RES IVDICATA ARGVM.

1 *Res iudicata propriè tunc dicitur quando appellari non poteſt,quæ tunc pro ueritate habetur. & nu.2.*

3 *Reſcriptum principis nil poteſt contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam.*

4 *Res iudicatæ renuntiari poteſt.*

REGVLA. CCVI.

Res iudicata pro veritate accipitur.

Quia

Quia regula loquitur de re iudicata. Notandum
1 est † quòd res iudicata dicitur *a* propriè qñ appella
a ri nõ potest: vt no. per glo. in cnõ solum. in verbo,
innouata. de appel. in 6. & Domi. ibi. in prin. d. c. nõ
solum. in fin. nõ. illam glo. ad statuta quæ de iudica
to loquuntur. & no. Bart. in rubri. C. de re iud. Abb.
in rub. de re iud. facit tex. in c. dilecti. in fi. de elec. in
c. quòd ad consultationem de re iud. in l. eleganter.
§. si quid post. ff. de condict. indeb.

Et in no. casu. Ro. tradit in consi. 334. circa primũ
col. 2. & Alex. cons. 94. in causa & lite in prin. lib. 2.
ubi propter hoc concludit, quòd licet dicatur non
obstante priori sententia, non per hoc uidetur esse
derogatum rei iud.

b Et talis res iudicata pro ueritate *b* habetur, vt hic
2 † Et ideo sententia lata contrà rem iudicatam non
3 ualet. l. 1. C. quando prouocare non est necess. & † re
scriptum principis non ualet contra sententiã quæ
transiuit in rem iudic. l. fin. C. sent. rescind. nõ posse
l. causas uel lites C. de transact. & bonus tex. in c. ex-
posita. de arbit.

Et hoc intelligitur, nisi præcise constaret de mẽ
te principis ꝙ voluisset derogare rei iudicatæ: quia
potest cum. illud si ius quæsitũ de iure ciuili. ut no.
Bal. in l. fi. col. 2. in uers. sed immediatè opponit. C.
sent. resc. nõ posse. Ang. in l. Lucius. ff. de euict. Pau.
de Cast. in l. cum heredes de acq. poss. cum si. ut tra-
dunt Moder. in cap. quæ in ecclesiarum. de constit.
& dixi ibi. col. 11. & hoc modo regula limitatur.

Secundo † regula fallit si renuntiatum sit rei iu-
dicatę, q̃a illi renuntiari potest, & valet renuntiatio
l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pactis. Et non solũ
expresse, sed etiam tacitè renuntiari potest, quia si
quis fuit admissus ad probãdum de iniquitate sen
tentiæ, & ita probatum fuit, parte non opponente
iudex debet primam sententiam quę transiuerat in
rẽ iudicatam reuocare ut no. uoluit Inno. in c. cum
delicta

a Dicitur. Ad- de Ias. in l. 1. ff. de re iudicata
b Veritate. L. ingenuum. de statu ho. amplia & cum inito que decernit. l. pe. de iust. & iu re. l. seruo inuito. §. cum prætor. ad Trebel. l. sed si contra. in princ. de liber. agnosc. et. & in his quæ sunt iu ris naturalis. qa naturæ comparatur. l. 1. in fin. cum l. seq. de li ber. agnoscen. l. quotiescunque de decurio. lib. 10. C. vbi tex. cõ parat hæc duo naturã & originem vel iudiciũ inter partes latũ. & ait gl. in l. si non sortè. §. hæredi de condic indeb. quod iudices faciunt de non iure ius, & ente non ens Limita per not. Bart. & Alex. in l. Iulianus. uerũ debitorẽ. de cõdi. indebit. & in l. 4. §. condemnatum. col. j. de re iud. & ibi Ias. col 1. & in l. 2. §. 1. col. 5. solut. matr.

qui ultimo supra de pœnis. Aliàs tamen est differē-
2 tia † quia seruus pœnæ manumitti non potest. ut no. Ioan. Andr. in c. ita quorūdā. de iud. & ibi Abb. in fi. per tex. in l. 2. C. quib. ad libert. proclam. nō lic. & hoc dictū pro singulari tradit Rom. in sing. 676. nullus qui ex suo delicto.

3 Et † seruus pœnæ est omnino incapax. l. si in metallum. ff. de his quæ pro non script. l. si quis mihi bona. §. si quis planè. de acq. hæred. non sic in seruo priuati, quia domino acquiritur. l. si paterfamilias. ff. de hæred. inst. & not. Bart. in l. si cognatis. de reb. dub. in prin. & ibi propter hoc dicit, † quòd seruus
4 pœnæ nō habilitatur, dato quòd restituatur. l. intercedit. in fin. de cond. & demon. Secus in seruo priuati. l. ex facto. §. fi. de vulg. & pup. & Imo. ibi sequitur col. 2. quod tamē limitatur & declaratur: vt per Bar. in l. n. §. si filius qui mortis. ff. ad Titul.

Et quæ dicta sunt de seruo pœnæ procedunt secundùm iura antiqua, hodie † uerò propter delictū nullus seruus pœnæ efficitur. auth. sed hodie. C. de donat. inter uirum.

Et hoc intelligitur in illis qui uiui remanent post condemnationem, puta in deportatis. Secus est in damnatis ad mortē, vt no. Bar. in d. auth. sed hodie. & in d. l. qui ultimo. de pœnis. in d. l. si eius. §. si cui. de testa. & in l. si quis mihi bona. §. si seruus de acq. hæred. & idem Ang. in l. si quis filio. §. irritum. ff. de iniusto rupto.

IN L. QVAE AB INITIO. ARG.

1 *Institutio inutilis quando reconualescere possit.*

REGVLA CCXI.

Quæ ab initio inutilis fuit institutio, temporis tractu cōualescere non potest.

De ista regula dictum fuit generaliter in regula quod ab initio supra eod. & quantū ad institutionē

de

de qua specialiter text. hoc loquitur, regula ꝓcedit † quando est defectus in substantialibus. secus est si 2
defectus sit in accidentalibus, qui extrinsecus contingit, quia tunc cõfirmatur institutio quæ à principio fuit. nulla l. qui soluẽdo la. 1. ubi Bart. hoc dicit. ff. de hęred. inst. ad idẽ facit tex. in l. pignori. ff. eo. tit.

IN L. SERVVS REIPVB. ARG.

1 *Seruus quando possit abesse causa reipublicæ.*
2 *Inhabiles etiam admittuntur quando utilitate publica tractatur.*
3 *Inhabiles quo casu ad feudum sint admittendi.*
3 *Accusare potest homicidium etiam alias in habilis, statuto hoc permittente.*
5 *Conuentio inter priuatos facta non attenditur, si de utilitate publica agutur.*
6 *Promittens aliquem non offendere, potest eum bannitur licite offendere.*

REGVLA CCX.

Seruus, reipublicæ causa abesse non potest.

Ista regula vr̃ procedere prout loquitur † quando abesset titulo honorabili, aliàs uidetur ꝙ seruus cum possit esse procurator ad negotia. l. seruum quoque. §. 1. supra de procurat. ꝙ etiam pro republica procurator constitui possit: quia officium procuratoris utilissimum est. §. fin. institut. de excep. 1

Et hoc saltem uidetur procedere quãdo nõ esset alius ęquè idoneus. arg. leg. generaliter. §. spurios. ff. de decur. & facit tex. in c. inter quatuor. de relig. domib. dum simil. ut dixi in c. 2. de iudic. col. 5. uer. & retenta communi opin.

Imò quod fortius est, uidetur quod etiam absolutè seruus abesse possit causa reipub. † quia ubi agitur de vtilitate publica, etiã inhabiles admittũtur. l. si quis in graui. §. utrum. in versi. † quoque. §. ad 2

Sillan.

Sillan. vbi Bart. dicit, q̄ lex uel statutum quod respicit utilitatem publicam, nō respicit restrictionem de habilitate personæ.

3 Et ideo si proclamatum sit,† q̄ quicunque ceperit talem bannitum, habet castrum in feudum, etiam inhabiles ad feudum tali casu admittuntur,
a ut Alex. *a* concludit post Guliel. de Cug. in l. filiusfa.
4 supra si cer. petat. Et si statutum dicat, † quòd quilibet admittatur ad accusandū de homicid. etiā aliàs inhabiles admittuntur, ut no. Bal. in rub. C. qui accus. col. pen. quæro si statutum, ergo pariter esset dicendum, quòd seruus propter utilitatem public. causa reipubli. abesse possit: nisi dicamus hoc non procedere in officio honorabili legationis, uel quia ita specialiter hic expressum sit. uel dicamus, vt dixi in d. l. filiusfamilias. q̄ inhabiles non admittuntur. & patet, quia multi sunt inhabiles ad accusandū. l. senatusconsulto. l. non prohibentur. C. qui accus. non poss. in l. 1. in h. accusare, sup. de accus.

Et non obstat tex. in d. l. si quis in graui. §. vtrum, quia non probat illud quod Bar. & doct. dicūt, quia loquitur in eo seruo qui alienatus erat cum illa cōditione, ne manumitteret ab emptore, & sic ab ho-
b mine, *b* merito non habet locum in manumissione quę procedit ex dispositione legis secūdum senatusconsu. Sillan. quia uerba prohibitionis, ne manumittantur ab emptore, non conueniunt manumissioni quæ inducitur à lege propter utilitatem publicam.
5 † quia cōuentio facta inter priuatos, nō attēdit vbi tractatur de utilitate publica, vt no. Bar in l. qui seruum. de uerb. ob. † de illo qui promisit aliquem nō offendere. nam si ille bānitus sit offendendo illum bannitū, non dicitur contra facere ut latius dixi in d. l. filiusfamilias. Et per illum §. vtrum. non bene infertur ad quęstionē de feudo, quia inhabiles ad feudum erat prohibiti à lege, & per illa verba, generalia nō uidentur habilitari: quia statutum satis

a Alex. consil. 35. num. 5. li. 6. Albe. part. j. statu q. 181. Bal. in tract. stat uers. castrū. Ias. l. j. col. 3. C. de sacrosa. eccl. l. j. §. nunciatio. de oper. nou. nun. Alcia. de uerb. sig. lib. j. char. 8. Sed nō puto indistinctè uerum.

b Homine, pariter Curt. Iun. cons. j. nu. 3. dicit, quod uerba generalia non restringūtur ad habilitatem, quando sunt gemina ta, prolata ab homine, sed non est simpliciter uerum.

operatur in habilibus,ergo debet restringi ad habiles.l.vt gradatim.§.& si lege.ff.de mun.& hon.Secus si aliàs statutum nihil operatur, & ita videtur procedere.quòd no.Bal.in d.rub.inf. qui accus.& latius dixi in d.l.si filiusfamilias.ubi uidendum est

HABETIS, feruentissime scholarus, annotationes quasdam super hoc tit. ff. de reg. quas instātissimis precibus uestris deuictus coactus fui præcipitato studio absoluere.Et in his nō potui diligētiā maximā adhibere propter onus lectionis quod assidue mihi incūbit. Licet enim multa dicta sint, plura omissa fuerūt. Polliceor tamen vobis, in maiori otio,si Deo placuerit,operi imperfecto addere supplementū:ita q illud quod nunc in rudi massa æditum est,expolitum magis reddetur.Scio etiā q hęc industria mea à plerisque non commēdabitur; ex eo quod dici solet,laboriosum esse opus,potius, quàm subtile.mihi autē satis erit scholasticis meis aliqua ex parte satisfecisse. Quibus à me uti de me benemeritis,nihil,qualiscunque meæ facultatis sit, denegari potest.

Philippus Decius Pisis.Ad laudem Dei omnipotentis. Amen.

F I N I S.

Series Chartarum.

a b c. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm.

Omnes sunt Quaterniones.

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.

PRINCIPI

MAPHAEO BARBERINO

S. R. E. CARDINALI

AMPLISSIMO.

ET SIGNATVRÆ IVSTITIÆ PRÆFECTO.

ANTONIVS ANGELVS GRATVS

DE VISSO I. C.

S. D.

MEAS hasce lucubrationes nemo est, qui non videat, cur in clientelam nominis tui dandas esse benè cogitauerim; causa enim ità claret, ità coruscat, vt Solis radio descripta esse videatur. Scio despicatissimos esse labores meos, infœcundos omninò esse sudores, quid mirum? ab eo profluunt,

ab eoq́; promanant, qui Iuris ne primas quidem aſſecutus eſt partes; ideò auſpicatiſsimum patronum habere, beneficentiſsimum Mæcenatem neceſsè erat qualis, qualis ipſe es, qui iure ab omnibus (vel ipſo iudice liuore) conſalutaris ſapientiæ germanus Interpres, flos literarum, ſplendoris, & gloriæ, ac hæroicæ dignitatis amplificator. Igitur hæ fuere cauſæ virtutes, vt in tuum Illuſtriſsimum nomen inuolarem (& ſi placet) fuit cum hiſce virtutibus etiam cauſa magnificentia, qua Patriam meam decoraſti, vbi (Te Mæcenate) bonis artibus Viſſana Iuuẽtus imbuitur. Audeat nunc è fece ſuſurronũ neſcioquis in meas oblatrare dictiones, quæ tui nominis facem præferunt æternitate pleniſsimam. Vellem igitur Illuſtriſs. Princeps, libellum hunc eo aſpiceres ſupercilio, quo ferrea ad te rapis, & trahis pectora. Vale.

A V-

AVCTOR
AD LECTOREM.

NVNQVAM (humanissimè Lector) opusculum meum tanti esse cognoui, vt typis emittendum existimauerim; meæ siquidem tenuitatis conscius, verebar, ne summæ Conscribentium famæ detraherem aliquid potiùs, quàm adderem, & superuacaneo labore nil aliud, nisi horum reprahensionem quærerem. Cæterum deuictus amicorum precibus, multorumq; Doctissimorum Virorum suasionibus cohortatus, qui & illud viderunt, & commendarunt, qualecunquè sit excudendum volui. Scio tamen multa esse, quæ fortasse indigent emendatione, nec me excusatione dignum profiteor, cum opus immaturum,

non perpolitum, neque purgatum in publicum exire permiſerim, quandoquidem malui aliorum voluntati obſequi, quàm mihi ipſi ſatisfacere. Attamen velim accipias erga te meæ obſeruantiæ teſtimonium, & à maleuolorum obtrectationibus operis honorem tuendum ſuſcipias. Vale.

AD

AD ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.

PRINCIPEM

MAPHAEVM

SR.E. CARDINALEM

BARBERINVM.

OCTAVII PATIANI DE VISSO,

DE AVCTORIS LIBELLO

EPIG.

MAXIMA Cardineæ MAPHAEE, ò gloria gentis,
Cui redimit dignũ purpura sacra caput.
Gloria Tuscorum, Latij decus, inclite Princeps,
(Principe, quo fœlix viuere Roma cupit)
Principibus si parua decet committere magnis
Munera, nunc GRATI paruula dona cape.

EIVSDEM OCTAVII PATIANI

Ad Nymphas Viſſani Fluminis Naris

DE ANTONIO ANGELO GRATO, I. C. AVCTORE.

O VOS, quæ NARIS, Nymphæ colluditis vndis
Surgite, iam cantus ore ſonante date:
Tempora Phæbea lauro præcingite veſtra,
Textaq́; puniceis ſpargite ſerta roſis,
Et GRATVM celebrate Virum, qui flumina veſtra
Ornat cum Patria, dum ſua iura canit.

EIVSDEM AD AVCTOREM.

SI Iuuenis splendes, cum te firmauerit ætas
Quantus erit legum fulgor in Orbe tuus?

EIVSDEM AD LECTOREM.

HAS DICTIONES Lector tibi mittit amice
GRATVS, & accipias munera parua rogat.

INDEX

INDEX DICTIONVM ALPHABETICA SERIE ORDINATARVM.

Cir-

H

I

L

Li-

Per-

Quo-

T

V

TRACTATVS DE DICTIONIBVS, ET EARVM SIGNIFICATIONIBVS.

AVCTORE
ANTONIO ANGELO GRATO
DE VISSO. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Qualibet Dictio intelligenda est secundum significationem, quæ communi vsu, legibus, & Prouinciæ constitutionibus recepta est, & num. 3.*

2 *Communis vsus intelligendi, & loquendi propriæ significationi est præferendus.*

ALIQVA DE DICTIONIBVS IN GENERE.

EXCOGITATAM mihi persepè Dictionum materiam, eamquè vndiquè sparsam in vnum præsenti Opusculo redigendam censui; siquidem non minus vtilem, quàm ne-

cessariam existimaui, cum circa eius interpretationes dubia quotidiè nascantur. Aggredior itaq. explicanda aliqua de Dictionibus in genere, Alphabetico deindè ordine in specie progrediar, prout occasio suadebit. Solet, inquam, non raro contingere, vt quam interpretationem, quemvè sensum habeant, dictiones in testamentis, donationibus, alijsq. contractibus appositas, non benè percipian-
1 tur, & sanè illud vnum hac in re considerandum arbitror, scilicet, quamquè dictionem in quibuscunquè dispositionibus, ita intelligendam fore, vt secundum eam significationem, quæ communi vsu, legibus, & Prouinciȩ constitutionibus recepta sit, eius sensus interpretetur, & ad praxis intelligentiam deducatur. hoc probatur auctoritate Iurisconsulti in l. librum, §. quod tamen Cassius, & ibi glos. ff. de legat. 3. notat Bart. in l. talis scriptura, in princ. ff. de legat. 1. vbi scriptum, & ab omnibus receptum est, communem vsum
2 intelligendi, & loquendi propriæ significationi esse præferendum, l. 3. §. vltimo, ff. de suppell. legat. l. non aliter, ff. eod. tit. l. cum de lanionis, §. asinam, ff. de fund. instruct. l. vxori, in princ. ff. de legat. 3. c. ex literis, de sponsal. glos. in cap. nonnulli, de rescript. Ias. in l. si auiæ, col. vltim. C. de success. ædictal. Rom. cons. 170. nu. 5. Bart. in rubr. ff. de nou. oper.

nunciat.

nunciat. & ibi Rom. Alex. & omnium latissimè Franc. Niconis. num. 196. Felin. in procem. decretal. in 4. col. vers. his decursis, & optimè Curt. Iun. in cons. 5. num. 12.

3 Et quòd dictiones sint intelligendæ secundũ constitutiones, & leges Prouinciarum, asserit Bart. in l. si quid earum, in princ. & in l. si quis filiabus, ff. de testam. tut. idem Bart. & omnes in l. omnes populi, in 4. quæst. 6. quæst. princip. ff. de iust. & iur. & Alex. in cons. 26. num. 11. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, A, & Ab, an inclusiuè, vel exclusiuè ponatur, & num. 2.*
Intellige, vt in num. 3. & 4.
5 *Ponitur aliquando pro dictione, post.*
6 *Item denotat causam efficientem.*

DICTIO I.

A, & AB.

1 CIRCA hanc primam dictionem A, & Ab, variæ sunt Doctorum opiniones, vtrum inclusiuè, vel exclusiuè ponatur, & sunt, qui indistinctè putant exclusiuè poni; vt l. ratio, §. final. ff. de act. empt. & ibi glos. in verbo ab initio,

c. dilectum, extr. de ordin.cogn. l. ætatem, ff.de censi.Speculat.& Io. And.in tit. de curat. §.viso,vers. item nota, Cyn.& Bald. in l. 1. C.si quis caut.& idem Bald.in l. à Calligato,C.de nupt. notant Doctor.in cap.sequenti,de restit. spoliat. in 6. Castrens. cons.42. num. 5. par.3. tradit glos. in Clementina, sicut appellationem, in verbo, à die, de appellat. Archid. in cap.1.de election.in 6.Iacob.de Aren. & Ang. in l. Gallus,in princ. & ibi glos.in vers. decem mensibus, ff. de liber. & posthum. Bald. in supracitata l. 1. & in l.eos, §. sin autem, C. de appellat.& in l.final. C. de iur. dom.imp. confirmat latissimè Tiraquell. de retract. lignag. tit. 1. §. 1. glos. 11. nu. 51. & 52. Rot. decis. 710. nu. 4. par.1. diuers. Corn.cons. 54. nu.2. vol. 2. Cartar. decis. Ianuen. 71. nu. 8.

2 Contrariam opinionem tenuerũt alij, quos refert Archidiac. in cap. statutum, sub nu. 2. de præbend. & dignitat. lib. 6. & Tiraquell. loco supracitato num. 51. & 52.

3 Dicendum ergo pro concordia Doctorum opinionum: quod aut constat ex verbis de intentione legis, vel contrahentium, & stamus verbis declarantibus, siue præcedant, siue sequantur, l. si seruus plurium, §. final. ff. de legat. 1. l.cum quid, ff. si cert. petat. Aut non constat ex verbis, & tunc, aut, si poneretur inclusiuè sequeretur absurdum, & non includit,

cludit, sed excludit, aut sequeretur absurdum, si poneretur exclusiuè, & tunc non excludit, sed includit: ita notat Cyn. in d. l. à Calligato. Aut qualitercunque ponatur, & nulla sequatur absurditas, & tunc infert idem Cyn. Aut dictio à vel, ab, iungitur in initio, & ponitur inclusiuè, vt, verbi gratia, instituo nepotem meum, qui nascetur infra decem menses à die mortis filij mei, & tunc dies mortis computatur in decem mensibus, d.l.Gallus, in prin. vel sic, iuro ab hac hora in antea esse fidelis, certe hæc hora includitur, quia iungitur actus in initio proprij temporis, vt in cap. de nou. form. fidelit. sicut etiam in illis verbis contractus, à die ista promitto dare decem, certè, & præsens dies includitur, quia est quædam integritas temporis, quæ primum principium non excludit, l. lecta, §. final.ff.si cert. petat. & generaliter vbicunquè dictio ista iungitur cum suo initio, illud includit.

4 Si autem iungitur cum tempore, quod non est de suo initio, tunc ponitur exclusiuè, vt si quis citatus ad comparendum infra decem dies à die hodierna, intelligitur illa dies exclusa, quia dies hodierna non est de Iudicis monitione, l. 1. ff. si quis caut. Similiter si dicat Episcopus, nisi solueris infra octo dies ab ista die, te excommunico, mora non incipit

trahi hac die, sed sequenti incipit cursus moræ, text. in allegata l. lecta, §. sed cum fortis. Ex hoc inferri potest, quòd si causa sit expedienda infra triginta dies à die præsentationis, prout de more fieri solet in Tribunali Illustrissimi D. A. C. vbi conceduntur literæ remissoriales ad partes, ad effectum examinandi testes, & statuitur in illis tempus triginta dierum à die præsentationis, certe illa dies in termino non computatur, vt est glos. in cap. statutum, in verbo numerandum, de præbend. & dignitat. lib. 6. & in Clementin. sicut, in verbo, à die, superiùs allegata, de appellat. Bald. in d. l. eos, §. sin autem, col. 1. in fin. nu. 5. vers. quæro autem, Innocent. in cap. super eo, il 2. nu. 22. col. 3. vers. in glosa finali, & in cap. ex ratione, in princ. num. 4. eodem tit.

Prout etiam in materia appellationis excludit totam diem latæ sententiæ, Polyd. Rip. in tract. singul. obseruat. obseru. 376. per totam, & obseruat. sequent. nu. 4. & plura vide apud eundem in tract. de nocturn. tempor. cap. 63. per totum, & Addent. ad Statut. Romæ, in cap. 168. in princip. ibi, Hoc Statuto, lib. 1.

5 Nec omittenda est alia huius dictionis significatio, quæ aliquando ponitur pro dictione, post, vt est glos. in cap. final. C. de Decurion. lib. 10. vbi declarat, ab initio, idest, post initium,

initium, Surd. decis. 282. num. 8. Tiraquell. de retract. lignag. dicto tit. 1. §. 1. glos. 11. num. 53.
6 Item denotat etiam causam efficientem, l. filius à patre, ff. de liber. & posthum. Bald. in l. ex arrali, nu. 2. C. de actio. empt. vbi dat exemplum, vt cum dicimus filius procedit à patre.

DICTIO II.

ABSQVE.

Dictio, Absque, est exclusiua, & separatiua, vt absque pecunia non facilè vitam traducam, c. qui generaliter, vbi latissimè scripsit Archidiac. nu. 3. de procurat. lib. 6. & idem 23. quæst. 5. cap. non est.

SVMMARIVM.

1 *Ac si, est dictio relatiua, & denotat similitudinem, & num.* 2.

DICTIO III.

AC SI.

1 Dictio, Ac si, censetur facere relatum cum omnibus qualitatibus, & conditioni-

bus, per text. notab. in l. si finita, §. si quis metu, ff de damn. infect. & denotat similitudinem, sed non per omnia, l. si deferente, ff. quib. mod. pign. vel hypothec. solu. & fingit quodammodo, ea, quæ verè facta non sunt, glos. in l. quamuis, ff. de bon. auct. iudic. posſid. & Rota apud Farinac. decis. 58. nu. 6. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Ad, denotat exterioritatem.*
2 *Denotat etiam modum.*
3 *Apponitur pro dictione, iuxta.*
4 *Item importat conditionem.*

DICTIO IIII.

AD.

1 AD, est dictio denotans exterioritatem, exempli gratia, associare aliquem ad domum, non denotat associasse intra domum, sed extra, argument. l. quidam hyberus, de seruit. vrban. prædior. Corn. cons. 40. nu. 16. vol. 3. Bart. in l. lex Cornelia, §. domum, & in l. item apud, §. vitium, ff. de iniur. Corn. cons. 232. nu. 19. vol. 2. Rot. apud Farinac. decis. 509. nu. 5. vol. 1.

2 Denotat etiam modum, l. quibus diebus, §. Ter-

§. Termilius, & ibi Bart. ff de condit. & demonstrat. qui quidem modus quando respicit vtilitatem tertij inducit causam finalem, l. Titio centum, in princ. & ibi Doctor. & præcipuè Bart. ff. eod. tit. Ruin. cons. 70. num. 8. tom. 2. Bart. in l. ex arrali, C. de action. empt. & Soccin. Iun. cons. 48. nu. 2. vol. 3.

3 Solet etiam exponi pro dictione, iuxta, dicta l. quidam hyberus, & Corn. cõs. 41. n. 18. vol. 2.

4 Adde, vt importet etiam conditionem, quia si promitto alicui dare vineam ad arbitrium boni viri, censetur facta obligatio sub conditione, videlicet, si Iudex bonus vir declarauerit, nam ante factam declarationem nihil debetur, Alex. cons. 72. in fin. lib. 5. & idem est si dicam, promitto dare decem ad voluntatem meam, quia intelligitur, si voluero, atque adeò sub conditione, Alex. d. cons. n. 14.

SVMMARIVM.

1 *Adeò, est dictio continuatiua.*
2 *Iuncta cum dictione, quòd, est illatiua.*

DICTIO V.

ADEO.

1 Declaratiua, vel continuatiua eiusdem qualitatis vocatur ista dictio, Adeò, prout est.

ut est text. in l. iuris gentium, §. adeò, de pact. Gabr. consf. 111. num. 19. 22. & 24. lib. 1. Marescott. variar. resolut. cap. 103. nu. 16. lib. 2.
2 Iuncta tamen cum dictione, quòd, est illatiua, & declaratiua, sicut dictio, ita quod, Marescott. loco supracitato, nu. 16.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Ad instantiam, tantum valet, quantum si diceretur ad petitionem talis.*

DICTIO VI.

AD INSTANTIAM.

Breuis est ista dictio, sed notabilis, quia facit ad multa, & maximè pro Instrumentis, & actis iudiciarijs, in quibus dicitur, Ad instan-
1 tiam talis promisit, quæ tantum valet, quantum si diceretur ad petitionem, seu ad preces talis, Felin. in cap. cum M. Ferrariensis, nu. 4. vers. nota secundo, col. 179. de constitut.

SVMMARIVM.

1 *Ad Ripam, est dictio extrinseca.*
2 *Testis si deponat aliquem possedisse vsquè ad ripam, quomodo probet.*

DI-

DICTIO VII.

AD RIPAM.

ALtercantur sæpè multi, & maximè Rustici circa confinia, & ripas prædiorum, prætendentes possidere prædium vsque ad ripam
1 prædij talis, atque adeò, ipsam ripam esse quoque suam. Et non est dubium, quin ista dictio denotet extrinsicitatem, l. quidam hyberus, ff. de seruit. vrban. prædior. Bart. in l. decernimus, C. de aqueduct. lib. 11. & in l. meminisse, ff. de offic. Proconf. in princip.
2 Nam si testis deponat, aliquem possedisse prædium vsque ad ripam, per hanc dictionem, denotat quidem vicinitatem, & terminum extrinsecum, non autem intrinsecum: ita tradit Alex. in conf. 59. nu. 10. lib. 5.

SVMMARIVM.

1 *Aequè, dictio apposita in institutionibus, facit, vt omnes censeantur vocati in virilem pro numero personarum.*

2 *Amplia, vt etiam non nominatos inducat pro nominatis haberi.*

DI-

DICTIO VIII.

ÆQVE.

1 FRequens, & vsitata est dictio, Æquè, & apposita in institutionibus, facit, vn omnes censeantur vocati in virilem pro numero personarum, arg. l. si quando, ff. de legat. 1. Castrens. in l. final. C. de impuber. & alijs substit. Dec. cons. 382. num. 2. tom. 2.

2 Amplia, vt etiã non nominatos inducat pro nominatis haberi, vt si instituantur omnes filij fratris, & Mæuius æquè, omnes filij fratris pro nominatis habentur, secundum Paul. de Castr. in d. l. final. & perindè est ac si explicitè dictum esset, instituo filios fratris mei, videlicet talẽ, & talem, & Mæuium extraneum æquè, quia quilibet eorum pro virili portione admitteretur, text. in l. interdum, in princ. ff. de hæred. instit. & tradit Ruin. in cons. 97. nu. 14. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Alias, est dictio qualitatis, & intelligitur idest aliter, vel, alio modo.*

2 *Importat aliquando conditionem. Aliquando non, vt in nu. 3.*

4 *Ponitur etiam inclusiuè.*

DI-

DICTIO IX.

ALIAS.

1 HÆc est dictio qualitatis, & intelligitur, idest, aliter, vel, alio modo, l. denique, §. interdum, verſ. vtrum, ff. de pecul. legat. l. 1. §. ſiue, ff. de aqu. quotid. & æſtiu. Bart. in l. 1. n. 12. ff. de condit. & demonſtrat. Honded. conſ. 70. nu. 32. vol. 2. Caputaquen. deciſ. 210. nu. 5. par. 1. Corn. conſ. 160. nu. 4. vol. 4.
2 Et licet importet etiam conditionem, vt voluit idem Bart. in d. l. 1. verſ. quinto, &
3 Grat. in conſ. 14. nu. 1. lib. 2. Poteſt nihilominus intelligi, vt non importet conditionē, ſed ſignificet aliud tempus, prout de ſui natura ſignificat, text. in l. diem proferre, de arbitr. & ipſemet Bart. in allegata l. 1. Immò in dubio ſit interpretatio, vt non inducatur conditio, l. ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, ff. de verb. obligat. & Grat. d. conſ. nu. 14.
4 Ponitur etiam iſta dictio excluſiuè, l. alias, ff. de in lit. iur. l. admonendi, ff. de iur. iur. & eſt relatiua, & repetitiua ſimilium qualitatum, Oldrad. conſ. 190. num. 2. Mareſcott. variar. reſolut. cap. 18. nu. 16. lib. 2. & Carocc. deciſ. ſeu caſ. 56. nu. 31.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Alius, est dictio relatiua, & præsentatiua eiusdem qualitatis, cuius erat ille, de quo facta est mentio.*
2 *Importat similitudinem. Fallit, vt in nu. 3.*
4 *Habet quandam generalitatem, itaut comprehendat etiam alios non expressos.*
5 *Denotat diuersitatem à supra expressis, & diuersa ab expressis includit.*
6 *Excludit nominata, includens alia omissa in præcedenti dispositione.*

DICTIO X.

ALIVS.

1 DE sui propria natura dictio, Alius, est relatiua, & præsentatiua eiusdem qualitatis, cuius erat ille, de quo facta est mentio, ac repetitiua similium, c.fin. in princ. de pact. in 6. notant glos. & Doctor. in l. non solùm, §. quæritur, in verbo, cæteros, ff. de procurat. & in cap. sedes, de rescript. Iacob. de Beluis. in auth. Vt defunct. seu funera defunct. in princ. col. 5. Cyn. in auth. sed neque, C. de Episc. & Cleric. glos. in l. quidam relegatus, in princ. ff. de reb. dub. in verbo, cæteris, l. si fugitiui,

cum

TRACTATVS
DE DICTIONIBVS,
ET EARVM SIGNIFICATIONIBVS

VTILIS, ET PERNECESSARIVS
Iudicibus, Aduocatis, & Procuratoribus.

CVM INDICE DICTIONVM,
Et Materiarum Locupletatus.

AVCTORE
ANTONIO ANGELO GRATO
DE VISSO, IVRISCONSVLTO.

AD ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. PRINCIPEM
MAPHÆVM CARD. BARBERINVM.



RONCILIONI, M. DC. XXI.
Apud Ludouicum Grignanum, & Laurentium Lupum.
SVPERIORVM PERMISSV.

Imprimatur, Alexander Boſchettus Reuiſor.

Ego infraſcriptus vidi Tractatum inſcriptum de Dictionibus Admod. Ill. & Excellent. D. Antonij Angeli Grati, omni eruditione plenum, & nihil in eo reperi, quod vel bonis moribus, vel religioni aduerſetur. In quorum fidem hanc mea manu ſcriptam, & ſubſcriptam dedi. Romæ die 18.Feb.1621.

Angelus Lucianus I. V. D. & in Gymnaſio Almæ Vrbis Pontificij Iuris Profeſſor ordinarius.

Imprimatur, Fr. Vincentius Bartolus Mag. ac Socius Reuerendiſs. P. Fratris Hyacinthi Petronij Sac. Pal. Apoſt. Magiſtri Ord. Prædic.

cum ibi notat. per glos. & Doctor. C. de seru. fugit. Alex. cons. 204. nu.4. lib.2. Natt. cons. 551. nu. 29. tom. 3. Ruin. cons. 130. num. 1. vol.3. cons. 92. nu.22. & cons. 13. nu. 4. vol.1. & cons. 68. num. 3. vol. 5. text. in §. gallinarum, Instit. de rer. diuis. & in l. censum, ff. de verb. significat. confirmat hoc idem Afflict. decis. 244. nu. 1. Curt. Iun. cons. 38. num. 1. Caputaq. decis. 295. num. 3. part. 2. Natt. cons. 298. num. 5. vol. 1. Cephal. cons. 13. num. 11. & cons. 53. nu. 66. Surd. cons. 151. num. 15. lib. 2. & decis. 245. num. 24. Aret. in l. ex filio, §. filio impuber. ff. de vulgar. & pupillar. Paris. cons. 158. nu. 18. vol. 4. tradit Socc. Iun. in cons. 160. nu. 13. & in cons. 168. nu. 52. vol. 2. Cardinal. in repet. c perpendimus, nu. 21. de sentent. excommunic. sentit Rip. in lib. 1. respons. c.1. nu. 41. Ias. in vsib. feud. nu. 12. in fin. & in l. si vnus, in princip. num. 10. ff. de pact. quibus adde Bertrand. cons. 126. num. 6. Ruin. cons. 10. nu. 12. vol. 1. Alex. cons. 76. nu. 5. vol. 4. Gozad. cons. 27. nu. 10. Osasch. decis. Pedemont. 157. num. 7. Honded. & alij per eum adducti in cõs. 7. n. 31. vol. 2. Grat. cons. 11. nu. 9. lib. 1. Surd. cum alijs eum sequentibus cons. 200. num. 3. lib. 2. & latiùs cons. 357. nu. 20. cons. 449. num. 25. cons. 303. nu. 33. & cons. 364. nu. 38. lib. 3. & cons. 21. num. 14. lib. 1. & fuit dictum in

Rota

Rota Romana in Bononien. de Ranutijs 23. Ianuarij 1617. coram R. P.D.Caualerio, & in Cesenaten. hæreditatis 17.Maij coram Reuerendiss. D. Sacrato, & in alia Perusinâ dotis 14. Maij 1614. coram R.P.D. Dunozetto.

2 Et importat similitudinem, vt notatur in l. 2. C. de seru. fugit. & in d. c. sedes, Bald. in l. final. C. de his qui à non domin. manumiss. sunt, Bart. in l. quidam, de reb. dub. Dec. cons. 425. nu. 12. tom. 2. Surd. d. cons. 449. nu. 25. Alex. cons. 1. nu. 10. lib. 4. & cons. 34. nu. 2. lib. 1. Anchar. cons. 361. nu. 5. Cephal. cons. 414. nu. 13. & seqq. Aret. cons. 116. num. 3. vers. nec obstat, lib. 6. & plura de hac dictione ponit Card. Tusch. in conclus. 245. tom. 2.

3 Fallit vt non includat similitudinem, quando adijciuntur verba vniuersalia, quando extant coniecturæ in contrarium, & quando ponitur cum copula; nam tunc hæc dictio dissimilia complectitur, glos. in Clement. 1. in verbo, aliquauis causa, & ibi notat Imol. de re iudic. Ruin. cons. 73. nu. 20. vol. 3. vbi dicit, hoc esse clarum in dispositione hominis, quod confirmat Socc. Iun. in cons. 17. nu. 27. vol. 3. Rolan. in cons. 61. nu. 42. cum sequen. vol. 1. Natt. in cons. 117. nu. 1. Didac. pract. quæst. in c. 25. num. 1. Ias. in l. 3. §. iurari. num. 8. ff. de iure iur. Purpurat. in l. 1. num. 410. ff. de offic. eius, Curt. Iun. cons. 38. in fin. Corn. cons.

conſ. 209. num. 21. vol. 2. & latiùs Surd. d. conſ. 449. nu. 30. & Gozad. conſ. 6. nu. 43. & conſ. 26 num. 45.

4 Habet etiam in ſe quandam generalitatem, itaut comprehendat quoquè alios nõ expreſſos; vt ſi quis impetrauerit reſcriptum contra talem Sacerdotem, & quoſcunque alios, comprehendat non ſolùm omnes Sacerdotes, ſed etiam Laicos, vt notant Speculat. in tit. de inſtrum. præſent. §. final. verſ. quod ſi quis, vbi Io. Andr. in addit. Curt. Iun. in d. conſ. 38. & Caputaq. in deciſ. 296. num. 6. par. 2.

5 Et denotat diuerſitatem à ſupra expreſſis, & diuerſa ab expreſſis includit, l. ſi fundus ſub conditione, §. libertus, ff. de legat. 1. Pariſ. conſ. 79. nu. 21. lib. 2. Tiber. Decian. conſ. 24. n. 99. lib. 1. Bar. in l. ſi quis, §. final. ff. de legat. 2. Dec. cõſ. 653. n. 4. in fin. Socc. Iun. cõſ. 300. col. 3. verſ. tertio principaliter, lib. 2. Corn. conſ. 5. n. 3. cum ſeqq. lib. 1. Decian. cõſ. 55. n. 82. lib. 3. Pariſ. conſ. 92. nu. 5. lib. 1. Hond. conſ. 69. nu. 25. vol. 2. Menocch. conſ. 335. nu. 10. & ſeq. & Rota inter impreſſ. Farinac. deciſ. 714. n. 5. vol. 2.

Et deniquè includit nominata, includens alia omiſſa in præcedenti diſpoſitione; Bart. in l. conuenticulam, col. final. C. de Epiſc. & Cler. Doctor. poſt gloſ. in auth. ex teſtamento, C. de collat. c. ſolitę, de maior. & obed. l. Iulianus, ff. de lega. 3. cũ ſimil. & Corn. cõſ. 62. ſub n. 8. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Alioquin, dictionem Bart. mirabilem appellat.*
2 *Inducit conditionem contrariam praecedenti dispositioni.*
3 *Item sonat in alternatiuam.*

DICTIO XI.

ALIOQVIN.

1 MIrabilem naturam huius dictionis appellat Bart. in l. 1. verſ. quarto quæro, ff. de condit. & demonſtr. & in ſuo tract. Tiberiadis, lib. 3. de Alueo, in verbo, alias;
2 Inducit enim conditionem contrariam præcedenti diſpoſitioni, & in ſe ipſa continet orationem, ſecundum eum, allegans multa Iura, & auctoritates Speculatoris; & eſt text. in l. diuortio, in princ. ff. de negoc. geſt. in l. alias, iunct. gloſ. ff. de iur. iur. Gomeſ. §. in perſonam, ſub num. 12. Inſtit. de action. Ceſar de Graſſ. deciſ. 143. nu. 14. de fideiuſſor. quinimò omnia alia præcedentibus contraria, vel diuerſa à præcedentibus ſeparat, prout refert Corn. adducens alios in conſ. 253. nu. 2. vol. 1. & in conſ. 61. num. 28. vol. 3.

3 Item ſonat in alternatiuam, gloſ. in cap. ex

parte,

parte, il 1. in verbo si verò dubia, ibi, vel si ad quærimoniam, extr. de verbor. signific. glos. in l. de pupillo, §. meminisse, in verbo, cum, cum apostill. ff. de nou. oper. nunciat. Bald. cons. 245. in fin. lib. 2. & Rota in Corduben. Præstimoniorum 5. Maij 1617. coram Reuerendissimo D. Sacrato.

DICTIO XII.

ALITER.

Dictio, Aliter, denotat diuersitatem, sicut dictio alias, vt est text. in l. 1. ff. quemad. testament. aperiant. & refert Anchar. quæst. 57. nu. 17. part. 2.

DICTIO XIII.

ALIQVANDIV.

Dictio ista significat, idest per aliquantulum tempus, c. constitutus, extr. de eo qui mitt. in possess. Recipit tamen moderationem arbitrio Iudicis, l. 1. ff. de iur. deliber. Anchar. in c. 2. de restit. spoliat.

DICTIO XIV.

ALIQVATENVS.

Dictio, Aliquatenus, significat idem, quod in minimo, ad text. in cap. super eo, il 2. de testib. Paris. cons. 58. nu. 34. vol. 4.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Aliquis, explicatur, & ampliatur, & num. 2. & seqq.*

DICTIO XV.

ALIQVIS.

1 ALiquis, est dictio vniuersalis, quæ omnes comprehendit, secundum glos. in Clement. 1. de for. compet. Ias. in l. eum qui, vers. tertio pondera, ff. de iurisd. omn. iudic. & Tiraquell. latissimè examinat vires huius dictionis in repet. l. si vnquam, vers. omnia, vel partem aliquam, num. 14. & seqq. C. de reuocan. donat. ac latè quoquè alios adducens Cephal. in cons. 347. nu. 14. & seqq. vbi dicit, huiusmodi dictionem omnia comprehendere, & sub ea omnia complecti, quæ excogitari possunt, pluraquè ponit Becc. in cons. 12. n. 65. & in cons. 32. nu. 5. Surd. cons. 33. nu. 20. & latiùs cons. 103. nu. 8. & cons. 134. nu. 2. lib. 1. cons 388. nu. 12. & cons. 340. num. 8. lib. 3. & cons. 447. nu. 2. lib 4. Aym. cons. 294. nu. 4. Cæs. de Grass. decis. 181. nu. 7. de diuort.

2 Et est adeò vniuersalis, vt si ab aliquo proferatur, comprehendat etiam fœminam, licèt pro-

proferatur in masculino genere, l. 1. vbi Bart. in princ. & in fin. ff. de verbor. signific. notat idem Bart. in l. 1. & in l. si quis in tantam, C. vnde vi, facit text. in l. si quis maior, C. de transact. & cum ista conclusione concordat etiam Cardinal. in Clement. 1. in 3. quæst. de electio. & Dom. in c. generali, de electión. in 6. vbi dicit, hoc etiam procedere in statuto, Aret. cons. 39. Alex. cons. 24. lib. 2. & dixit latè Dec. in l. si quis id quod, & in l. 2. ff. de regul. iur. in 4. quæst. & in cons. 507. num. 1. tom. 2. vbi attestatur de communi.

3 Et licèt in numero singulari concipiatur, est tamen apta plures comprehendere, & ideò æquipollet numero plurali, Rota in Lodien. domus claustralis 23. Martij 1615. coram R. P. D. Caualerio, & 18. Aprilis 1616. coram R. P. D. Remboldo, relat. per Farinacc. in decis. 668. nu. 5. vol. 2.

4 Quinimò verificatur etiam in Vniuersitate, vt est text. cum glos. in c. vt circa, in verbo, aliqui, de electión. in 6. quæ glos. allegat ibi text. in l. metum, §. animaduertendum, ff. quod met. caus. facit etiam text. in l. 1. vers. nec cui, ff. ad Macedon. notat Angel. in l. nihil interest, in princ. ff. eod. vbi ponderat dictam l. primam in illa dictione, cui, & dicit, illam habere etiam locum in Vniuersitate, l. 1. ff. ex quib. caus. maio. & confir-

mat Dec. in conſ. 486. num. 1. tom. 2.
5 Vlterius in minima parte verificatur, vt notat Bart. in l. ſi ſeruum, §. prætor ait, ff. de acquir. hæredit. Grat. cum alijs per eum adductis in conſ. 9. nu. 68. & in conſ. 112. nu. 20. lib. 1. Surd. conſ. 524. nu. 8. lib. 4. Mareſcott. variar. reſolut. cap. 25. num. 11. lib. 2. Dec. conſ. 456. num. 3. tom. 2. Natt. conſ. 481. nu. 11. tom. 3. Bald. in l. 1. col. penult. C. de inoffic. donat. & in c. 1. §. cum autem, col. final. de contro. inueſti. Abb. in c. ſuper eo, 2. notab. de eo qui cognoſc. conſanguin. vxor. ſuæ, Natt. conſ. 525. nu. 6. tom. 3. & conſ. 648. num. 8. tom. 4. Pic. ad Statut. Vrb. gloſ. 19. num. 2. & hoc maximè procedit poſita in Statuto, Anchar. conſ. 160. col. 2. verſ. præterea ponderãda ſunt, gloſ. notab. in Clement. quamuis, de for. comp. Dec. in c. quoniam, il 3. extr. de teſtament. Barbat. conſ. 36. col. penult. lib. 2. Alex. conſ. 102. col. 2. lib. 6. Tiraquell. loco ſuperiùs citato nu. 14. verſ. vbi ex hoc dicit, cum alijs per eum adductis, & Staphil. de liter. grat. in tit. de prærogat. expectant. nu. 28.
6 Quibus adde quòd terminus huiuſmodi dictioni adiectus, accipitur etiam ſecundum impropriam ſignificationem, vt per multa probat Iaſ. in conſ. 224. nu. 10. vol. 2. Corn. in conſ. 33. col. vltim. verſ. præterea verbum,
vol. 4.

vol. 4. & clariùs idem Iaſ. in conſ. 29. nu. 4. vol. 1. vbi vult, illud etiam comprȩhendi, quod eſt impropriè tale, quando ponitur cum iſta dictione, quod comprobat Tiraquell. loco ſuperiùs adducto, nu. 14. verſ. vbi ex hoc dicit, quod terminus, circa finem, Crauett. conſ. 308. ſub nu 4. verſ. ampliùs dico, Surd. conſ. 425. nu. 48. vol. 3. & Corn. in conſ. 41. nu. 1. vol. 1. addit eſſe incluſiuam omnium, quæ poſſunt ſtrictè interpretari, ibi, dicens quòd mulier prohibita, circa med.

7 Et idem dicendum eſt, ſi negatiuè ponatur, nempè, non aliquis, quia tunc æquipollet vniuerſali negatiuę, & proindè eſt, ac ſi dicatur, nullus homo, gloſ. in c. cum dilectus, in verbo, à ſuſpenſis, de conſuet. tradit Natt. in conſ. 525. n. 7. tom. 4. & Ruin. in conſ. 60. n. 11. to. 3.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Alter, non verificatur niſi de duobus de ſui propria ſignificatione, ſicut dictio, ambo.*

2 *Interdum contra propriam ſignificationem cadit inter tres, quando expedit.*

DICTIO XVI.

ALTER.

1 PRopria huius dictionis ſignificatio non verificatur, niſi de duobus, ſicut dictio,

 ambo,

ambo, l. sed interpellantur, §. si ex altera, ff. de arbitr. notatur in l. si ex toto, §. 1. ff. de legat. 1. iunct l. qui duos, ff. de vulgar. & pupill. Castren. cons. 264. nu. 1. par. 2. & ponitur relatiuè, l. naturali, §. gallinarum, ff. de rer. diuis. l. cæterorum, ff. de verbor. significat.

2 Interdum tamen contra propriam significationem cadit inter tres, quando expedit, vt est text. & ibi glos in l. quicunque, §. vniuersi, C. de hæret. & in l. ancillæ, super verbo, altera, de furt. Castrens. d. cons. 264. nu. 2.

SVMMARIVM.

1 *Ambo, regulariter exigit, dispositionem, in omnibus verificari, nec satis est, vt in vno verificetur.*

2 *Fallit in duobus casibus, & nu.* 3.

DICTIO XVII.

AMBO.

1 Regulariter ista dictio, Ambo, exigit dispositionem in omnibus verificari, nec satis est, vt in vno verificetur, vt post Bart. & alios in l. hæredes mei, §. cum ita, col. final. ff. ad Trebell. firmat Paris. in cons. 14. num. 9. lib. 2. qui attestatur de communi, & idem tenet

net Rip. in præcitato §. cum ita, num. 3. & Honded. in conf. 60. num. 20. volum. 1.

2 Fallit 1. ex mente testatoris, quæ præponderat propriæ significationi, iuxta notata in d. §. cum ita, quæ mens satis verificari dicitur eo ipso quod non supersunt aliqui, qui ex præsumpta mente alium excludant, Hond. d. conf. num. 21.

3 Fallit 2. quando militat eadem ratio in vtroque casu de per se, vt per Tiraquell. in l. si vnquam, in verbo, Susceperit liberos, nu. 260. C. de reuocan. donat. Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 5. num. 29. & idem Hond. vbi supra num. 22.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Amplius, inducit repetitionem.*

2 *Et ponitur augmentatiuè, sicut dictio, plus; sed ad modicum refertur.*

DICTIO XVIII.

AMPLIVS.

1 Dictio, Amplius, induit repetitionem, l. legata inutiliter, in princ. ff. de legat. 1. Bart. in l. si tibi purè 52. ff. de legat. 3. & in l. in repetendis 61. in prin. ff. eod. Card. Mant. de

de coniectur. vltim. volunt. lib. 7. tit. 5. nu. 8. & repetit omnes qualitates præcedentes, l. libertis omnibus, ff. de condit. & demonstrat. Socc. Iun. conf. 71. n. 2. & conf. 117. nu. 9. vol. 3.

2 Ponitur etiam augumentatiuè, sicut dictio, plus, sed ad modicum refertur, l. cum inter viuos, & l. hæc adiectio, ff. de verbor. significat. cum ibi notat.

DICTIO XVIIII.

AN.

HÆc dictio, An, indicat diuersitatem in iure, vel in facto, & ad hoc vide glos. in l. 2. §. sed, & fortius, ff. ne quis eum, qui in ius voc.

DICTIO XX.

ANTEDICTI.

ISta est dictio, relatiua, & operatur, ac si aliquis nominatim fuisset expressus, Bart. in l. qui liberis, §. hæc verba, in fin. ff. de vulgar. Surd. cõs. 315. n. 3. lib. 3. & conf. 123. n. 13. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Assiduè, accipitur, idest omnibus horis. Intellige, vt in num. 2.*

DI-

DICTIO XXI.

ASSIDVE.

1 Dictio, Asiduè, interpretatur, ideſt omnibus horis, c. final. 36. diſtinct. Abb. in c. 1. de offic. Archipresb. quod in practica ſepè contingit in depoſitione teſtium deponentium, quem aſsiduè poſſediſſe, vel habitaſſe domum. Tu tamen intellige de horis competentibus, vt habetur in d. c. final.

SVMMARIVM.

1 *Aut, regulariter ſumitur diſiunctiuè.*
2 *Diſiungit ſenſum, & verba.*
3 *Imò eſt talis naturæ, vt etiam diſiunctiuè omnia verificentur.*
4 *Stat etiam correctiuè, reſtrictiuè, & expoſitiuè.*

DICTIO XXII.

AVT.

1 Regulariter hæc dictio, Aut, diſiuntiuè ſumitur, l. ſi ex toto, §. 1. ff. de legat. 1
l. ille aut ille, in prin. ff. de legat. 3. l. Titio, ff.
2 de legat. 2. Rolan. à Vall. conſ. 99. nu. 56. to. 4.

&

& disiungit sensum,& verba, Bart.in l.si is qui ducenta, §. vtrum, col. 3. opposit.6.ff. de reb. dub. Natt. cons. 675. nu.26.tom. 4. Honded. cons. 35. nu. 17. vol. 2. l. hæc verba ille, aut ille, ff. de verbor. significat. Paris. cons. 91. num. 29. lib. 2.

3 Imò est talis naturæ, vt etiam disiunctiuè omnia verificentur, Doctor. in d.l. hæc verba, & in l. Quintus Mutius, ff. de aur. & argent. leg. tradit Riminal. Senior in cons.187.n.15. lib. 1. Tiber. Decian. in cons. 42. nu.10. lib.1. & idem Honded. in præcitato cons.35.nu. 18. & in cons. 86. nu. 13. vol. 2. alios allegans.

4 Stat etiam correctiuè, restrictiuè, & expositiuè, c. si pater, in fin. de testament. in 6. Cardinal. Iacobat. de concil. lib. 3. artic. 1. num. 130. Pancirol. cons. 195. nu. 25. Hond. cons. 69. nu. 28. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Autem, est dictio aduersatiua.*

2 *Et aduersatur præcedentibus in iure, & in facto.*

3 *Nec solùm est aduersatiua, sed etiam repetitiua præcedentium, cum omnibus qualitatibus.*

DI-

DICTIO XXIII.

AVTEM.

1 Dictio ista, Autem, est aduersatiua, & aduersatur anticipatæ solutioni non vti factæ ex facto, sed vti spontaneæ, iuxta text. in l.2.§.hoc etiam,C.de iure iur.propt.cal,dand. tradit Paris. in cons. 111.nu.27.lib.1. Grat. in cons.2. num. 33. vol. 1. Corn. in cons. 44. nu. 7. & in cons. 86. nu. 12. vol. 3. & in cons. 219. nu. 7. vol. 2. & dixit Rota in Bononien. Census 24. Aprilis 1600. coram Illustrissimo Card. Pamphilio.

2 Imò aduersatur præcedentibus in iure, & in facto, glos. ordin. in l. hoc amplius, §. de his autem, super verbo, autem, ff. de damn. infect. Ioan. Oinot. in §. quædam actiones, n.38. Instit. de action. Bart. cons. 421. nu.4. par. 3. Natt. cons. 459. nu. 3. tom. 2. Paris. cons. 44. num. 10. & cons. 53. lib. 2. Canonist. in c. statuimus, de election. lib. 6. & habetur in auth. de re iudic. §. sedebunt.

3 Nec solùm est aduersatiua, sed etiam repetitiua præcedentium cum omnibus suis qualitatibus, Bald. in l. omnes populi, col. 10. vers. modo quæro vtrum vnum, ff. de iust. & iur. Natt. cons. 570. nu. 8. tom. 3.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Benè, dictio relinquitur declaranda arbitrio boni Viri, & sic in dubio intelligi debet.*
2 *Et eiusdem significationis est dictio, Rectè.*

DICTIO XXIV.

BENE.

AD euitandas litigantium quæstiones, qui vt plurimum in iudicijs opponere solent de nullitate contractuum, sub prætextu quòd non fuerint benè seruati, & nullam propterea
1 mereantur exequutionem, ista dictio, Benè, relinquitur declaranda arbitrio boni Viri, & sic in dubio intelligi debet, ad tradit. per Bart. in l. cum filius, §. cum pater, ff. de legat. 2. & patet in l. si ita sit scriptum, ff. de ma. testa. in c. 1. in fin. de eo, qui mitt. in poss. caus. rei ser. lib. 6. & in Clement. 1. de offic. ordin. & tradit Castren. in cons. 79. nu. 4. lib. 4.
2 Et eiusdem significationis est etiam dictio, Rectè, Bald. in l. eos, col. 2. vers. & nota quòd aduerbium, benè, C. de appellat. quem sequitur Ias. in l. lecta, num. 16. ff. de inoffic. testament. & Menocch. de arbitrar. quæst. 67. num. 24. lib. 1.

DICTIO XXV.

BENEPLACITVM.

NOn abſimilis eſt iſta dictio, dictioni antecedenti, Benè, cum hæc quoquè denotet arbitrium boni Viri, Abb. in c. verùm, in vltim. notab. de for. compet. Capic. deciſ. 116. nu. 4. Iaſ. in l. ſi ſic, in princ. nu. 6. de legat. 1. Bald. in l. fin. §. ſed, & ſi quis, nu. 3. C. comm. delegat. & Mareſcott. variar. reſolut. cap. 70. num 8. lib. 2.

DICTIO XXVI.

CASV QVO.

HÆc dictio, facit inſtitutionem conditionalem, Bald. conſ. 241. vol. 1. Crauett. conſ. 268. in princ. verſ. videretur dicendum, Becc. conſ. 39. num. 20. Surd. conſ. 548. nu. 10. lib. 4.

SVMMARIVM.

1 *Cætera, dictio eſt relatiua, & repræſentatiua eiuſdem qualitatis, cuius eſt ille, de quo priùs facta eſt mentio.*

2 Re-

2 *Regulatur tamen secundum naturam rei, cui adijcitur.*

DICTIO XXVII.

CÆTERA.

1 NAtura huius dictionis est relatiua, & repręsentatiua eiusdem qualitatis, cuius est ille, de quo prius facta est mentio, vt probatur in l. non solùm, §. quæritur, cum glos. in verbo, cæteros, de procurat. Ruin. cons. 179. nu. 2. vol. 2.

2 Regulatur tamen secundum naturam rei, cui adiungitur, Doct. in auth. ex causa, C. de liber. præterit. l. Gallus, ff. de liber. & posthum. Marescott. variar. resolut. cap. 77. num. 56. lib. 2. & fuit dictum in Cartaginen. Sequestri 30. Decembris 1599. coram Illustriss. D. Cardinal. Lancellotto.

SVMMARIVM.

1 *Sumitur ista dictio, vt nomen, & vt aduerbium, & quid significet, & nu. 2.*

DICTIO XXVIII.

CÆTERVM.

1 DVpliciter sumi potest hæc dictio, Cæterum, vt nomen, & vt aduerbium, vt nomen

men significat reliquum, l. quæsitum, §. idem r.spondet ibi cæteram suppellectilem, ff. de fund. instruct. instrumentoq. legat. & l. cæte-
2 rorum, ff. de verb. signific. Vt aduerbium significat idem, quod dictio, sed, l. 1. C. si aduers. rem iudic. l. in causam, ff. de procurat. Rip. in l. in fideicommissariam, §. si legatum, n. 1. ff. ad Senat. consult. Trebell.

SVMMARIVM.

1 *Testis, quando debet probare aliquod tempus determinatum, addens dictionem, circa, non probat.*
2 *Circa, ponitur continuatiuè.*
3 *Refertur ad modicum tempus.*
4 *Et ad excludendum delictum, quomodo intelligatur.*
5 *Item ponitur inclusiuè.*

DICTIO XXIX.

CIRCA.

Vitiosa potest appellari dictio, Circa, quia vitiat probationem testis deponentis de
1 certo tempore: nam quando debet probare aliquod tempus determinatum, & addit huiusmodi dictionem, circa, non dicitur conclu-

denter probare de tempore illo determinato, quod erat probandum; vt eſt text. in c. final. de ſponſ. impub. & ibi Ant. de Butr. dicit hoc eſſe notandum, mentiquè tenendum, Alexan. conſ. 584. nu. 11. conſ. 183. num. 7. lib. 7. & conſ. 149. col. penult. in fin. lib. 5. & facit quod dicit Corn. in conſ. 179. nu. 4. vol. 3. & in conſ. 87. nu. 14. eod. vol.

2 Ponitur etiam continuatiuè, l. magnam, C. de contrahen. & committen. ſtipulat. l. falſus, C. de furt. l. quoties, ff. ſolut. matrim. &
3 l. quid ergo, ff. de legat. 1. & refertur ad modicum tempus, Corn. d. conſ. 179. nu. 5. Rodoan. de reb. Eccleſ. non alien. quæſt. 10. nu. 15.

4 Hinc infertur ex Polyd. Rip. in tract. de noct. temper. in cap. 5. nu. 44. quòd ad excludendum maius delictum, dictio iſta in mitiorem partem interpretatur, & allegat conſ. Burſat. 141. nu. 28. vol. 2. & idem Polyd. in cap. 86. nu. 13. eod. tract.

5 Ponitur quoquè dictio iſta incluſiuè, c. licèt, extr. de probat.

SVMMARIVM.

1 *Regulariter dictio, Citra, ſignificat tempus præteritum, vſque ad præſens, quo aliquid fit.*

2 *Quod eſt verum, quando ita expoſcit ſubiecta materia, vt cum profertur ab homine in iudicio.*

3 *Se-*

3 *Secus quando profertur à lege communi, vel speciali*
4 *Verba secundum subiectam materiam, sunt intelligenda.*
5 *Testis deponens à quadraginta annis citra, non probat.*
6 *Testis ad hoc vt probet, necessè est, vt deponat à quadraginta annis, & citra addendo dictionem, &, & nu. 7.*
8 *Limita 1. nisi adderet aliquam aliam dictionem temporis continuatiuam, videlicet, semper, perpetuò, & similes.*
9 *Limita 2. vt non procedat in Regno Hispaniarum.*

DICTIO XXX.

CITRA.

1 Regulariter dictio, Citra, significat tempus præteritum vsque ad præsens, quo aliquid profertur, c. licèt causam, extr. de probat.

2 Quod est verum, quando ita exposcit subiecta materia, vt cum profertur ab homine in iudicio, puta dicendo in libello, vel articulis, se possedisse à tanto tempore citra; non enim potest dici, quòd deduxerit possessionem futuri temporis, quæ nondum fuit, quia

nequè poteſt deduci, l. non quemadmodum,
ff. de iudic.

3 Secus verò, quando profertur à lege com-
muni, vel ſpeciali, cuius natura eſt perſpi-
cere futuris negocijs, & cauſis per eandem
4 rationem, quia ſecundum ſubiectam mate-
riam, verba ſunt intelligenda.

In teſtibus autem iſta dictio vitiat proba-
5 tionem temporis; nam teſtis deponens à qua-
draginta annis citra, non probat nedum de
tempore 40. annorum, ſed nequè de tempore
vnius anni, quia quòd fuit heri, & non ante,
6 dicitur fuiſſe à 40. annis citra. Neceſsè eſt
enim, quòd teſtes deponant à 40. annis, & ci-
tra, addendo dictionem, et, & ſic probat.
d. c. licèt cauſam, & ibi notant Hoſtienſ. &
Ioan. Andr. text. in l. 1. §. quod autem, ff. de
aqu. quotid. & æſtiu. Bart. in l. Celſus, in
vltim. col. ff. de vſucap. & in l. ſi poſt, ff. de
rei vendic. Bald. in l. falſus, in 4. col. de
furt. & in l. iudicia, C. de rei vindic. Alexan.
conſ. 45. num. 7. vol. 2. Balb. de præſcription.
in vltim. part. num. 14. Card. Seraphin. deciſ.
1112. num. 1. part. 1. Ruin. conſ. 67. nu. 10.
verſ. nam vnus teſtis, lib. 1. Caputaq. deciſ.
81. lib. 2.

7 Vnde prolata à Teſte ſine copula, et, veri-
ficatur in vſu facto, per vnam diem tantum,
d. l. 1. §. quòd autem, & ibi etiam Bart. &

idem

idem in supracitata l. Celsus, col. vltim. Doct. in allegato c. licèt causam, Alexand. cons. 108. num. 7. lib. 2. Marescott. variar. resolution. cap. 100. num. 13. lib. 2. tenuit Rota in vna Hispalen. decimarum de Tribuxena, 6. Iunij 1580. coram Card. Seraphin. & in alia Burgen. decimarum 10. Martij 1597. coram R. P. D. Orano, & ita communiter obseruat per doctrinam Bart. in sępè dicta l. Celsus, num. 24.

8 Limita 1. supradictam regulam, nisi testes deponentes per hanc dictionem, citra, sine copula, et, adderent aliquam aliam dictionem temporis continuatiuam, videlicet, semper, perpetuò, & similes, vt fuit dictum in d. Burgen. decimarum, & in vna Tirasonen. Iuris pręsentandi 21. Octobris 1594. coram R.P.D. Litta, vbi habetur, quòd etiam absquè dictione, citra, dictio, semper, operatur respectu quadragennariæ.

9 Limita 2. vt non procedat in Regno Hispaniarum, vbi non solet aduerti, an testes deponant cum copula, vel ne, vt dixit Rota in Pampilonen decimarum coram Cardinal. Pamphil. ex Molin. lib. 2. de primogenitur. Hispaniar. c. 26. num. 39. in fin. Marescott. vbi supra num. 15.

SVMMARIVM.

1 *Concorditer, dictio, intelligitur sine vlla discrepantia, & nemine contradicente.*

DICTIO XXXI.

CONCORDITER.

1 TRansit sine difficultate, quòd si quid concorditer à pluribus fieri debet, intelligitur sine vlla discrepantia, & nemine contradicente, & id maximè procedit, quando agitur de materia contractus, & stricti iuris, vt voluit Alex. in cons. 124. num. 2. & 3. lib. 2. cum alijs ibidem, vbi subiungit hoc præsertim habere locum in negocio, vel re Vniuersitatis, siue Collegij, qui agunt tanquàm vniuersi. Quando verò versamur in ijs, in quibus factum plurium personarum agitur, tanquàm à singulis, vel habetur pro facto legitimo, tanquàm tractato à maiore parte, ac si ab omnibus factum esset, eo casu debet intelligi, hoc esse per iuris fictionem, non autem per veritatem, Alex. d. cons. eod. n. 2. Et idem dicendum de dictione, vnanimiter, vt posuerunt Bertach. & Alberic. in eorum diction. in verbo, Vnanimiter.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Confestim, dictio, est intelligenda cum temperamento temporis.*

2 *Significat idem, quod dictio, mox, & incontinenti.*

DICTIO XXXII.

CONFESTIM.

Videtur prima fronte, dictionem hanc im-
1 portare præcipitem festinationem; &
tamen est intelligenda cum temperamento
temporis, vt notatur in c. sicut, de verbor.
2 significat. lib.6. licèt significet idem, quòd di-
ctio, mox, citò, & incontinenti, l. Tutores,
C. de administr. tut. c. quia propter, extr. de
election. l. final. C. de error. aduoc. c. cum
sint, cum ibi notatis, extr. de appellat. de
quibus quidem dictionibus suo loco dicemus.

DICTIO XXXIII.

CONTRA.

Ponitur aliquando dictio, Contra, pro dictione, præter, glos. in auth. quæ res, C. de

ſacroſ. Eccleſ. & ponitur etiam contumaciter, l. nuda, C. de contrahen. & committen. ſtipulat. & l. falſus, ff. de furt.

SVMMARIVM.

1 *Natura dictionis Cum, eſt copulare acceſſoriè.*
2 *Teſtator legans fundum cum peculio, ſi legatum in fundo erit nullum, erit etiam nullum in peculio.*
3 *Teſtator inſtituens vxorem cum filijs ſuis, vxor intelligitur inſtituta pro dimidia, & eius filij pro altera dimidia, vigore dictionis, cum.*
4 *Ponitur æquè principaliter ſicut copula, et.*
5 *Denotat ſimultatem quandam, & de neceſſitate requirit concurſum vtriuſquè partis.*
6 *Adiecta verbo præſentis temporis, ponitur cauſatiuè, & accipitur pro dictione, quia.*
7 *Item ponitur conditionaliter.*
8 *Item denotat admonitionem, ſeu admirationem.*

DICTIO XXXIV.

CVM.

1 NAtura dictionis, Cum, eſt copulare acceſſoriè, l. 1. & 2. & ibi Bart. nu. 3. ff. de

pecul.

pecul. legat. Alciat. in l. 1. §. sed si mihi, in repetit. nu. 5. & in lect. nu. 17. ff. de verbor. obligat. Bart. in l. Sæiæ, §. Caio, nu. 4. ff. de fid. instrument. l. si cui fundum, ff. de fund. instruct. Castren. cons. 377. ante num. 2. par. 1. Alex. cons. 193. nu. 6. lib. 2.

2 Et ideò si testator legauerit fundum cum peculio, si legatum in fundo erit nullum, erit etiam nullum in peculio, quia verisimilis mẽs testatoris fuit, vt peculium non deberetur, nisi vna cum fundo, propter dictionem, cum, cuius natura est, vt copulet, vt dixit Rota decis. 709. num. 9. part. 1. diuers. tradit latè Honded. cons. 91. num. 13. viden. cons. 1. num. 19. & 49. cons. 2. num. 17. & cons. 8. nu. 45. vol. 1. & cons. 73. nu. 13. vol. 2.

3 Prolata itaquè à testatore, licèt excludat ordinem successorium; tamen dubitari non potest, si ipse testator instituat vxorem cum filijs suis, quin etiam vxor intelligatur instituta pro dimidia, & eius filij pro altera dimidia, Bald. in l. si mulieri, de vsufruct. accrescen. & est communis conclusio, quòd si plures, inter quos cadit ordo caritatis, fuerint instituti sub dictione, cum, simul, & coniunctim admittantur, nõ autem ordine successorio Cardinal. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. tit. 8. num. 29. lib. 4. Item si testator legat alimenta filiæ cum hærede, intelligitur,

gitur, quòd ſtet inſimul cum hærede, & præſtet operas conuiuales, Bald. conſ.484. in fin. nu. 2. vol. 4. & Bart. in l. Iulius Paulus, nu. 6. ff. de condit. & demonſtr.

4 Et quamquam ponatur inter duo, quorum vnum non venit acceſſoriè ad aliud, copulat nihilominùs æquè principaliter, ſicut copula, et, caſus eſt, & ibi Bart. in l. tabernam, ff. de fund. inſtruct. & eſt text. in d. l. 2. & in l. 4. & ibi Iacob. de Aret. ff. de pecul. legat. Io. Andr. in c. quia ſæpè, de præben. in 6. Soccin. Sen. conſ. 69. nu. 4. vol. 4. Corn. conſ. 38. nu. 2. vol. 1. & hoc maximè procedit poſita inter perſonas, l. Titiæ textores, §. nihil diſtat, ff. de legat. 1. & Bald. conſ. 414. nu. 2. vol. 5.
5 & hoc quia denotat ſimultatem quandam, & de neceſsitate requirit concurſum vtriuſquè partis, ita notabiliter determinat, Bart. in l. Gallus, §. quidam rectè, ff. de liber. & poſthum. circa primam col.

Hinc infertur, quòd ſi vendatur Caſtrum cum omnibus pertinentijs ſuis, intelligitur concedi Caſtrum cum Vniuerſitate omnium iurium, c. cum ad ſedem, cum gloſ. in verbo, pertinentijs, & ibi Canoniſt. de reſtit. ſpoliat. c. cum venerabilis, de relig. do. quin etiam intelligitur conceſſum totum territorium, l. 1. §. cum Vrbem, ff. de offic. præfect. Vrb. Iaſ. in repet. l. quo minùs, ff. de flumin. n. 122.

Ad-

Aduertit tamen ibidem, quòd si vendatur fundum cum omnibus iuribus, ea tantùm vendita videntur, quæ sunt de natura rei venditæ, & allegat Innocent. hoc expresè dicentem, in c. ex literis, de iur. patronat. per text. in l. si mercedem, §. 1. ff. de action. empt. quem sequitur Bald. in Rubric. C. de contrahen. emption. quæst. 11. in l. final. C. si cens. vel reliq. fund. comp. non poss. & in l. à procuratore, C. mandat. & subdit ad hoc propositum ipsemet Ias. in d. nu. 122. quòd si vendantur possessiones in tali territorio cum omnibus iuribus, certe nō venire sub ista generali venditione ius pedagij colligendi, nec merum, aut mixtum imperium, quia non sunt de natura rei venditæ, sed aliud ius incorporale, Innocent. in supracitato c. ex literis.

6 Cæterum adiecta verbo præsentis temporis ponitur causatiuè, & accipitur pro dictione, quia, Bart. in l. 1. sub num. 8. & in l. demonstratio, §. quòd autem, sub num. 9. ff. de condit. & demonstr. text. in l. cum quis, §. codicillis, ff. de legat. 3. in c. 2. in fin. de consuet. & in Clement. testibus, in fin. & ibi glos. Card. & alij de testib. argum. l. cum Clericus, C. de Episc. & Cleric. Roman. cons. 438. nu. 3. & Rota Roman. decis. 22. n. 5. par. 2. diuersor.

7 Ponitur etiam conditionaliter, & conditionem inducit, text. in l. huiusmodi, & in l. quod-

cunquè,

cunquè, §. final. ff. de verbor. obligat. notat Bar. in l. 1. vers. secundo quæro, ff. de condit. & demonstrat. Bal. in l. ex his, C. quand. dies leg. ced. cum. simil Alex. in d. l. quodcunquè, §. final. Et talis conditio dicitur expressa, secundum Bal. in Rubric. C. de instit. & substit. Dec. cons. 401. n. 1. tom. 2. Grat. cons. 1. n. 94. & cons. 138. n. 11. lib. 1. & Paris. cōs. 17. n. 25. lib. 1.

8 Et demum denotat quandā admonitionem seu admirationem, l. si decem, ff. de verbor. obligation. l. 2. §. negat, ff. de mort. infer. & l. 1. ff. de fund. instruct.

DICTIO XXXV.

CVR.

Ista dictio, Cur, ponitur interrogatiuè, sicut dictio, quare, nunquid, & similes, l. Gallus, ff. de liber. & posthum.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, De, subtiliter explanatur, cum num. seqq.*

DICTIO XXXVI.

DE.

1 Est huiusmodi dictio, De, similis dictioni, ex, quia importat causam proximam, & imme-

immediatam, iuxta tex. in l. 1. §. final. ff. de incend. ruin. & naufrag. in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur. Bal. in l. 1. C. si seru. exter. l. 1. §. nunc videamus, ff. de coniung. cum emancip. liber. & ibi Bart. in §. emancipatus, & in l. prætor ait, §. quod de fructibus, n. 2. ff. de bon. auct. iudic. poss. Ias. in l. non dubium, nu. 24. C. de leg. & in c. cum causam, de electon. quibus adde tex. in l. 1. ff. deposit. Paris. in cons. 9. nu. 44. lib. 2. Dec. in Rubric. ff. si cert. petat. Anchar. quæst. 69. numer. 2. & 6. part. 1. Polyd. Rip. in tract. de nocturn. tempor. in c. 62. num. 7. & refert Cardinal. Mantic. de coniectur. vltimar. voluntat. cum alijs per eum adductis in tit. 12. numer. 17. lib. 11. Cagnol. in Rubric. numer. 24. ff. de Regul. iur.

2 Aliquando ostendit causam remotam, vt est text. notabilis in d. l. si finita, §. deinde, circa princ. dum inquit, de opere satisdare, quæ verba ibi glos. cum. additione ad Margaritam, & Bar. nu. 1. exponunt, scilicet non de opere, sed de damno ex opere futuro satisdari, & in §. final. eiusd. leg. ibi, vt tantum præstetur ei, quantum præstari oportet, si de ea re cautum fuisset; non de ea re, hoc est de damno ex ea re proueniente cautum; hoc idem declarat Dec. in d. Rubric. in prnc. lectur. sub num. 2. & in 2. lectur. sub num. 6.

3 Im-

3 Importat quoquè propriam originem, seu domicilium; nam posito statuto iubente, in contractibus adhiberi testes de iurisdictione, intelligi debet de originario, nam illa verba ad ipsam naturalē causam de loco sumptam, ipsamq. originem potiùs, quàm ad loci domicilium immediatè referuntur, l. 1. ff. ad Municipal. Bart. in l. prouinciales, in fin. ff. de verbor. significat. & in tract. repręsal. q. 7. nu. 2. Bal. in l. ex arrali, num. 2. C. de actio. empt. Surd. decis. 129. nu. 15. Alciat. in d. l. prouinciales, & Socc. Iun. in l. 1. nu. 14. ff. solut. matrim.

4 Interdum etiam importat partialitatem, vt cum dicimus, iste est de Vniuertate, idest pars Vniuersitatis, c. 1. q. 1. §. aliud.

5 Nonnunquam identitatem essentiæ, nimirum quando dicimus, filius natus de patre; imò quoquè ipsammet substantiam, vt cum
6 dicimus Corpus Christi de pane fieri. Et aliquando designat ordinem, vt de nihilo creaturam fieri.

7 Plerunquè ponitur pro, A, l. si is qui rem, §. fin. ff. de furt. in illis verbis, si stipulatus, de te sim, idest à te, l. 1. C. de fund. rei priuat. lib. 11. ibi de Fisco, idest à Fisco, l. 1 de fideicommis. l. si vt certo, ff. commod. §. si de me, idest à me; hoc etiam sentit Romanæ ille eloquentiæ parens Tullius de Orat. dum inquit,

inquit: Audiui de Socero meo, ideſt à Socero meo, & alibi, audiui de maioribus natu, ideſt à maioribus natu.

8 Quandoquè denotat, propter, l. vnica, C. quan. ciuil. act. in princ. ibi, de re familiari, quæ verba ibidem gloſ. & Doctor. exponunt, propter rem familiarem, l. 4. ff. de præter. hæred. Vndè Terrent. in Eunuc. eſt quid nos amas de fidicina iſtac, ideſt propter fidicinam hanc.

9 Interdùm ſumitur pro dictione, ſuper, l. 3. C. ſi à non compet. iudic. in princ. dum ait, ſi de proprietate datus eſt Iudex, ideſt ſuper proprietate, vt ibi gloſ. demonſtrat.

10 Aliquando denotat dictionem, pro, auth. vt nulli iudicum, §. neceſſarium, ibi, vt nulla mulier de qualibet re includatur, ideſt pro qualibet re, vt ibi per gloſ. & eſt text. & gloſ. in l. poſt vendit. ff. de aqu. pluu. arcen. in princ. & in l. procurator, §. ſi quis, verſ. ex quo, ff. rem rat. haber. in illis verbis, non ante ex ea agi poterit, quam de libertate iudicatum fuerit.

11 Item ponitur declaratiuè, vt in l. de lanionibus, §. cum in villico, §. idem conſultus, & §. bubuleo, ff. de fund. inſtruct. in l. ſi quis, in princip. ff. de recept. arbitr.

12 Item ſumitur pro dictione, ſecundum, vt de ſententijs, ideſt, ſecundum ſententias,

20. di-

20. distinct. de libell. & ad tradit. per Doctor. in l. 2. C. de sentent. exper. recepr.

13 Item ponitur pro dictione, in, vt de præsenti, videlicet, in præsenti, c. metuentes, 17. dist. 4. de Archiep. re. & c. 1. extr. de transact.

14 Item denotat causam materialem immediatam, quando iuncta est materiæ, vt notat Bal. in l. ex arrali, in princ. C. de actio. empt. vt puta cum dicitur, vestis est de lana, lineoq. contexta.

15 Quandoquè verò habet vim detrahendi, seu diminuendi, l. derogatur, ff. de verbor. significat. l. 1. ff. deposit. & l. generaliter, §. 2. de calumn. Bal. verò in cons. 221. nu. 5. par. 1. dicit, quòd aliquando auget.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Debet, importat necessitatem.*
2 *Habet vim transferendi dominium.*
3 *Denotat significationem verborum, quibus iungitur.*
4 *Et ponitur aliquando pro dictione, Solet.*

DICTIO XXXVII.

DEBET.

1 Dictio ista, Debet, importat necessitatem, prout est tex. in l. 1. §. 1. ff. quod quisquè

iur.

iur. notat Abb. in c. cum locum, col. final. de ſponſ. eſt etiam tex. in l. prætor. in princ.ff.de eden. & gloſ. in Clement. final. verſ. debeant, de ſtat. monach. Bart. plenè in l. creditores, col.1.C.de pignor.gloſ.in l.ſæpè audiui Cæſarem,ff.de offic.præſid.Oinot.in §.curare,n.23. Inſtit.de actio. Secus eſt in dictione, poteſt, licèt,vna quandoquè pro alia ponatur,de qua Alex. in l. 1. col. 2. ff. de iuriſd. omn. iud.

2 Et vltra naturam inducendi neceſſitatem, habet etiam vim transferendi dominium,l.vbi autem, §. final. ff. de verbor. obligat.

3 Denotat ſignificationem verborum,quibus iungitur,vt notatur in l.ex conducto, §.ſi vno,

4 ff. locat. Et ponitur aliquando pro dictione, Solet, l.1.ff.de hæred.inſtit.l. obſeruare,§. fin. ff. de offic. proconſul.

SVMMARIVM.

1 *Deinceps, dictio reſpicit quodcunquè tempus futurum.*

2 *Et accipitur in infinitum.*

DICTIO XXXVIII.

DEINCEPS.

1 IDem importat hęc dictio,Deinceps,quod dictio,poſtea,& deindè,&reſpicit quodcũq.tépus

pus futurum, & successiuum, ex traditis per Rebuff. in l. appellatione parentis, col. 5. vers. deinceps, ff. de verbor. significat. & per Hond,
2 in cons. 76. num. 31. vol. 2. Et aliquoties accipitur in infinitum, §. licèt, Instit. de adopt. & §. sui, Instit. de hæred. qual.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Deindè, apposita in instrumento Societatum, quid significet.*
2 *Tractus successiuus dicitur esse ab initio, vsquè ad finem.*
3 *Finis beneplaciti, est disdicta societatis.*
4 *Est etiam ista dictio ordinis designatiua.*

DICTIO XXXIX.

DEINDE.

1 APposita dictio ista in instrumentis Societatum officiorum, & adiecta dictioni,
2 ad beneplacitum, habet aliquem tractum successiuum, & huiusmodi tractus dicitur esse ab initio, vsquè ad finem, & cōprehendit tempus sequens post terminum expresse præfixum, nihilq. ponit in esse de eo, quòd præcedit, l. stipulationes non diuiduntur, §. 1. ff. de verbor. obligat. glos. & omnes, in l. qui ante calendas,

eod.

eod. tit. cum alijs per Bart. & Socc. in l. 2.
3 §. creditor, ff. si cert. petat. Finis autem huius beneplaciti, est disdicta societatis, Corn. cons. 75. nu. 15. lib. 3. & fuit dictum in vna Romana Societatis officij Veneris 16. Februarij 1596. coram R. P. D. Iusto, quę decisio est impressa apud Zacch. de Societat. decis. 41. n. 11. & ita etiã practicatur in Curia Romana.
4 Quæ quidem dictio est quoquè ordinis designatiua graduum; videlicet, quòd primo succedant primi, deindè remotiores, l. 2. §. deindè, ff. de regul. iur. Bald. cons. 293. num. 2. part. 2. & ita tenuit Rota in supracitata decis. nu. 12. & apud Farinacc. decis. 323. n. 7. vol. 1.

Eandem significationem habere dictionem, Succesſiuè, firmat text. in l. auia, in princip. vbi glos. ff. de condit. & demonstrat. Honded. cons. 49. nu. 19. lib. 2. Surd. cons. 365. num. 9. lib. 2. quin etiam præcedentium qualitatum repetitionem inducere, tenuit Rota inter impress. Farinacc. decis. 453. nu. 1. in fin. vol. 2.

DICTIO XL.

DEMVM.

DEmum, est dictio taxatiua, l. ita demum, C. de procurat. l. ita demum, ff. de arbitr. & tradit Bal. in cons. 208. nu. 2. part. 4.

SVMMARIVM.

1 *Descendentes, est dictio latissima, & extenditur in infinitum ad omnes posteros.*
2 *Appellatione descendentium, qui comprahendantur, & num. 3. 4. & 6.*
5 *Nomina sunt naturalia.*

DICTIO XLI.

DESCENDENTES.

1 LAtissima est ista dictio, Descendentes, quia
2 extenditur in infinitũ ad omnes posteros, & appellatione descendentium comprehenduntur non solum masculi, & descendentes ex masculis, sed etiam fœminæ, & descendentes ex fœminis, casus est in l. 1. C. de suis, & legit. & est tex. in l. si quis, C. de incest. nupt. in auth. de resti. fideicommiss. §. 1. & in auth. de hęred. ab intestat. venien. §. si verò is, Socc. Sen. cons. 51. nu. 1. & 2. vol. 4. Alex. cons. 160. sub nu. 4. lib. 2. Dec. cons. 570. nu. 9. tom. 2. hanc eandem opinionem tenuit Rota in Bononien. de Elephantuccijs die 4. Nouembris 1584. coram R. P. D. Vicecomite, fundans se in notatis in l. Gallus, §. quidam rectè, de liber. & posthum. & hoc idem voluit Maresc.

variar.

variar. resolut. in cap. 45. num. 4. & 6. lib. 1.
3 . Nec solum hęc iura procedunt in supradicta dictione, descendentes, sed etiam in dictione,
4 proximi, vt notat Angel. in cons. 289. Item in dictione, propinqui, Bal. cons. 334. lib. 3. Item in dictione, posteri, Ant. de Butr. cons. 1. & Dec. d. cons. 570. num. 10. & 11.
5 Et in prædictis, & similibus dictionibus veniunt etiam fœminæ, quia nomina sunt naturalia, vt dicit Bart. de nomine appellatiuo filiorum, in l. tutelas, ff. de capit. dimin.
6 Et quòd dixi de huiusmodi dictionis extentione ad posteros, non est intelligenda solum de posteris, verum etiam de descendentibus, & alijs, quia nihil refert, an dicatur, posteri, vel descendentes, vt voluit glos. in c. statutum, vers. ignorare, de hæret. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Dicti, cuius sit natura, & quam significationem habeat, & num. 2.*
3 *Limita.*
4 *Pactum factum cum dictione, Dicti, quid operetur.*

DICTIO XLII.

DICTI.

1 INdubitatum est, huiusmodi dictionem esse repetitiuam, & relatiuam præcedendium,

& eorum quæ ſuperiùs dicta fuerunt, vt dixit Bart. in l. talis ſcriptura, §. final. verſic. quæro ergo, ff. de legat. 1. tex. in l. 1. §. hoc ædicto, & ibi Bart. ff. de poſtulan. Caputaq. deciſ. 42. nu. 2. par. 2. Maſcard. de probat. cum alijs per eum allegatis in concluſ. 126. nu. 34. vol. 3. Socc. conſ. 62. nu. 1. & conſ. 112. nu. 13. vol. 4. Pariſ. conſ. 31. num. 26. & conſ. 86. num. 36. vol. 2. conſ. 21. nu. 37. & conſ. 1. nu. 131. vol. 3. Rolan. à Vall. conſ. 56. nu. 27. tom. 3. & conſ. 30. num. 21. tom. 4. cum alijs ibidem ab eo adductis, latè Honded. conſ. 60. nu. 55. & 56. conſ. 72. num. 24. vol. 1. & conſ. 69. num. 4. vol. 2. Bellamer. conſ. 32. in princip.

2 Nec ſolum ſimpliciter eſt relatiua præcedentium, ſed habet etiam relationem ad præcedẽtia cum omnibus qualitatibus ſuis, Corn. conſ. 9. in litera E, vol. 1. Socc. Iun. conſ. 102. num. 3. & conſ. 103. num. 5. vol. 3. Bero. conſ. 732. nu. 7. vol. 3. Natt. conſ 476. nu. 10. tom. 2. Honded. conſ. 49. nu. 14. vol. 2. Gabriel. conſ. 68. nu. 15. & conſ. 176. nu. 26. lib. 2. Alex. conſ. 140. ſub nu. 3. vol. 6 Dec. conſ. 465. num. 8. tom. 2. Curt. Iun. conſ. 58. col. 1. Ruin. conſ. 103. nu. 1. vol. 2. Rip. in l. filius familias, §. dico, nu. 111. ff. de legat. 1. Crauett. conſ. 98. num. 8. confirmat Cephal. conſ. 16. nu. 75. Surd. conſ. 163. nu. 14 lib. 2. conſ. 414 nu. 63. conſ. 313. nu. 40. conſ. 352. nu. 20 & conſ. 417. nu. 4.

nu. 4. lib. 3. vbi latiùs. Et dictionem hanc facere relationem non solum substantiæ, verùm etiam omnium qualitatum firmat Rolan. à Vall. in conf. 34. nu. 31. & 32. tom. 4. tex. in l. à filio, §. testator, & ibi Bart. ff. de aliment. legat. Aret. in conf. 155. col. 2. Gabriel. conf. 66. num. 7. 8. 11. & 22. vbi alios refert lib. 2. Bart. in l. si quis seruum, §. final. nu. 5. ff. de legat. 2. Seraphin. decis. 584. nu. 8. par. 1. Rota apud Farinacc. decis. 187. nu. 7. vol. 1.
3 Vnam tamen limitationem obserua, vt aliquãdo restringat, vt ponit Crauett. in conf. 98. n. 8. Vbi licèt appellatione hæredum veniant hæredes hęredũ, tamen fallit quando de hęredibus facta est mentio, & fit repetitio, idest dictos hæredes, vel suprascriptos hæredes, & hoc probatur melius, in l. qui liberis, §. hæc verba, ff. de vulgar. & per Dec. d. conf. 465. nu. 8. & 9. vbi quod appellatione filiorum hæredum, qui repetuntur per relationem dictionis, dictos, non veniunt nepotes, quia
4 repetit qualitates omnes. Hinc si pactum factum cum aliquo (ista dictione adhibita) illud ad hæredes non transit, quia est personalissimum, Cagnol. in l. 2. nu. 46. vers. allata, C. de pact. inter empt. & vendit. Rota in Romana domus 13. Februarij, & 24. Nouembris 1617. coram R. P. D. Pirouano, Menoch. conf. 115. n. 50. Franc. inter conf. Felin. cõs. 25.

nu. 13. & seqq. Guid. Pap. quæst. 411. Cald. de emphyt. extinct. lib. 4. c. 13. nu. 34. Rota in Bononien. de Mangiolis 20. Februarij 1615. coram R. P. D. Caualerio.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Diù, significat decennium. Contrarium in num. 2.*
3 *Ponitur quandoquè pro biennio.*
4 *In fideiussore quid significet.*
5 *Fideiussor quando possit se à vinculo fideiussionis liberari, & num. 6. & seqq.*
11 *Limita, & num. 12.*
13 *Statutum Romæ in cap. 157. lib. 1. disponit, vt fideiussor etiam quòd diù non steterit in fideiussione, ab ea liberetur.*

DICTIO XLIII.

DIV.

1 NOn erit inutile scire quot tempus significet dictio, Diù, & dic breuiter significare decennium, per text. in l. fideicommissa, cum ibi notatis, ff. qui, & à quib. alias autem dicitur tempus diuturnũ, quod est viginti annorum, l. vltima, C. de seru. l. si quis diuturno, ff. si seru. vend. l. 2. C. si aduers. credit.

2 Glo-

2 Glosa verò in l.Lucius, ff.mandat.dicit non esse intelligendam pro decennio, prout solet intelligi, sed arbitrio Iudicis, & cum dicta glos. transeunt Bart. Alex. & Ias. post alios in l. si pœnam, ff. de verbor. obligat. & in l. si fundum per fideicommissum, num. 11. ff. de legat. 1. & tradit Negusant. de pignor. in 3. membr. 6. part. nu. 46. fol. mihi 258.

3 Text. verò in l.quæ in agro,C. de omn.agr. desert. lib. 9. ait, poni aliquando posse pro biennio.

4 Sed quæro quot tempus significet ista dictio, in fideiussore, nempè quanto tempore illi succurratur, se à fideiussione eximere volenti: dic,vt etiam intelligatur arbitrio Iudicis, glos. in c. vltim. in fin. glos. prim. ibi, & quòd dicit, diù referendum est ad arbitrium Iudicis, de fideiussor. Ruin. cons. 187. nu.12. tom. 1. Afflict. decis. 241.sub nu.3.ibi, secundo si diù stetit,Menocch.de arbitr.iudic.lib.2. cent. 1. cas. 41. nu.3. & Guid. Pap. decis.117. sub num.1. ibi, sed istud remittitur.

5 Item quæro quando fideiussor posſit se à vinculo fideiusſionis liberari. Dic quòd Primo potest petere se liberari, quando debitor diù solutionem debiti protraxit, vel ipse fideiussor diù stetit in obligatione, text. in d. cap. final. in l. huius Titius, in fin. ff.mandat. & ibi glos. in verbo, condemnetur; quia fideiussor

non

non debet perpetuò esse obligatus, ne ex beneficio maleficium consequatur: sed fortasse dicet aliquis, qui pro alio fideiubet, se periculo solutionis exponit, & rectè dicet, iuxta illud Salomon. c. 6. Prouerbior. Si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum dexteram tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprijs sermonibus; fac ergo, quòd dico, & te met ipsum libera, quia incidisti in manum proximi tui: & vulgari solet etiam prouerbio dici: Sponde, noxa præsto est; & proindè rectè dicimus, pariter esse promittere, & soluere, ad text. in l.final. C. ad Falcid. ibi, in verbo, soluerit.

6 II. Quando debitor cœpit dilapidare bona sua, itaut ex nimia prodigalitate, & dilapidatione ad paupertatem peruenire possit, tunc enim (cum periculum sit in mora) fideiussor agit ad sui liberationem, nec debet expectare donec facultatibus omninò labatur, text. in d. c. final. Afflict. d. decis. sub num. 3. ibi, quinto si cœpi; nam vigilantibus iura subueniunt, non dormientibus, l. pupillus, §. final. ff. qui in fraud. credit. cum simil.

Intellige tamen de modica dilapidatione, & parua prodigalitate, quia de modico non curat Prætor, l. Sæio, ff. de restit. in integr.

7 III. Quando fideiussor sententia Iudicis conaretur soluere, d. c. final. & l. si pro ea, C. man-

C. mandat. ibiquè, Bal. nu. 7. & 9. & Afflict. d. decis. d. nu. 3. ibi, primo si condemnetur.

8 IV. Si inter debitorem, & fideiussorem pacto conuentum sit, quòd ante solutionem possit ipse fideiussor agere ad liberationem, per text. in d. l. si pro ea; hoc enim non est probandum multis auctoritatibus, cum res per se ipsa vulgaris sit, & nemo est, quin nesciat, ex conuentione, contractus legem accipere, text. in l. 1. §. si conueniat, ff. deposit. cum vulgar. Vel etiam si ad tempus fideiusserit, illudq; lapsum sit, cum etiam pacta sint seruanda, l. iuris gentium, §. prætor ait, ff. de pact.

9 V. Si fideiussor causa studendi à domo sua velit proficisci ad aliam Ciuitatem, vel Prouinciam, tunc rectè petit à debitore, vt alium loco sui fideiussorem constituat, Roman. sing. 101. incipien. quæro à te, vbi dicit, hoc dictum esse vnicum in mundo, Andr. Gaill. pract. obseruat. obseru. 29. num. 15. lib. 2. & addit. ad Afflict. in d. decis. in princ. quos casus refert etiam Guid. Pap. in allegat. decis. 117. num. 1.

10 VI. Quando inter fideiussorem, & debitorem superuenisset grauis inimicitia, quo casu à fideiussionis onere eximi peti potest fideiussor, ita vt compelli nulla ratione possit, onus illud amplius pati, Roman. cons. 459. num. 7.

qui

qui allegat Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de iudic. §. ſpecialia, in addit. incipien. Hic nota, quòd cum ille, &c. dicitq. hoc eleganter determinare, idquè annuit etiam Addit. ad Affliſt. in d. deciſ. nu. 4. ibi, Romanus verò.
11 Quibus ampliationibus accomoda duas limitationes, fideiuſſorem ſcilicet non poſſe petere ſe à fideiuſsione eximi. I. Quando ſcienter fideiuſsit pro homine inope, vel prodigo, etiam ſi diù ſteterit in fideiuſsione, vt eſt text. in l. creditores, ff. de priuil. credit. Bald. in d. l. ſi pro ea, nu. 1. Et ratio eſt, quia ſuccurrendum non eſt illi, qui ſe vltrò, ac propria voluntate, neceſsitati exponit, l. ſi fideiuſſor, §. ſi neceſſaria, ff. qui ſatiſdar. cogant. Gaill. vbi ſupra num. 9.
12 II. Quando promiſit de euictione, quandoquidem cum huiuſmodi promiſsio ſit conditionalis, nempè de futura euictione, licèt ipſe fideiuſſor diù ſteterit in promiſsione, non tamen diù ſtetit in obligatione, nequè prius eſt liberandus, quàm obligandus, idcirco ratione incerti euentus, non poteſt debitor inculpari de mora, nequè à fideiuſſore conueniri pro liberatione fideiuſsionis, Bald. in d. l. ſi pro ea, num. 5. Alex. in l. facere poſſe, num. 1. cum ſequen. ff. ſolut. matrimon. & idem Bald. in l. 1. nu. 2. C. de fideiuſſor. minor.

Sed

Sed ista quæstio cessat multis in locis vigore Statutorum, ex quibus alia disponunt, vt fideiussor liberetur à fideiussione etiam quod
13 diù non steterit in fideiussione, vt est Statut. Romæ in cap. 157. lib. 1. Alia verò disposuerunt, quemquam diù stetisse in obligatione per annum, alia per biennium, & simil. prout extat etiam Statutum Visi patriæ meæ in Rubric. 15. de fideiussor. Vnde ad illorum dispositionem recurrendum est, quando adsunt.

SVMMARIVM.

1 *Diutiùs, dictio quid significet, & num.* 2.

DICTIO XLIV.

DIVTIVS.

1 INquit text. in l. cum impubere, ff. de reb. dub. huiusmodi dictionem significare modicum tempus, Speculat. verò in §. post hoc autem, nu. 9. de disputat. & allegat. dicit, illam se extendere ad biennium, vel quinquennium, & allegat tex. in c. 1. extr. de coniu.
2 lepro. & in l. quod dicitur, ff. de pact. Subdit tamen esse relinquendam arbitrio Iudicis, quam opinionem sequendam arbitror, quia secun-

ſecundum ſubiectam materiam, Iudex debet illam extendere.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Donec, regulariter ſignificat tempus limitatum.*
2 *Facit conditionem. Intellige, vt in num. 3.*
3 *Legatum factum cum dictione, Donec, quomodo intelligendum.*

DICTIO XLV.

DONEC.

1 Regulariter dictio, Donec, ſignificat tempus limitatum ſicut dictio, tamdiù, gloſ. in Clement. 1. de cenſib. circa fin. in verbo, Donec, Alex. & Caſtrenſ. in l. 1. C. de leg. Capr. conſ. 117. nu. 3. Burſatt. conſ. 133. num. 1. lib. 2. Thob. Non. conſ. 12. nu. 14. Hond. conſ. 6. nu. 36. vol. 1. Bart. in l. ambiguitatem, C. de vſufruct. Caſtrenſ. conſ. 365. nu. 2. vol. 2. Iaſ. conſ. 69. nu. 11. verſ. ſexto moueor, vol. 3. Dec. conſ. 621. nu. 7. tom. 2. Cephal. conſ. 158. nu. 39. Surd. conſ. 439. n 9. lib. 3. Pacific. de Saluian. interdict. inſpect. 4. cap. 1. num. 85.

Et reſtringit diſpoſitionem cum perſeuerantia

rantia vsquè ad tempus, cui adiecta est dicta l.ambiguitatem, Bar. in l.1.col.6 ff.de condit. & demonstrat. Grat. conf.81.nu.26.lib.2. Cum habeat naturam suspensiuam, Bart. in l. final. §. 1. ff. ad Tertill. Bal. in l. 2. num. 5. C. de liber. præterit. Socc. Iun. conf. 76. num. 113. lib. 1. Albert. Brun. in tract. de statut. quod stant. mascul. art. 10. q. 5. nu. 72. Thob. Non. conf. 8. nu.2. Hond. conf. 29. nu.3. vol. 1. Aret. in l. Gallus, §. & quid si tantam, in fin. ff. de lib. & posthum. latè Surd. conf. 186. n. 15. lib. 2. Polyd. Rip. in tract. de singul. obseruat. obseruat. 372. nu. 2. 3. & 4. & Rot. inter impressas Farinacc. decis. 162. num. 3. vol. 2.

2 Et licèt faciat conditionem, vt habetur in l. pater Seuerinam, §. final. & ibi Bart. in vers. secundò principaliter quæro, ff. de condition. & demonstr. & tradunt Dec. conf. 485. nu. 6. to. 2. Hond. cum alijs per eum allegatis, conf. 82. num. 11. vol. 2. Socc. Iun. conf. 58. nu. 8. vol. 3. Ruin. conf. 43. num. 4. vol. 2. text. in l. qui concubinam, §. vxori, ff. de legat. 3. in l. legatum, ff. de ann. legat. in l. cui vsusfructus, & in l. generaliter, §. duas filias, ff. de vsufruct. legat. & confirmatur in l. Mæuia, in princ. in l. qui Marco, in fin. & in l. Titia, ff. de annu. legat. cum simil.

3 Nihilominùs principaliter denotat tempus, secundariò verò conditionem; hoc est de

mente

mente Bart. in l. penult. ff. de excusat. tut. & Card. in Clement. 2. §. 1. de ætat. & qualitat.

Et ita dicendum est de dictionibus, quandiù, dum, quousquè, & similibus, vt voluit Natt. in conf. 459. nu. 16. tom. 2. & latè Surd. in conf. 186. num. 16. lib. 2. & in conf. 476. num. 2. lib. 4.

4 Quid autem operatur apposita in legatis, dic, vt pro primo anno faciat legatum purum, pro sequentibus conditionale, d.l. legatum, & l. filiæ, iunct. l. singulos, ff. de ann. legat. notant glos. & Doctor. in l. final. C. de indi. vid. toll. & Ruin. in conf. 43. nu. 8. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Dum, facit conditionem.*

DICTIO XLVI.

DVM.

1 FAcit conditionem sicut dictio, dummodò, donec, & similes, l. qui concubinam, §. vxori, ff. de legat. 3. notat Bart. in l. 1. vers. quid de dictione, dum, ff. de condit. & demonstr. l. si quis ita, eod. tit. Dec. conf. 526. nu. 2. tom. 2. glos. & Bart. in l. 1. C. de leg. Parif. conf. 95. nu. 47. lib. 2. & Ruin. conf. 43. num. 5. vol. 2.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Dumtaxat, quid significet.*
2 *Habet vim tacitæ prohibitionis, & expressæ.*

DICTIO XLVII.

DVMTAXAT.

1 EXclusiua est ista dictio omnium aliorum casuum præter eos, quos includit, l. 3. §. cum Titio, ff. de adimen. legat. l. 2. C. de legib. c. cum Ecclesia, de verbor. significat. Clementin. exiui de paradis. vers. cum autem natura, cum simil. Roman. cons. 512. num. 2. & ibi Mandos. in addit. in litera E, Cardinal. in Clementin. 1. vers. nos igitur, de summ. Trinit. & fid. Cathol. & in Clemen. 1. in princ. de seque. poss. Natt. cons. 78. nu. 3. tom. 1. Aym. cons. 201. nu. 40. Paris. cons. 47. nu. 18. lib. 4. Gozad. cons. 60. nu. 7. & plura vide apud Bart. in l. 1. in princip. ff. si quis ius dicen. non obtemp.

2 Et habet etiam vim non solum tacitę prohibitionis, sed expressę, Roman. cons. 114. num. 5. & tradit Marc. Ant. de Amat. decis. Prouinc. Marchiæ 14. nu. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Dummodo, quid requirat.*
2 *Importat modum.*
3 *Tribus casibus importat conditionem, & num. 4. & 5.*

DICTIO XLVIII.

DVMMODO.

1 Requirit ista dictio, vt de necessitate existat illud, cui adiungitur, ad hoc vt dispositio posit effectum suum sortiri, & denotat præcisum implementum, secundum Ioan. Andr. in c. ex tuarum, de auct. & vsu. pall. in verbo, Dummodo, & idem tenet Alex. in l. 1. in princ. in 2. notab. ff. ad leg. Falcid. Ruin. in cons. 152. nu. 2. vol. 4. & in cons. 215. nu. 6. vol. 1. Grat. in cons. 86. nu. 1. lib. 2. Dec. in cons. 326. sub nu. 3. circa fin. tom. 1. Stracch. de Mercatur. in tit. mandati, num. 8.

2 Confirmatur maximè, quia inducit modum, Bart. in l. quibus diebus, §. Termilius, ff. de condit. & demonstrat. l. cum ab eo, de contrahen. emptio. Ruin. in proximè citatis consil. 152. nu. 3. & cons. 215. num. 10 quibus adde cons. eiusdem 12. num. 37. vol. 3. & cons. 63.

conf. 63. nu. 3. vol. 4. Corn. conf. 130. nu. 7. vol. 3. Bero. conf. 55. nu. 6. vol. 1. Surd. conf. 456. num. 24. lib. 4. & alij ibidem per eum latissimè adducti, Seraphin. decis. 338. num. 5. & decis. 349. nu. 1. part. 1. Anchar. q. 31. nu. 8. & 15. par. 2. Menoch. de arbitr. iudic. quæst. 86. nu. 28. lib. 1. Marcus Ant. de Amat. decis. Prouinc. March. 50. nu. 34. & Corn. conf. 162. num. 17. in princ. lib. 2.

3 Et licèt importet modum, tamen tribus casibus importat etiam conditionem. Et primo, quando ista dictio est adiecta dispositioni, non autem executioni, Seraphin. decis. 1017. nu. 5. part. 1. qui refert, alias ita fuisse resolutum in Patauina Pensionis coram bo. mem. D. de Rubeis, & in Clusina Pensionis coram Illustris. Card. Lancellotto 9. Nouemb. 1573. quæ est inter impress. diuers. nouiss. 38. par. 1. & ita etiã tradit Soc. Iun. in cõs. 18. n. 13. vol. 3.

4 Secundo, quando adiungitur ei, quod venit implendum ante quæsitum emolumẽtum, l. Thais, §. stichum, ff. de fideicommiss. libert. Bart. in supracitata l. quibus diebus, §. Termilius, vbi Castrens. & Socc. ff. de condit. & demonstr. Curt. Sen. conf. 74. col. 8. Socc. Iun. conf. 148. in fin. vol. 1. latè Crauett. conf. 10. nu. 14. & Surd. decis. 209. nu. 4.

5 Tertio, quando apponitur facti, explicando per aliquem tertium, vt patet ex notatis

per Bart. in d. l. quibus diebus, §. final. nu. 2. 4. & 9. & consuluit Gabr. in conf. 65. num. 1. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Eadem, dupliciter capi potest.*
2 *Significat identitatem in omnibus, & per omnia.*

DICTIO XLIX.

EADEM.

1 DVpliciter capi potest dictio, Eadem, vt genus, & vt species. Vt genus si sumus in materia fauorabili, vt species in materia odiosa, hanc notabilẽ theoricam tradit Abb. post alios in c. Rodulphus, de rescript. & Alex. cum alijs per eum allegatis in conf. 248. nu.
2 10. lib. 6. Et significat etiam identitatem in omnibus, & per omnia, glos. in l. cum si, §. qui in perpetuum, si ag. vectig. vel emphyt. pet. & Hier. Grat. conf. 9. nu. 88. lib. 1.

DICTIO L.

EATENVS.

DIctio, Eatenus, refertur ad praecedentia, & de sui natura limitat, & modificat, l. miles,

ff. de

ff. de re iudic. c. significatum, de præbend. c. super literis, de rescript. cum simil. & Dec. cons. 38. num. 3. tom. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, E contra, præsupponit contradictionem cum antecedentibus. Intellige, vt in num. 2.*

DICTIO LI.

E CONTRA.

1 Dictio, E contra, E contrario, per contrarium, & similes, idem significant, & præsupponunt contradictionē cum antecedentibus, secund. glos. in l. duobus, §. final. vers.
2 è contrario, de iure iur. Tu tamen dic, quod cum istæ dictiones vna pro alia plerunquè ponatur, considerandam esse subiectam materiam, circa quam versatur, per glos. in l. causa, ff. de condit. & demonstrat.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Eo casu, apposita in substitutionibus, quid operetur.*
2 *Est relatiua cum omnibus qualitatibus suis.*

DICTIO LII.

EO CASV.

1 Ista dictio apposita in substitutionibus operatur, vt restringatur solum ad casum expressum, nec ad alium extendi possit, Anchar. cons. 356. col. vers. tertio hoc probatur, Crauett. cons. 98. nu. 5. Paris. cons. 2. nu. 15. & cons. 14. nu. 9. lib. 3. Natt. cons. 678. nu. 6. vol. 4. Marescott. variar. resolut. cap. 99. nu. 3.
2 lib. 1. Eamquè relatiuam esse cum omnibus qualitatibus suis, dicit text. in l. à filio, §. testator, de aliment. & cibar. legat. Bart. in l. si quis seruum, §. final. ff. de legat. 2. & Marescott. loco proximè citato nu. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Eo ipso, statim prolata, annullat ipso iure, & num. 2.*

DICTIO LIII.

EO IPSO.

1 Maximæ efficaciæ est huiusmodi dictio, quia statim prolata, annullat ipso iure,

ad

ad tradit. per Tiraquell. in l. si vnquam, in verbo, Reuertatur, num. 18. C. de reuocan. donat. Anchar. quæst. 387. & fuit decisum in vna Veronen. Pensionis Mercurij 1. Iulij 1592.
2 coram Illustriss. Card. Millino. Et idem importat, ac si dictum fuisset, sine aliquo hominis, vel Iudicis ministerio, vel potiùs ipso iure, ipso facto, &c. quæ dictiones denotant, nulla seruata solemnitate iudiciorum, & optimè tradit Vir nunquam satis laudatus D. Cataldinus de Boncompagnis Cõpatriota meus in suo Tractat. de Syndicat. quæst. 107. nu. 54. Archid. in c. 1. de sepult. in 6. & in c. 1. de præben. eod. lib. Cardinal. in Clement. 1. de election. Felin. in c. Rodulphus, vers. vltimo non obstat, de rescript. Rolan. cons. 62. nu. 32. vol. 2. Bart. in l. 1. ff. de compensat. l. iubemus, §. œconomus, cum glos. C. de sacros. Eccles. Bald. in l. 2. C. de incest. nupt. glos. in c. quàm sit, in verbo, eo ipso, de election. lib. 6. Roman. cons. 427. num. 9. Abb. in c. si diligenti, nu. 8. de for. compet. Corn. cons. 165. nu. 22. vol. 1. latè Tiraquell. in d. l. si vnquam, & d. verbo, Reuertatur, nu. 142. Bart. in l. 1. circa med. ff. de his qui not. infam. & ibi Alex. in addit. Bald. in l. final. C. locat. Dec. cons. 138. in prin. & cons. 188. col. penult. tom. 1. text. in c. 1. §. fin. de homic. in 6. Bal. cõs. 491. vol. 3. vbi dicit has dictiones importare latam sentẽtiam.

DICTIO LIV.

EO MODO.

HÆc dictio ponit identitatem in omnibus, & per omnia, glos. in l.cum hi, §. si vni, in verbo, obligatus, de transact.Grat. cons. 140. num. 22. lib. 1.

DICTIO LV.

ENIM.

ENim, exponitur, idest certè, glos. in auth. de nupt.§.nuptias. Ponitur quandoq.pro quia, l. 2. C. de crimin. sacrileg. Quandoq. verò ponitur continuatiuè cum superiori, l. neque enim, ff. de testament. milit.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Eorum, inducit repetitionem cum omnibus qualitatibus suis.*

DICTIO LVI.

EORVM.

1 DIctio, Eorum, inducit repetitionem cum omnibus qualitatibus suis, secundum Bart.

Bart. in l. si quis seruum, §. final. ff. de legat. 2. & in l. sanctio legum, de pęn. tradit benè Ruin. in cons. 99. num. 16. vol. 2. cum alijs per eum relatis, Rolan. cons. 74. nu. 54. tom. 3. & latè cons. 97. num. 23. tom. 4. Corn. cons. 9. sub num. 6. in fin. vol. 1. Paris. cons. 103. nu. 14. lib. 1. & cons. 18. nu. 32. & cons. 86. nu. 58. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Ergo, ponitur illatiuè, seu continuatiuè.*

2 *Ponitur etiam incœptiuè.*

DICTIO LVII.
ERGO.

1 DIctio, Ergo, & dictio, Igitur, ponuntur illatiuè, seu continuatiuè, l. Gallus, ff. de liber. & posthum. l. fructus, ff. solut. matrim. Corn. cons. 136. num. 2. vers. & etiam est aduertendum, vol. 1.

2 Et ponuntur etiam inceptiuè, l. ius ciuile, §. hoc igitur, ff. de iust. & iur.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Et caetera, sumitur nominaliter, & aduerbialiter, & num. 2.*

3 Ap-

3 *Apposita in instrumento, quid operetur, & numer. 4.*

5 *Sub hac dictione comprahendi solum ea, quæ veniunt ad complementum orationis.*

6 *Notarius si post clausulam constituti appositam in instrumento, immediatè consueuerit apponere clausulam accipiendi possessionem propria auctoritate, & apposuerit clausulam constituti, cum ista dictione, non censetur apposita clausula accipiendi possessionem propria auctoritate.*

7 *Ampliatur supradicta conclusio.*

8 *Instrumentum, quando non benè, nec ad plenum exprimit conceptum, vel partium intentionem, ista dictio nihil operatur, & ratio num. 9.*

DICTIO LVIII.

ET CÆTERA.

1 DVpliciter ista dictio sumitur nominaliter, & aduerbialiter, nominaliter importat idem, quod, & reliqua, omnia, text. in l. cæterorum, ff. de verbor. signific. in l. 2. C. de hæredib. instituen. in l. si Mæuius, ff. eod. notat glos. apud Canonist. in c. 1. vers. certum, de reli. do. lib. 6. & in c. Raynutius, de testam. & animaduertit Roman. in cons. 343. nu. 6.

2 Ad-

2 Aduerbialiter verò comprehendit omnia, ea, quæ sunt scribi consueta, vt notat Bart. in l. Gallus, §. quidã rectè, ff. de liber. & posthum. & Roman. in proximè citato cons. eod. nu. 6. videndus, qui alios allegat.

Et ex sui natura semper includit id, quod est solitum apponi, iuxta naturam actus, qui geritur, l. si duo patroni, §. si quis iurauerit, ff. de iure iur. Corn. cons. 82. nu. 6. lib. 1. & cons. 297. nu. 8. lib. 3. Ruin. cons. 154. nu. 8. & 13. vol. 3. Paris. cons. 76. nu. 7. lib. 3. Gonzal. super Regul. 8. glos. 67. nu. 1. & seq.

3 Rursus ista dictio operatur, vt in instrumento censeantur apposita consueta apponi per Notarium specialiter, non autem per alios Notarios generaliter, Anchar. cons. 339. n. 5. vers. ad secundam rationem, Alex. cons. 196. nu. 3. vers. quia dicti testes nihil probant, lib. 2. Bapt. de Sanct. Blas. inter cons. Brun. Hostien. cons. 65. col. 2. circa fin. Crauett. cons. 34. nu. 5. Bart. & omnes in l. Gallus, superiùs citata, §. idem credendum, Grat. cons. 140. num. 6. lib. 1. Port. conclus. 19. limit. 8.

4 Secus verò si de stylo Notarij apparere non posit, nam tunc fieret extenctio clausularum, secundum consuetudinem generalem aliorum Notariorum, ita declarat Alex. in cons. 163. col. final. lib. 6. & in cons. 28. col. 3. lib. 2. Specul. in tit. de instrum. edit. §. ostenso,

vers. quid si imbreuiatura, & ibi Io. Andr. in addit. Canonist. in c. cum P. Tabellio, de fid. instrumen. & in c. ex parte, de rescript. Corn. in cons. 82. sub num. 2. vol. 1. & in cons. 316. num. 7. vol. 3.

5 Aduertendum tamen est, sub hac dictione, ea solum comprehendi, quæ veniunt ad complementum orationis, non autem separata
6 ab ipsa oratione. Vndè si Notarius post clausulam constituti appositam in instrumento, immediatè consueuerit apponere clausulam accipiendi possessionem propria auctoritate, & apposuerit clausulam cum dictione, Et cætera; non censetur apposita clausula accipiendi possessionem propria auctoritate, cum habeat orationem separatam; ita latè Paul. de Castr. in cons. 10. sub num. 3. lib. 1. & tradit Crauett. in d. cons. 34. nu. 7.

7 Ita nec minùs includit consueta apponi, quando requirunt formalitatem, seu verborum, vel scripturæ expresſionem, vt iuramentum, stipulatio, & simil. in quibus verba extensa, & expressa pro forma requiruntur, ad tradit. per Abbat. & Imol. in c. penult. de iure iur. Angel. in l. quicquid astringendæ, ff. de verbor. obligat. Soccin. & alij in præcitato §. credendum, & hoc ipsum animaduertit Hier. Grat. in d. cons. 140. nu. 7.

8 Et idem dicendum est, quando instrumentum

tum non benè, nec ad plenum exprimit conceptum, vel partium intentionem, tunc enim hæc dictio nihil operatur, quia extendi non potest, Calcan. conf. 45. col. 9. in princip. & conf. 70. col. 3. in fin. text. in l.si is qui, ff. de testam. & in l.fideicommissa, §. 1. de legat. 3. Crauett. d. conf. 34. nu. 8.

9 Et ratio esse potest, quia non operatur, vt quod per eam subintelligitur, habeatur pro expresso; potest benè cogi Notarius, vt illam extendat ex his, quæ scribit Bal. in conf. 309. lib. 5. & Crauett. in supradicto conf. num. 6.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Et, principaliter, & secundum suam propriam significationem requirit vtrunquè simul verificari, & omnia copulata adimpleri, & num. 2.*

3 *Copulat, & coniungit præcedentia cum sequentibus, repetitq. omnes qualitates præcedentis sermonis, & num. 4.*

5 *Limita, imò significat ordinem.*

6 *An requirat concursum omnium enumeratorum, vel satis sit eorum alterum.*

7 *Item ponitur inter diuersa, & habet vim coniungendi, & num. 8.*

9 *Apposita in legatis est fauorabilis, quia ampliat, & augumentat.*

10 Item

10 *Item sumitur aliquando pro dictione, Sæpè.*
11 *Item aliquando pro dictione, Idest.*

DICTIO LIX.

ET.

1 Diuersimodè dictio, Et, accipi potest, sed principaliter, & secundum suam propriam significationem, dicendum est, quod requirat vtrumquè simul verificari, & omnia copulata adimpleri, l. si habeat, §. heredi plures, ff. de condit. instit. l. si quis ita stipulatus fuerit decem aureos, ff. de verbor. oblig. l. si is qui ducenta, §. vtrum, & ibi Doctor. ff. de reb. dub. c. 2. & ibi plenè notat. de rescript. C. is qui, de election. in 6. glos. ordin. in Clement. in plerisquè, eod. tit. Doct. communiter in l. 1. in princ. ff. de iust. & iur. Felin. in c. ex parte, de rescript. ita etiam consuluit Paris. in cons. 95. nu. 7. & in cons. 17. nu. 23. lib. 1. & in cons. 34. nu. 8. lib. 3. Caputaquen. decis. 210. nu. 4. par. 1. Dec. cons. 89. num. 2. tom. 1. Castrens. cons. 44. nu. 3. vol. 1. Anchar. quæst. 9. nu. 6. part. 2. & est text. in l. ea tamen adiectio. ff. de legat. 3.

2 Et potissimum requirit istam verificationem, quando duo copulantur, respectu eiusdem finis, c. cum æterni, in verbo, & iustitiam,

cum

cum ibi notat. per Ioan. Mon. & Ioan. Andr. de re iudic. lib. 6. glos. in Clement. sæpè, in vers. figura, de verbor. significat. & omnium latissimè Bald. in l. Gallus, §. etiam si à parente, ff. de liber. & posthum. Alias autem nulla esset differentia inter coniunctum, & disiunctum, quod est contra supracitatum §. vtrum, & c. inter cætera, de rescript. vt tradit Alex. in cons. 48. nu. 3. lib. 1.

3 Cæterum si rectè consideretur copulat, & coniungit præcedentia cum sequentibus, repetitq. omnes qualitates præcedentis sermonis, prout animaduertit Decian. in cons. 17. num. 9. text. in l. Sæiæ, §. Caio. ff. de fund. instruct. vbi Bart. Alex. cons. 100. nu. 2. lib. 6. Soccin. cons. 48. nu. 5. lib. 1. Ias. in l. 1. num. 3. ff. de iust. & iur. Mascard. de probat. conclus. 1265. nu. 32. vol. 3. Grat. cons. 11. num. 4. lib. 1. & cons. 13. num. 26. lib. 2. glos. in l. 2. in princ. ff. de dot. prælegat. & in l. si sic, ff. quemadm. ser. amit. Bart. in l. final. §. cui dulcia, ff. de vin. tritic. & oleo legat. & Soccin. Iun. cons. 71. num. 4. vol. 3.

4 Et copulat, ac æquè principaliter coniungit, & in hoc differt à dictione, cum, quæ iungit accessoriè, vt tradit Bart. in l. si cui, ff. de fund. instruct. Natt. cons. 533. nu. 14. tom. 4. idem Bart. in l. 1. in princip. ff. de iust. & iur. Felin. post alios in d. c. ex parte, colum. 9.

de

de rescript. & Paris. dicto cons. 95. num. 6.
5 Benè verum est, vt non semper de sui natura denotet simultatem, & vnitatem; imò significet etiam ordinem, vt notat in allegata l. Gallus, §. 1. Castrens. cons. 455. nu. 3. par. 2. licèt secus sit in dictione, cum, & in dictione, vna. Imò quando ponitur inter ea, quæ copulari non possunt, resoluitur in disiunctiuam, auth. vt fratr. fil. circa med. Alberic. in l. cum quidam, C. de verbor. significat. Ioan. Andr. in c. is qui, de election. in 6. Rota in Meliten. Baiulatus 27. Nouembris 1617. coram R.P.D. Dunozetto.
6 Et propterea fuit à multis dubitatum, an ista dictio, Et, requirat concursum omnium enumeratorum, vel satis sit eorum alterum, Ant. de Butr. & Ioan. de Imol. dicunt inter cætera, in Clement. plerisquè, de election. super glos. in vers. postulo, vbi referunt, & sequuntur Bart. in d. l. si is qui ducenta, §. sed vtrum, dum tractat de virtute dictionis copulatiuę, quod vbi dictio, Et, copulat qualitates, nec apparet expresse, vel per coniecturas, an copulet illas respectu diuersorum subiectorum, an eiusdem, in hoc casu dubio, cum natura dictionis copulatiuę sit ampliare, vt l. ea tamen adiectio, ff. de legat. 3. (& vt infrà dicetur) refertur potiùs ad diuersa subiecta, quam ad diem, & sic ampliatur, eiusquè dispo-

dispositio plura comprehendit. Vndè si dicatur in dispositione, centum dari militibus, & Doctoribus, non intelligitur in dubio de eodē subiecto habente istas duas qualitates, quòd scilicet, dentur cētum illis, qui sunt simul milites, & Doctores, sed quod illis, qui sunt milites tantum, dentur centum, & illis, qui sunt Doctores alia centum: ita docet Bald. in l. 1. in princ. ff. de iust. & iur. & facit l. Quintus, in princ. ff. de aur. & argen. legat. l. qui concubinam, in princ. ff. de legat. 3. & quod notat Bart. in præcitat. legib. ea tamen adductio, & Gallus, §. etiam si parente, vers. ex hoc apparet, & Alexand. in cons. 25. num. 5. lib. 7. & in cons. 101. num. 8. & 9. lib. 3. & in cons. 64. per totum lib. 7.

7 Vlteriùs etiam ponitur inter diuersa, vt in Rubric. ff. de iur. & fact. ignor. & ibi Paris. in addit. ad Bart. text. in c. querelam, de simon. tradunt Doctor. & præsertim Ias. in l. 1. nu. 2. vers. aliquando ponitur, ff. de iur. & fact. ignor. vbi ait hanc esse huius dictionis naturam, Paris. cons. 92. nu. 13. vol. 1. Corn. cons. 69. num. 3. vol. 1. & tenuit Rota in Romana Saluiani Interdicti 26. Aprilis 1599. coram Illustriss. Card. Lancellotto, quæ decis. est impress. in tract. Statil. Pacific. de Salu. Interdict. & est 184. in ordine, quod etiam confirmat idē Pacific. in d. tractat. insp. 3. c. 1. n. 19. & 20.

8 Quando enim ponitur inter diuersas dictiones habet vim coniungendi, vt notat glos. & Doctor. in d. Rubric. Quando verò ponitur inter dictiones idem denotantes, tunc vna ex illis resoluitur in adiectiuum, text. in l. 1. ff. de pact. & est quædam figura, quæ dicitur Endiadis, vt ibi refert glos.

9 Verùm apposita in legatis est fauorabilis, quia ampliat, & augumentat, text. in l. ea tamen adiectio supra allegat. ff. de legat. 3. in l. omnes populi, de iust. & iur. & in l. cunctos populos, de summ. Trinit. & fid. Cathol. dixit Rebuff. in l. coniunctionem 29. col. 3. post med. vers. octauo, coniunctio, ff de verbor. significat. Grat. cons. 9. num. 83. lib. 1. & Gratian. de discept. forens. cap. 533. num. 23. tom. 3.

10 Nec omittenda est alia huiusmodi dictionis significatio, scilicet, quòd aliquando sumatur pro dictione, sæpè, tàm apud Grammaticos, & Latinos Scriptores, vt apud Virgil. Natus, & ipse Dea; quàm in legibus, & decretalibus, quemadmodum in l. 1. ff. solut. matrim. in l. 1. §. hæc quæ, de seruis, de acquir. possess. in l. 1. C. de nou. Cod. facien. §. quibus, in fin. in l. 3. §. si duo, de Carbon. edict. in l. 1. de iurisdict. omn. iudic. in c. tanta, de simon. & in Clementina grauis, de sentent. excomm. quibus adde Gabr. in cons. 90. num. 37. lib. 1.

&

& Parif. in d. conf. 92. nu. 15. & in conf. 95. num. 8. lib. 1.

11 Siquidem Innocent. in c. dudum il 1. de electión. & Alex. in conf. 192. num. 5. lib. 6. dicunt, iftam dictionem poni etiam aliquando pro dictione, ideft, & de hac dictione plura pofuit Card. Tufch. in conclúf. 274.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Etiam, eft ampliatiua. Et implicatiua, & num. 2.*

3 *Exprimit cafum magis dubitabilem, & implicat minùs dubitabilem.*

4 *Item importat idem, quod dictio, hoc ampliùs Et, Vltrà.*

5 *Item eft inclufiua.*

6 *Item ponitur pro dictione, Maximè. Intellige, vt in num. 7.*

DICTIO LX.

ETIAM.

Dictio, Etiam, de fui natura auget, ampliat, & extendit etiam fe ad cafum non expreffum, Archidiac. in c. in illis, de præben. in 6. Gemin. conf. 125. num. 10. & conf. 131. in princ. Ruin. conf. 53. nu. 19. lib. 2. Riminal. Iun. conf. 246.

conſ. 246. nu. 83. vol. 3. Imò ampliat, & extendit etiam iuriſdictionem, l. actionis, l. alienationis, & l. etiam, ff. de verbor. obligat. l. 2. vbi gloſ. & Doct. C. de teſtib. Rebuff. in l. mulieris appellatione, col. 5 verſ hęc dictio etiã, ff. de verbor. ſignificat. & in l. vnic. num. 580. C. de ſent. quæ pro eo quod inter, Pariſ. conſ. 46. nu. 30. & ſeqq. & conſ. 144. nu. 15. vol. 4. Alciat. conſ. 15. nu. 4. lib. 8. Surd. conſ. 303. nu. 15. lib. 3. & deciſ. 8. nu. 12. Pic. ad Statut. Vrb. gloſ. 1. nu. 2. idem Riminald. Iun. conſ. 59. nu. 15. lib. 1. Honded. conſ. 40. nu. 26. lib. 2. Seraphin. deciſ. 562. nu. 1. part. 1. Bald. conſ. 209. num. 4. vol. 3. Doctor. in l. 1. C. qui admitt. Alexan. conſ. 116. animaduerſis ſtatutis nu. 14 lib. 2. Aret. conſ. 67. Fulgoſ. in l. certi conditio, in princip. ff. ſi cert. petat. Dec. conſ. 466. nu. 17. vol. 2. text. in l. etiam, in princ. ff. ſolut. matrimon. Marc. Ant. de Amat. cum alijs per eum relatis, deciſ. March. 1. nu. 26. Rot. in Ciuitat. Caſtelli ſupplementi legitimę 1. Februarij 1608. coram Illuſtriſs. Card. Lancellotto, & nouiſsimè in Ceſarauguſtana Penſionis 17. Decem. 1611. corã Reuerendiſs. Lugdunen. quàm refert, Farinacc. deciſ. 367. n. 2. vol. 1. Carocc. deciſ. ſeu caſ. 59. nu. 6. & 7. & deciſ. 131. num. 17. & 19. Staphil. de liter. grat. in tit. de prærogat. expect. nu. 2. & in tit. de formis expectatiu. nu. 3.

2 Quin

2 Quin etiam implicat casum præcedentem cum omnibus qualitatibus suis, l. conuenticula, C. de Episc & Cler. l. etiam, ff. de legat. 1. l. etiam, C. si tut. vel curat. interuen. l. 1. C. etiam per procurat. Bald. in l. si ex falsis, nu. 10. C. de transact. & in l. suus, nu. 4 ff. de hæred. inst. & in l. si inter, §. officium, nu. 3. ff. de aqu. plu. arcen. quam opinionem tenet Card. in Clement. 1. § final. de supplen. neglig. Prælat. Gemin. in c. cum de beneficio, nu. 7. de præb. lib. 6. Panorm. in c. cum gratia, num. 3. de commod. Carocc. decis. seu cas. 34. nu. 1. l. qui se patris, C. vnd. lib. Mascard. de probat. conclus. 1265. n. 3. vol. 3. Corn. cons. 163 n. 4. vol. 2. & cōfirmatur per Soc. Iu. in cons. 41. n. 32. vol. 3.

Et implicat tacitè includēs diuersas species ab expressis c. tāta de simon. Gem. cons. 65. n. 8. vers. sed dictio, siuè sit materia fauorabilis, siuè odiosa, vt ibidem Gemin. & in cons. 125. n. 10. vers. quia dictio, Cald. cons. 4. de præb. & Rot. in d. Ciuitatis Cast. supplemēti legitimæ; & includit maiora expressis, Anchar. cons. 268. ante nu. 4. Paris. cons. 46. num. 30. vol. 4. Aret. cons. penult. col. 2. in fin. & Rot. in allegata Ciuitat. Castelli, & in Bononien. de Mangiolis 23. Ianuarij 1617. coram R. P. D. Caualerio.

3 Exprimit insuper casum magis dubitabilem, & implicat minùs dubitabilem, glos. in Clementina 2. vers. Ecclesiæ, de hæret.

Bart. in l. supra iter, §. officium, ff. de aqu. pluu. arcen. Grat. consf.29. nu.8.lib.2.Gozad. consf. 73. nu.31. Rebuff. in d. l.mulieris appellatione, col.5. ad med. cum alijs adductis per Alex. in consf. 116. lib. 2. quam opinionem comprobat Natt. consf. 514. num. 8. tom.4. Dec.consf.542. nu.7.versic.secundo respondetur, tom.2. Riminald. Iun. consf. 716. nu. 66. lib. 6. Tiber. Decian. consf. 64. num. 31. lib.3. Honded. consf. 76. nu.34. vol.2. Archidiac.in c. cum illis, de præben. in 6. Bero. consf. 57. nu. 50. vol. 3. Alciat. consf.113.nu.5.Crauett. consf. 294. num. 7. Menoch. de arbitr. Iudic. casf. 68. nu. 40. Surd. consf.445. num.28.lib. 2. consf. 303. nu. 15. lib.3. & consf. 460. num. 57. lib.4. Nauarr.in Commentar.de vsur. glosf.15. nu. 97. Polyd.Rip.de nocturn.tempor.cap.78. num. 5. idem Menoch. d. tit. quæst. 49. nu. 8. lib. 1. & Carocc. decisf. seu casf. 59. num. 8. & decisf. 131. nu. 20. cum alijs ibidem.

9 Item operatur idem quod dictio, Hoc amplius,& dictio,vltrà,vt docet Aret. in l. is cui bonis,in fin.ff.de verbor.oblig.Natt.consf.476. n.8.lib.2.Rimin.Iun.cōsf.450.n.58.lib.4.Hond. d.cōsf.40.nu.27.Rolan.& alij per eū adducti in consf.27 n.19.tom.4. Io.Anib.in l.naturaliter, nu.354.ff.de vsucap.Marescott.variar.resolut. cap. 83. num. 55. lib. 2. Et inducit repetitionem precedentis qualitatis, Ruin. consf. 89. nu. 4.

nu. 4. vol. 1. & conſ. 61. num. 9. vol. 2.
5 Item ponitur incluſiuè, vt habetur in alleg. l. etiam, C. ſi tut. vel curat. interuen. in l. ſi quis vẽdiderit vina, C. de pericul. & commod. rei vendit. in l. 1. & ibi Imol. & alij, ff. ſolut. matrim. in c. cum illis il 1. de præben. in 6. & tradit Socc. Sen. in conſ. 27. num. 11. vol. 4.
6 Item ponitur, & importat idem quod dictio, maximè; & ponamus exemplum. Si vxori relinquatur vſusfructus omnium bonorum etiam ſe alimentando, quemadmodum faciebat, viuente teſtatore, intelligitur maximè, ideſt, vt ampliatiuè, & non reſtrictiuè habeat vſumfructũ, itaut ille non reſtringatur ſolum ad alimenta, Bal. conſ. 209. per tot. lib. 3.
7 Hoc tamen intellige, dummodo dictio iſta proferatur per modum demonſtrationis, aut per modum fauoris legatarij. Secùs autem ſi per modum cauſæ finalis, Bald. d. conſ. nu. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Et ſic, eſt continuatiua, & repetitiua formæ, & qualitatis præcedentis vocationis.*

DICTIO LXI.

ET SIC.

1 Iſta dictio, Et ſic, eſt continuatiua, ac repetitiua formę, & qualitatis præcedentis

vocationis, Ruin. conf. 102. nu. 12. & conf. 184. nu. 6. lib. 2. Menoch. conf. 328. nu. 30. lib. 4. Rota decif. 128. nu. 4. par. 2. diuerf. Honded. conf. 45. nu. 40. vol. 2. qui fubdit in num. 41. quòd ifta dictio inducit vocationem pofitorum in eodem capitulo, non in præcedenti. Et oftendit quòd difponens loquitur de his, quæ neceffario fequuntur ex proximè prædictis, vt clare probatur, in c. frequens, in princ. de reftit. fpoliat. lib. 6. fub his verbis. Dum enim exceptioni, fcilicet fpoliationis infiftitur, appellationes interponi contingit, & fic intermittitur, & plerunquè perimitur caufæ cognitio principalis, &c. Patet ergo, illud quod adijcitur per hanc dictionem, & fic, effe effectum, qui fequitur ex præmiffis, & confequenter ftare illatiuè ad præcedentia, Ruin. conf. 104. num. 6. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Et fi, eadem eft, ac, etiamfi.*
2 *Et eft ampliatiua.*

DICTIO LXII.

ET SI.

1 Dictio, Et fi, eadem eft, ac etiam fi, vt colligitur ex, §. qua ratione, Inftit. de pupill.

pupill. subst. & apud Grammaticos sæpissimè
obseruatur; quæ quidem dictio est ampliatiua,
& auget dispositionem, c. tanta, de simon. &
c. 2. de procurat. in 6. Gemin. cons. 132. in
princ. Crauett. cons. 294. nu. 7. vers. septimo
pondero, & Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 319.
num 24. & 25. cent. 4. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Ex, secundum propriam significationem denotat causam proximam, & immediatam.*
2 *Et ita est dicendum de dictione, De.*
3 *Aliquando fallit.*
4 *Item importat separationem.*
5 *Differentia inter dict. ex, & ob, & propter.*

DICTIO LXIII.

EX.

1 SEcundum propriam sui significationẽ denotat ista dictio, causam proximam, & immediatam, l. 1. §. ex incendio, & ibi Bart. ff. de incen. ruin. & naufrag. l. ex hoc iure, & l. nõ dubium, vbi pariter Bart. in 5. notab. C. de leg. Bal. in c. 1. §. iniuria, de par. iur. fir. & in l. 1. C. si seru. exter. tex. in l. vẽditor ex hęreditate,

ff. de

ff. de hæred. vel act. vend. in l. eo tempore, ad fin. vbi Bart. ff. de pecul. & in l. 1. §. nunc videamus, ff. de coniung. cum emancip. liber. Alex. conſ. 49. nu. 3. lib. 3. & conſ. 124. nu. 12. lib. 4. conſ. 56. num. 3. conſ. 61. num. 6. lib. 5. conſ. 198. nu. 11. & conſ. 144. num. 12. lib. 6. Dec. conſ. 53. nu. 7. & conſ. 626. nu. 3. tom. 2. Rolan. à Vall. cum alijs ab ſe adductis conſ. 54. nu. 11. vol. 3. Surd. latiſsimè conſ. 573. n. 41. lib. 4. Pariſ. conſ 9. nu. 44. lib. 2. Natt. conſ. 671. nu. 3. tom. 4. Grat. conſ. 100. nu. 18. lib. 1. Cephal conſ. 330. num. 40. lib. 3. Mareſcott. variar. reſolut. cap. 66. num. 14. & 15. lib. 1. Socc. Sen. conſ. 51. nu. 7. & 8. vol. 4. Corn. conſ. 290. nu. 1. vol. 4. conſ. 25. nu. 1. & conſ. 122. nu. 24. vol. 2. Polyd. Rip. in tract. ſingul. obſeruat. obſeru. 72. nu. 10. Rota inter impreſſas Farinacc. deciſ. 507. num. 10. vol. 2. docet etiã Abb. in c. inter dilectos, col. 4. de fid. inſtr. & ibi vide optimam additionem Andr. Sicul.

2 Et ita dicendum eſt etiam de dictione, De, Rip. in l. ex facto, §. ſi quis ita, num. 4. ff. ad Senat. conſult. Trebell. Corn. conſ. 1. nu. 22. vol. 4. & Alex. conſ. 49. nu. 3. lib. 3.

3 Aliquando tamen fallit; nam ſolet denotare cauſam remotam, vt dicit Bart. in ſupracitato §. ex incendio, & eſt text. in l. ſi finita, §. 1. verſ. de opere, ff. de damn. infect. Alex. conſ. 59. nu. 5. & ſeq. lib. 3. Ruin. conſ. 109. nu. 8.

nu.8. lib.1. Sed tunc impropriè ponitur Bart. in l. prætor, §. quod de fructibus, in fin. de bon. auct. in poss.

4 Adde quòd ista dictio importat etiam separationem; nam posito Statuto, quòd decedenti sine filijs succedant in bonis paternis ex linea paterna proximiores, & in maternis proximiores ex maternis, non habet locum, matre existente, quia ipsa succedit in totum ex quo ab ea non potest fieri separatio, quæ propter dictionem, Ex, est principium lineæ, ad tradit. per Bal. in cons. 197. incipien. Statuto cauetur, lib. 4.

5 Nota, esse differentiam inter dictionem, ex, & dictiones, ob, & propter, ex, enim denotat causam proximam, vt superiùs dixi, ob autem, et, propter, causam remotam, Bart. in l. liberorum, ff. de verbor. significat. Paul. de Castr. in l.1. C. si seru. exter. Abb. in c. qualiter, nu.5. de election. text. in d. l. non dubium, nu. 11. & Socc. in l. vnica, nu. 80. C. de sent. quæ pro eo quod interest.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Ex nunc, refertur ad tẽpus actus facti.*

2 *Stipulatio facta sub conditione, retrotrahitur ad tempus celebrati contractus. Declara, vt in num.* 3.

DI-

DICTIO LXIV.

EX NVNC.

1 Retrotrahitur dictio ista, & refertur ad tempus actus facti, ad tradit.per Card. & Innoc.in Clement.2.de conc. præb. nu. 10. Cassad.decis. 3. nu. 10. de probat. Paris. cons. 82. nu. 17. vol. 4. Gabr. cons.69. nu.4. lib.1.

2 Et facit, vt stipulatio facta sub conditione retrotrahatur ad tempus celebrati cōtractus, text.in huiusmodi, in illis verbis, ab hac die, siuè ex hac die,& ibi Doct. inter quos Angel. Imol.Castrens & Alex.& Guid.Pap.decis.268. per totam. Atq.adeò temporis incohationem designat, Marescott. variar. resolut. cap. 39. num. 2. lib. 2. & quòd disponitur statim fiat, sine vlla tēporis dilatione, Alberic.in l.scimus, ad fin. vers. cum autem, C.de inoffic. testam.

3 Declara tamen, vt hoc procedat post actū ex subiecta materia processurum, l. tali, vbi communiter Doct.ff.de iur.dot.Corn.cōs.244. nu.8.& seq. lib. 1. Marescott. vbi supra nu.27.

SVMMARIVM.

1 *Ex tunc, dictio, denotat temporis extremitatē.*
2 *Et habet vim latæ sententiæ.*

D I-

DICTIO LXV.

EX TVNC.

1 Dictio, Ex tunc, denotat extremitatem temporis, & refertur ad extremum tempus, de quo est expressum, l. lecta, ff. si cert. pet. Paul. de Castr. cons. 259. n. 2. in fin. part. 1. l. penult. ff. de testament. tutel. Hond. cons. 16. nu. 10. vol. 1. Corn. cons. 279. nu. 4. vol. 4. l. 4. ff. de condit. & demonstr. l. final. ff. de fideicommiss. libert. l. 1. §. rectissimum, ff. de vi, & vi arm. ad tradit. per glos. in Clement. 1. vers. ex tunc, de iure patron. & in Clement. 2. in princ. vers. ex nunc, de hæretic. notat Archidiac. in c. si eo tempore, de election. lib. 6. & in c. ego Ludouicus 63. distinct. & Paris. in cõs. 143. n. 1. lib. 4.
2 Quam etiam importare vim latæ sententię tenuerunt Franc. Aret. in c. si diligenti, col. 3. vers. in glosa posita super verbo, causã, de for. cõpet. Corn. in cõs. 104. sub n. 2. vers. licèt ergo nõ fuerit, lib. 1. & Gugliel. Redoan. in tract. de spol. Ecclesiast. q. 17. n. 33. secundũ nouam impressionem. Quod etiam confirmatur per tex. in c. cupientes, §. cæterum, ibi, ex tunc incohandum volumus forè suspensos, in c. excommunicamus, §. credentes, ibi, ex tunc ipso iure fit factus infamis, & in c. cum, de elect. lib. 6.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Extra, est exclusiua. Sed intellige, vt in num. 2.*
3 *Ponitur tribus modis.*

DICTIO LXVI.

EXTRA.

1 Est dictio, Extra, exclusiua, & exclusiuè ponitur, l. eos, §. 1. C. de vsur. & quantum tempus excludat, habetur in c. licere,
2 extr. de dilat. Bart. tamen in l. 1. §. 1. in fin. ff. de offic. præfect. Vrb. ita distinguit. Aut sumus in concessione fauorabili, & includit: aut in odiosa, & excludit. Aduertit etiam Archidiac. in c. statutum, num. 4. & 5. de election. in 6. quod si dictio ista apponatur Ciuitati, vt quando dicimus extra Ciuitatem, non intelligitur extra muros Ciuitatis, sed extra illius continentia, cuius appellatione veniunt suburbia.

3 Rursus ponitur tribus præcipuè modis. In loco, de loco, ad locum; de quibus vide Polyd. Rip. in tractat. de singul. obseruat. obseruat. 356. per totam.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Ferè, quomodo sumatur.*
2 *De sui natura est diminutiua.*

DICTIO LXVII.

FERE.

1 TRipliciter ista dictio sumitur, scilicet, comparatiuè, l. magis, ff. de reb. credit. electiuè, l. etsi forte, §. hæc actio. ff. si seru. vendit. l. 1. §. final. C. commun. diuid. Et est etiam diminutiua, l. in omni, ff. de adopt. l. vtile, §. vendentibus, ff. de minor. voluit Bald. in l. 3. ante num. 42. C. de ædict. Diu. Adrian. tollen. & fuit etiam dictum à Rota Romana in vna Interamnen. Pecuniaria Lunæ 23. Iunij 1603. coram R. P. D. Coccino, quàm decis. habes impressam in tractat. Pic. ad Stat. Vrb. quæst. 19. in ordine nu. 28.

2 De sui autem natura est diminutina, & denotat imperfectionem, ad text. in l. quærela, C. ad leg. Cornel. l. 2. §. vltim. ff. de orig. iur. c. vltim. de Cler. ęgrot. Oldrad. cons. 49. nu. 18. Rota inter impress. Farinacc. decis. 290. num. 1. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Fortè, regulariter est dubitatiua, nihil certi affirmans.*
2 *Narrata per dictionem, fortè, non sunt necessario verificanda.*
3 *Testis deponens per dictionem, fortè, nihil concludit.*
4 *Ponitur aliquando assertiuè.*
5 *Doctor si consuluit per dictionem, fortè, consilium eius dicitur assertiuum, & non dubitatiuum.*
6 *Limita.*
7 *Solet etiam importare causam impulsiuam.*
8 *Item, & augumentum.*

DICTIO LXVIII.

FORTE.

1 Dictio, Fortè, seu forsan, regulariter est dubitatiua, & nihil certi affirmat, l. omnes, C. de Decurion. lib. 10. l. item si
2 verberatur, §. 1. ff. de re iudic. Et ideò narrata per dictionem, fortè, non sunt necessario verificanda, ad tradit. per Ruin. in cons. 170. sub nu. 5. vol. 2. & per Cassad. decis. 4. nu. 8. & seqq. de probat. quàm opinionem sequuta est

est Rota in vna Barchinonen. Beneficij, vltima Martij 1562. coram R.P.D. Rubeo, & in Salamantina Pensionis 23. Ianuarij 1574. coram D. Cæs. de Grass. Corn. cõs. 184. n. 1. vol. 1. glos. in c. ex parte, vers. fortè, de celebr. Miss. in c. acceden. in fin. il 1. vt lit. non contest. c. si fortè, de elect. in 6. Paris. cons. 29. n. 19. lib. 2. Farinacc. decis. 248. num. 9. vol. 1. cum alijs per eum relatis.

3 Et ideò testis deponens per dictionem, fortè, nihil concludit, quia dubitatiuè deponit, Ant. de Butr. cons. 45. vers. & non obstat, & Ias. in l. in substitutione, n. 5. ff. de vulg. & pupill.

4 Verùm quidem est, quòd aliquando ponitur etiam assertiuè, non autem dubitatiuè, maximè prolata à Doctore, vel à lege, vt voluit glos. in c. tuæ, de procurat. in c. 2. de testib. in c. admonere 33. quæst. 2. & in l. si duo, ff. de arbitr. vbi dicit, quod per verbum, fortè, respondent sæpè Periti; facit text. in l. mutus, ff. de procurat. in l. 1. §. final. ff. de fer. in l. 1. §. 1. ff. de rei vendic. in l. in commodato, §. sicut, ff. commod. in l. Gallus, §. forsitan, ff. de liber. & posthum. in l. filius familias, ff. de procur. in l. si fortè, ff. de const. pecun. in l. in substitutione, ff. de vulgar. & pupill.
5 & ibi doctè dicit Angel. quod si Doctor consuluit per verbum, fortè, eius consilium dicitur assertiuum, & non dubitatiuum,

 & hoc

& hoc affirmat Speculat. in §.4. num. 8. de disputat. & allegat. lib. 2. comprobatur ex d. l. mutus, & ibidem ex glos. notab. in vers. forsitan, per Paul. de Castr. ex l. quid tamen, §. si arbiter, ff. de arbitr. & ex glos. in c. super literis, in verbo forsan, de rescript. quam sententiam approbat Rolan. à Vall. de confect. inuen. §. sed dubitatio oritur, nu. 6. & 7. par. 5. Rip. in l. 10. §. si is qui quadraginta, ad Trebell. Barbat. in repetit. c. Raynaldus, col. 46. in princ. vers. quinto facit, de testament. vbi sic formaliter inquit. Et si dicatur, quòd Imperator non firmat illam præsumptionem in eo, quia loquitur per verbum, fortè, respondet istud non obstare; nam verbum, fortè, prolatum à Iurisconsulto, est legis promulgatio: confirmatur per Abb. in c. 2. vt lit. non contest. in fin. in c. final. de iudic. in c. cum dilecta, de confirm. vti. vel inuti. col. 3. in cap. ex parte, de spons. & in c. quoniam frequenter, §. in alijs, col. 15. vt lit. non contest. Et habetur etiam in Euangelio, dum dicitur: Si cognouissetis me, forsitan, & Patrem meum, certè ibi videtur illam dictionem stare affirmatiuè.

6 Limita tamen, quando dictio, fortè, profertur in facto, & in his quæ facti sunt, quia tunc ponitur dubitatiuè, Card. in c. 1. de postul. vbi ait, dictionem, fortè, inducere, Philosophicum

cum temperamentum, & alleget supracitatum c. tuæ, c. significasti, de for. compet. & c. super literis, de rescript. & hoc idem corroboratur per glos. in d. l. in substitutione, de vulgar. & pupillar.

7 Solet etiam importare causam impulsiuam, ita declarat Ias. in l. si pecuniam, num. 19. ff. si cert. petat. in d. l. in substitutione, nu. 6. in l. si ex falsis, num. 5. C. de transact. & in l. 1. §. si is qui, & ibidem Rip. num. 7. ad Trebell. notat Alex. in l. ratione la 1. §. quod vulgo, nu. 13. ff. ad leg. Falcid. Dec. in l. si quis Imperatorem, nu. 13. C. qui testam. fac. poss. cum alijs adductis per Tiraquell. in tract. cessan. caus. limitat. 10. num. 1.

8 Solet, & ista dictio apponi in rescriptis gratiæ, & tunc stat augumentatiuè, quemadmodũ si impetrans beneficium dicat, quod forsan sit iuris patronatus, non propterea se restringit, sed gratiam auget, Rot. decis. 64. lib. 2. part. 3. in nouiss. Cagnol. in l. non potest videri, nu. 5. ff. de regul. iur. text. in l. si iure, & ibi glos. in verbo, fortasis, ff. de leg. 3.

DICTIO LXIX.

FRVSTRA.

Breuis est ista dictio, sed substantialis, quia importat nullitatem actus, per tex. in c. quia

frustra, de vsur. Ias. in l. ciuilibus, ff. de vulg. & pupillar. Bart. in l. penultim. §. ad crimen. ff. de publ. iudic.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Generaliter, dupliciter sumitur, & num. 2.*

DICTIO LXX.

GENERALITER.

1 SCiendum est, dictionem istam dupliciter esse interpretandam. Sumitur namquè indefinitè, sine vlla præfinitione, veluti si detur alicui generalis facultas, & facultas in omnibus peragendis, Bald. cons. 379. num. 4. vers.
2 generale autem, lib. 3. Quandoq. autem non simpliciter, sed cum quadam limitatione profertur, vt quando alicui conceditur generale arbitrium super moderatione, seu gubernio alicuius negocij Ciuitatis, putà circa administrationem fluminis, viarum, &c. tunc enim extra negocium fluminis, & viarum illa generalitas nihil omninò operatur, cum ad certa negocia sit data facultas, Bald. d. cons. num. 5. vers. secundo modo.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Generatio, dictio, comprehendit masculos, & fœminas.*
2 *Et est verbalis.*

DICTIO LXXI.
GENERATIO.

1 Dictio, Generatio, ex proprio significatu est apta comprehendere tàm masculos, quàm fœminas, c.statuta il 2. de hæret. lib.6. l.1.iunct.l.3.ff.de lib.ca.cõsuluitAlex.in cõs.61.
2 sub n.4.lib.1.Et est dictio verbalis, comprehendens generatum,& generantem, iuxta notata in l.1.C.de procurat.& in l.1.ff. de duob.reis, & tradit Castrens.in cons.316.sub nu.2.par.2.

DICTIO LXXII.
HACTENVS.

Dictio, Hactenus, designat tempus præteritum, vsque ad præsens, quo aliquid profertur, text. in l.1.in prin.ff.de nou.oper.nunc. Signor.cons.22.circa fin. Rolan.cons.8.nu.49. lib.3.Rimin.Iun.cons.491.nu.23. lib.5.& Rota apud Farinacc. decis.223. num.8. vol. 2.

DICTIO LXXIII.

HAVD.

HAud, est dictio negatiua, & accipitur pro, non, §. ijsdem pœnis, auth. de non alien. Alberic. in suo diction. in verbo, haud, Albert. de Pergamo de Præposit. præposit. 59. Bac. de consola. lib. 1. ibi, haud aliter, idest non aliter.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Hæres, quatrupliciter sumitur.*
2 *Comprehendit omnes descendentes vsque in infinitum.*
3 *Fœminæ regulariter in feudis non succedunt.*

DICTIO LXXIV.

HÆRES.

HAnc dictionem breuiter tangam, quia spectat potiùs ad dispositiones testamenti, & fideicommissi, quàm ad casum nostrum, cum debeat accipi, & interpretari secundum subiectam materiam, & accidentiam euentuum. Dico benè, quatuor modis in iure esse accipiendam.

1 piendam. Primo pro hærede vniuersali, l. hærede vniuersali, l. hæreditas, ff. de verbor. significat. II. Pro hærede nomine, vt in l. qui se patris, C. vnd. lib. III. Pro hærede in re certa, l. ex facto, ff. de hæred. instit. IV. Accipiendam pro Descendentibus, vt in l. ex facto, §. final. ff. ad Trebell. Ex quibus dic, quod aliquando nomen hæredis apponitur in dispositione ipsum grauando, & tunc ponitur pro hærede vniuersali, l. cum ab vno, ff. de legat. 2. l. fundum, §. si tu ex parte, ff. ad leg. Falcid. & l. si fuerit, cum l. sequenti, ff. de legat. 3. Aliquando verò ipsum onerando, & tunc distingue; aut tunc apparet de mente Testatoris, & ei standum est, l. in conditionibus, ff. de condit. & demonstr. & l. si quis Titio, ff. de vsufruct. accresc. aut non apparet, & intelligitur de hæredibus de sanguine suo, vt in d. l. ex facto, §. final.

2 Sed ne videar extra materiam nostram transcendere, omissis, quæ dici possent, Dictio, Hęres, compręhendit omnes Descendentes, nedùm primos, sed vsque in infinitum, l. in annalibus, C. de leg. & tradit Paris. in cons. 52. num. 19. lib. 2.

Sed incidenter quæro, vtrum dictio, hęres, in feudalibus, intelligatur de hæredibus masculis, & fœminis, Dic, quòd intelligitur solum

3 de masculis, non de fœminis; cum regulariter

fœminæ in feudis non ſuccedant, c. 1. §. hoc autem notandum, qui feud. dar. poſſ. c. 1. §. ad filios, de ſucceſſ. feud. c. 1. de alien. feud. pa. c. 1. §. etſi clientulus, eod. tit. vbi expreſsè dicitur, huiuſmodi dictionem, de maſculis intelligi, affirmat Cald. in conſ. 15. vbi quod appellatione hæredis in materia feudali ſoli filij maſculi intelliguntur, & atteſtatur de communi; notat etiam Bart. in l. pro hærede, §. ſi quid tamen, ff. de acquir. hæred. conſuluit Angel. in conſ. 100. verſ. ſecundo oſtenditur, Fulgoſ. in conſ 217. & omnium latiſſimè, Dec. in conſ. 516. num. 10. & 14. tom. 2.

SVMMARIVM.

1 *Hinc, dictio, denotat cauſam finalem, & habet alias ſignificationes, vt infrà, in nu. 2. 3. & 4.*

DICTIO LXXV.

HINC.

1 PLures habet iſta dictio ſignificationes, denotat cauſam finalem, c. inferior 21. diſtinct. Hoſtienſ. in c. expoſita, de ſponſ. Gozad.
2 cóſ. 9. n. 36. Et denotat extremitatem temporis, Bart. Bald. Angel, & Alex. in l. 1. col. 2. ff. ſi quis caut.

3 Item

3 Item idem, quod ex ac causa, vel ex hoc, l. fulcinius, §. sed is qui fraudationis, ff. quib. ex caus. in poss. & ibi glos. in vers. ne hinc.

4 Item idem, quod ex hac die in antea, Alex. cons. 75. nu. 4. & 5. lib. 2. l. placet, cum glos. in verbo, ab hinc, C. de sacros. Eccles. Instit. de iur. natur. gent. & ciuil. in princ. cum glos. in verbo, hinc.

SVMMARIVM.

1 *Hoc, est dictio demonstratiua ad oculum.*

DICTIO LXXVI.

HOC.

1 Est demonstratiua ad oculum, & refertur ad id, quod oculis legi, & percipi potest, l. 1. cum ibi notat. ff de his quæ in testamen. del. l. 1. ff. de oper. nou. nunciat. Natt. cōs. 484. nu. 27. tom. 4. Aret. in l. qui iurasse, §. idem Pomponius, in 2. notab. ff. de iur. iur. Paris. cons. 19. nu. 7. & cons. 35. nu. 20. lib. 2. & tradit Marescott. variar. resolut. in cap. 77. num. 25. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Hoc amplius, est dictio repetitiua.*
2 *Et importat augumentum.*

DICTIO LXXVII.

HOC AMPLIVS.

1 DIctio, Hoc ampliùs, eſt repetitiua, adeò quod ponit in ſecundo caſu, omne quod dictum eſt in primo, & reducit illud ad qualitates ſecundi, l. legata inutiliter, ff. de legat. 1. l. ſi ſic, l. ſi tibi purè, & l. in repetendis, & ibi Bart. ff. de legat. 3. gloſ. in l. lecta, verſ. tunc, ff. ſi cert. pet. Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. tit. 5. nu. 8. lib. 7. & Paul. de Caſtr. conſ. 16. ſub nu. 6. part. 2.

2 Et importat augumentum, Bal. conſ. 329. in fin. verſ. in contrarium, lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Hodie, non admittit dilationem, neque conditionem inducit.*

2 *Facit debitorem moroſum.*

DICTIO LXXVIII.

HODIE.

1 HÆc dictio, Hodie, non admittit dilationem, neque conditionem inducit, ſed

eſt

est significatiua præsentis temporis, l. liber homo, §. 1. ff. de verb. obligat. l. prætor. §. præ-
2 terea, & §. posse, ff. de iniur. Facitq. debitorem morosum, l. ratio, §. final. & ibi glos. ff. de action. empt. & plura de hac dictione, posuit Alberic. in suo diction. in verbo, hodie.

SVMMARIVM.

1 *Huiusmodi, est dictio repetitiua, & relatiua.*
2 *Apposita verbo hæreditati, quid significet.*

DICTIO LXXIX.

HVIVSMODI.

1 Repetit omnia comprehensa in præcedentibus, cum omnibus qualitatibus, & est relatiua, cum omnibus conditionibus, glos. in c. si Abbatem, de elect. lib. 6. Paris. cons. 52. nu. 32. lib. 3. & cons. 40. nu. 8. lib. 4. Bart. in l. si quis suum, §. final. ff. de legat. 2. Marescott. variar. resolut. capit. 77. numer. 27. lib. 2. Corn. cons. 235. num. 5. ad med. lib. 2. & cons. 97. num. 8. lib. 4. Gratian. de discept. forens. cap. 554. nu. 10. tom. 3. c. nemo deinceps, vbi glos. in verb. huiusmodi, de elect. in 6. Felin. in c. Apostolicæ, n. 3. in fin. vers. quia dictio, de except. cap. 2. vt lit. pend. lib. 6. & ibi

ibi gloſ. in verbo, huiuſmodi, Rot. inter impreſſ. Farinacc. deciſ. 373. num. 6. vol. 2.

2 Verum appoſita verbo hæreditati, denotat totam hæreditatem, vt tenuit Rota apud Farinacc. deciſ. 266. numer. 23. vol. 1.

Quandoq. verò importat idem, quod ſi diceres, talis, vel tales, l. huiuſmodi, ff. de legat. 1. quia, vt ibi apparet, ſtat, demonſtratiuè, & ſimilitudinem denotat, tex. in l. deniquè, ff. de pignor. & in c. fin. de for. compet. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Iam, dictio, denotat temporis perfectionem.*

DICTIO LXXX.

IAM.

1 AD denotandam temporis perfectionem, oratio ſæpè concipitur ſub iſta, dictione, Iam, vt iam factum eſt, iam preterijt, &c. Socc. Sen. conſ. 59. nu. 4. & 6. vol. 4. & Corn. conſ. 278. num. 2. vol. 3.

SVMMARIVM.

1 *Ideò, dictio, denotat cauſam finalem.*

DI-

DICTIO LXXXI.

IDEO.

1 Dictio, Ideò, denotat causam finalem, Crauett. cons. 192. nu. 1. vers. tertio arguitur, Socc. cons. 159. nu. 21. lib. 2. Becc. cons. 20. nu. 13. Marescott. variar. resolut. cap. 105. nu. 19. lib. 2. & Rota in Romana de Marescottis 29. Ianuarij, & 21. Maij 1618. coram Reuerendiss. Sacrato.

SVMMARIVM.

1 *Idem, est dictio, repetitiua praecedentium.*

DICTIO LXXXII.

IDEM.

1 Est dictio repetitiua pręcedentium, l. idem cum simul, ff. mandat. Paris. cons. 16. nu. 44. lib. 3. Ruin. & alij per eum adducti, cons. 3. nu. 4. vol. 3. & denotat censuram, l. cum hi, §. idest est, ff. de transact. c. de multa, §. hoc idem, de praeben. Bal. cons. 94. num. 2. lib. 3. l. de diuisione, ff. solut. matrim. Cephal. cons. 256. num. 41. lib. 2.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Idest, habet vim restringendi.*
2 *Et idem dicendum est de dictione, Scilicet, & Videlicet.*

DICTIO LXXXIII.

IDEST.

1 HAbet huiusmodi dictio vim, & naturam restringendi, l. 1. ff. ad leg. Aquil. cum simil. Grat. consf. 59. nu. 12. lib. 1. Et restringit generalitatem præcedentem, per doctr. Bart. in l. quæsitum, §. si quis fundum, col. 4. in fin. ff. de fund. instruct. & meliùs idem Bart. declarat in d. l. 1. in princ. Aret. in l. planè §. si planè, in vltimo notab. de legat. 1. & Socc. Iun. in consf. 124. num. 6. vol. 3.
2 Et idem dicendum est de dictione, scilicet, & videlicet, vt probatur in l. iusiurandũ quod ex conuentione, §. final. ff. de iur. iur. quem tex. allegat Iaf. in l. 3. §. saltus, ff. de aquir. poss. Soc. Iun. consf. 30. n. 21. vol. 1. Bart. in d. l. 1. Beltran. consf. 97. n. 13. vol. 4. Parif. consf. 92. n. 33. vol. 1. & Socc. Iun. in d. cõs. 124. n. 7. refert, Socc. Sen. patruum suum ita dixisse in consf. 50. viso testamento, col. 1. ad fin. vol. 3.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Idoneus, dictio multipliciter intelligitur.*

DICTIO LXXXIV.

IDONEVS.

1 HÆc dictio, Idoneus, multipliciter intelligitur; nam aliquando idoneus est, qui est potens, aliquando, qui literatus, item qui bonus, item qui pauper; vt plenè habetur in c.constitutus, de appellat. Et aliquando inter idoneos magis idoneus in electionibus consideratur, vt ibi benè traditur per Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Igitur, dictio regulariter stat illatiuè.*
2 *Aliquando incœptiuè.*

DICTIO LXXXV.

IGITVR.

1 REgulariter dictio, Igitur, stat illatiuè, l.Diuus, ff.de custod.re.l.si procurator. §.si ignorantes, cum simil. ff. mandat. Rip. in l.re coniuncti, nu. 15. ff. de legat. 3.

2 Stat

2 Stat nihilominùs aliquando inceptiuè, text. in l. ius ciuile, & ibi glos. ff. de iust. & iur. in l. 1. §. 1. ff. de condit. ob turp. caus. & in l. quidã referunt, ff. de iur. codicillar. & Rip. vbi supra.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Ille, an comprahendat fœminas.*

DICTIO LXXXVI.

ILLE.

1 SAlua ratione recti sermonis, dictio, Ille, non refert fœminam eo casu quo masculinum non concipit fœmininum, Gabr. cons. 127. num. 9. lib. 2. & refertur solum ad nominatos in proximo superiori versiculo, glos. in c. vt circa, §. 1. vers. coram, vbi Gemin. de elect. in 6. Paul. in l. final. num. 1. de reb. dub. & Alex. cons. 204. nu. 4. & 5. lib. 2.

Quod etiã procedit etiam si oratio ab vnico verbo principali negatur, Afflict. decis. 248. nu. 13. Gabr. d. cons. 127. num. 5. & 6.

DICTIO LXXXVII.

ILLICO.

DIctio, Illicò, verificatur intra triduum, prout est text. in l. final. C. de iudic. Aliquando

quando verò intra decem dies, l. ab eo, C. quomod. & quand. Imperat. & vide Barbat. in c. bona fides, col. 4. extr. de posit.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Imò, est correctiua.*
2 *Ponitur quandoq. simpliciter.*

DICTIO LXXXVIII.

IMO.

1 Est huiusmodi dictio, correctiua, & correctiuè ponitur, text. in l. si ita scriptum fuerit 47. ff. de hæred. instit. Abb. in c. innotuit, nu. 5. de elect. c. si pater, in fin. de testam. in 6. Pancirol. consf. 195. n. 25. Hond. consf. 69. nu. 28. & 29. vol. 2. & est correctiua eorum, quæ præcedunt, Cuman. in l. 1. n. 13. C. de nou. Cod. fac. Dec. in l. cognitio, nu. 3. ff. de offic. eius, Socc. Iun. consf. 77. nu. 13. vol. 4. glos. in c. prædicator, in verbo, Imò, 16. quæst. 11. hanc eandem opinionem sentit Beltrand. in consf. 372. vol. 1. Bart. in l. Lucius, ff. de hæred. instit. & in l. stichus, ff. de manumiss. test. Felin. in c. nemo, in princ. col. 877. de simon. Secùs est, quando ponitur cum copula, vel cum implicatiua; nam tunc stat coniunctiuè,

non autē correctiuè, l. iuris gentiū, § quinimò, ff. de pact. d. l. stichus, & d. l. si ita scriptum, vbi plenè per Bart.

2 Ponitur quandoq. simpliciter. & tunc ità distingue. Aut stat inter incompatibilia, & tunc, aut profertur ab homine, vel à lege, si ab homine, tunc in dubio stat correctiuè, d. l. stichus, & d. l. si ita scriptum, si à lege, & tunc, aut in eo quod præcedit, est eadem ratio vel maior, quàm in sequenti, & tunc stat augumentatiuè, vel alternatiuè, l. iubemus, §. œconomus, C. de sacros. Eccles. Aut in præcedenti est maior ratio. & tunc stat correctiuè, argum. d. l. si ità scriptum.

DICTIO LXXXIX.

IMMEDIATE.

CAputaquen. in decis. 21. numer. 3. part. 3. refert, hanc dictionem denotare annum immediatè præcedentem aliquid, & ità fuisse decisum in causa Segobien. de Villa Castin. 14. Nouembris 1552. coram D. Vestano.

DICTIO XC.

IMPOSSIBILE.

EX Textu in l. de illo, ff. pro soc. percipitur eiusmodi dictionem, impossibile, propriè, & impropriè poni posse.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, In, diuersimodè ponitur, vt infrà benè declaratur, cum num. seqq.*

DICTIO XCI.

IN:

MVltas in iure reperio significationes huius dictionis In, eaq. multiplex est, vt plenè notat Archid. in c. si Papa 40. distinct. Bart. in l. Gallus, §. ille casus, ff. de liber. & posthum. Speculat. in tit. de allegat. & disputat. §. post hæc, versic. vel ibi ponitur, Io. Andr. in c. ad nostram, de consuetud. in c. nobis, de iure patron. & in c. 1. de offic. deleg. lib. 6. in nouell. & consuluit Roman. in cons. 376. n. 1. cum seq.

1 Reperio itaquè aliquàndo expositam pro dictione, Sub, text. in auth. de deposit. col. 6. circa princ. vers. in conditionibus, & expresse in l. 1. §. si quis in specie, ff. de impub. vbi verbum illud, in specie, exponitur per Legislatorem, idest, sub specie.

2 Aliquando pro dictione, De, text. in c. accedens, de concess. præben. vers. in aliquo beneficio, & ibi exponitur, de aliquo beneficio.

3 Interdum pro dictione, Ex, vt ponit glos. in l. si patroni, §. 1. ff. ad Trebell. text. in l. 3.

ff.de procurat.& in l. 1. in prin.ff.de excus.tut.

4 Quandoq. pro dictione, Per, est text. expressus in c. vestra, vers. in fide Christi, de cohabit.Cleric. & mulier.& ibi glos.& in l penultim. §.final. ff.ad leg. Falcid.

5 Nonnunquam pro dictione, Inter, vt in illis verbis diuinæ Scripturæ Moyses,& Aaron in Sacerdotibus eius primi, idest inter Sacerdotes: hoc idem firmat glos. in l. final. ff. de reb. dub. in l. alumna, §. Titia, ff. de adimen. legat. & in l. qui Romæ, §. Callimacus, ff.de verbor. obligat.

6 Item aliquando pro dictione, Intrà, l.Gallus, in princ. ff. de liber.& posthum. l. 1. §.deindè ait prætor, ff. ne quid in flumin. public. l. in annos, ff. de condit. & demonstrat. l. 1. §. quod dicimus, ff.de success. ædict. & ità exponit etiam Innoc. in c. propter sterilitatem, super verbo, non soluisse, de locat. tradit Menoch. de arbitr. Iudic. quęst. 99.num.7.lib. 1. consuluit Ruin. in cons. 82. num. 1. vol. 1. & corroboratur per text. in l. 2. §. videndum, de success. ædict.

7 Aliquando pro dictione, Supra, l. si duo, §. item videamus, ff. vti posside l.si vitem, §. si quis proiectum, ff. quod vi, aut clam.

8 Aliquando pro dictione, Antè, vt per Corn. in cons. 93. nu. 2. vol. 1.

9 Aliquando pro dictione, Apud, per text. in

l. fundi,

l.fundi, §.item quod insulæ, ff. de actio.empt.
10 Item ponitur pro dictione, Non, Bald.cons. 47.nu 1.in princ. part.4. Signoroll. de Amod. cons. 101. col. 1. in fin. qui adducit text. in l. 1. C.de iust. Cod. confirm. & Paris. cons.22. nu. 25. lib. 2.
11 Item aliquando pro dictione, Iuxta, glos. in l.si statuta, ff.de iure iur. Surd.decis. 178.nu.3. & maximè posita in accusatiuo casu.
12 Multoties accipitur, vt denotet conditionem, quando respicit futurum euentum, & facit quod si quid legetur in honorem doctoratus, tale legatum dicatur conditionale, donec pendet conditio doctorandi, Natt. cons. 661. nu.27. & cons. sequenti, nu.4. tom. 4. & vltra ibidem allegatos tradit Bart. in l. quibus diebus, §. Termilius, col. 2. ff. de condit. & demonstrat. Bald. Castrens. & Socc.in l. publius, ff. eod. & post Bald. declarant Alex. Aret. & Ias. in præfata l. Gallus, §. ille casus, Gabr. cons. 171. nu. 4. lib. 1. Paris. & alij per eum adducti in cons. 18. nu. 16. lib. 2. & Ruin. in cons. 115. nu. 5. vol.3.
13 Significat etiam intrinsicitatem, itaut illud, quod debet fieri, sit faciendum intrà ipsum actum, non propriè, aut extra, Bald.in Rubric. ff. solut.matrim. col.1. ad med. vers. hic adde, & in fine ipsius col. vers. si verò dictio, Oldr. cons.49.nu.9. Bart.in d.l.Gallus, §. ille casus,

col. vlt. in princ. versic. secundo casu, Papien. in forma production. test. ad perpet. rei memor. §. vsque ad calendas, col. 2. num. 2. in fin. vers. vel testis, dicit Imol. in Clement. causam, col. 6. ad med. vers. vndè differentia, num. 34. de election. Alex. cons. 22. nu. 8. lib. 4. & Corn. cons. 339. nu. 3. vol. 1.

14 Et hoc tanto magis procedit apposita in statutis, tanquàm stricti iuris, & in probationibus siuè ponatur in ablatiuo, siuè in accusatiuo casu, Alex. cons. 137. col. 3. circa med. vers. peccat, & in alio, à num. 14. vsquè ad 17. lib. 2. Felin. in c. tertio loco, col. 3. post med. vers. sed sustentabilior, nu. 2. de præsumption. & in Rubric. de spons. col. 4. ad fin. vers. ex quibus apparere potest, Socc. cons. 211. nu. 4. lib. 2. Alex. cons. 116. ad med. vers. secundus verò, lib. 1. l. 1. §. in fluminibus, ff. de flumin. Bero. cons. 177. nu. 24. lib. 3. Rimin. Iun. cons. 388. nu. 30. cons. 398. nu. 9. cons. 470. num. 54. & cons. 55. lib. 4. Corn. cons. 278. num. 7. vol. 3. Modern. Roman. de disceptat. forens. cap. 460. nu. 60. & seq. tom. 2.

Et denotat causam intrinsecam, & immediatam, text. in §. sanè, Instit. vi bon. rapt. & in d. l. 1. §. in publico. Adeò vt quando adijcitur personæ non denotet adhærentiam personæ, sed in ipsam personam, Bald. in supracitata Rubric. nu. 4. ff. solut. matrim. l. 1. §. hæc

autem,

autem, vbi Bald. ff. de his qui deiect. vel effud. Honded. conf. 103. nu. 17. & 18. vol. 1. & optimè Hier. Grat. cum alijs per eum allegatis in conf. 42. nu. 29. lib. 2.

15 Habet etiam naturam priuatiuam, vt quãdo dicimus aliquem insipientem, indemnem, insontem, &c. nam per illam dictionem, In, resoluitur idest, sine sapientia, sine damno, &c. text. est in l. imperitia, ff. de regul. iur.

16 Demùm denotat augumentum d. l. Gallus, §. ille casus indifficilis, & ibi glos. ff. de liber. & post. quæ ibi exponit, indifficilis, hoc est valdè difficilis, & l. cum duobus, §. damna, ff. pro soc.

17 Quid autem dicendum in tanto Doctorum conflictu? Dic, quod cum ista dictio, ità variè, & multipliciter reperiatur exposita, illius dispositionem consistere arbitrio Iudicis, secundum Theoric. glos. ordin. in c. cum nullus, vers. in remotis, de tempor. ordin. lib. 6. in c. fęlicis, vers. vicinarum, de pœn. eod. lib. & in auth. præterea, C. vndè vir. & vxor. Iudex autem tunc ità suum arbitrium debet moderare, vt hanc dictionem exponat, secundum quod suadet ratio subiectæ materiæ, glos. ord. in l. eas causas, ff. de condit. & demonstrat. & tradit Roman. in superiùs citato conf. 376. nu. 7. & ibi Mandos. in addit. in litera C. plures referens.

SVMMARIVM.

1 *Testis deponens per dictionem, Incirca, vt plurimum reijci solet.*
2 *Ista dictio intelligitur de modico temporis interuallo.*
3 *Et ista modica quantitas relinquitur declaranda arbitrio Iudicis. Intellige, vt in num. 5.*
4 *Limita si agatur de certa temporis, & qualitatis probatione.*

DICTIO XCII.

INCIRCA.

IN iudicijs sæpissimè testes interrogantur, qua hora, die, mense, & anno aliquid gestum, actumuè sit; qui quidem, vel lapsi memoria, vel ob temporis diuturnitatem, respondere solent anno 25. incirca, vt ità ostendant, sese certè nescire tempus illud interrogatum, sed ab eo designato tempore, non longè recedere,
1 & sic testimonium horum testium per huiusmodi dictionem deponentium, vt plurimum reijci solet; ità docuit Butr. in c. vltim. de spons. impub. quem sequitur Curt. Iun. in cons. 144. nu. 4. & idem consuluit Ruin. in

cons. 10.

conſ.10.nu.3.lib.5. Si quis enim deponat aliquem poſſediſſe ſpatio decem annorũ, incirca, non probat, Guido Pap. ſingul.436. quem ſequitur Rebuff.in pract. benefic. in tit. de diſpenſat.ration. ætat.in verbo, vel circa, nu.6. & ſub nu. 5. refert exemplum cuiuſdam Clerici, qui debuit ſtuduiſſe quinque annis completis, ſed ſi dicat ſe ſtuduiſſe quinque annis, incirca, talis atteſtatio nõ valet, quia incerta.

Et quamquam huiuſmodi teſtium depoſitiones non valeant: attamen in illis caſibus in quibus hęc teſtimonia recipiuntur, quæritur de quanto tempore intelligatur iſta dictio,
2 incirca; Dic de modico temporis interuallo, argum.in l. 2. §. ex actis, ff. de orig. iur. text. & ibi gloſ. in d. c. vltim. Ruin. in conſ. 130. nu.5. vol.1. Menoch.de arbitr. Iudic. caſ.46. nu.3. & ſeq. Surd.conſ.376.nu.15.lib.3. Pariſ. conſ.104 nu.13.& conſ.35. lib.1.gloſ.in verbo, circa, in c. 1.§.penultim. de offic. ordin. in 6. Rota apud Farinacc. deciſ. 353.num.3.vol.2.
3 Modica verò quantitas qualis, & quanta ſit relinquitur declaranda arbitrio Iudicis, adnotat. per Doctor. poſt gloſ. in l. etſi poſt tres, ff. ſi quis caut. text. in l.1.de iur. deliber. & clarè notat Angel. in conſ. 124. incipien. viſis petitione, & reſponſione, Alexan. conſ. 82. in fin. lib. 7. l. hæc adiectio, ff. de verbor. ſignification. Rota deciſ.220. num.6. part. 2.

diuerſ.

diuerſ.hoc idẽ animaduertit gloſ.in c.1. §.pe-nult. in verbo, circa, de offic. ordin.in 6.Petr. Rebuff.in prax benefic. in tit.de diſpenſat.ration.ætat.in verbo,vel circa,n.1.& 2.Menoch. de arbitr.Iud.d.caſ.46.n.4 Et fuit etiam dictũ in Rota,inRomana Locationis Vineę 20.Dec. 1602.coram R.P.D.Ludouiſio, nunc S. D. N. Gregorio XV.tunc S.Rotę Romanę Auditore.

4 Limita ſi agatur de certa temporis,& qualitatis probatione; nam tunc teſtis deponens cum hac dictione, nihil probat, nec attẽditur, poſſe iſtam dictionem referri ad modicam quantitatem ex Iudis arbitrio declarandam; itá enim concordant opiniones Doctorum de hac materia colloquentiũ,vt benè refert Gratian.de diſcept.forenſ.in c.277.n.25.tom.2. & in c.212. n.10.to.3.addens,itá tenuiſſe Rotam Romanam in Parmen. Status 3.Decem.1607. coram R.P.D. Ludouiſio,nunc S.D.N.Gregorio XV. tunc Sacræ Rotæ Romanæ Auditore.

5 Tu tamen dic,quòd licèt iſta modica quantitas relinquatur declaranda arbitrio Iudicis, intelligitur nihilominùs de decima parte, itá Corn.conſ.59.n.5.& 6.lib.4. vbi etiam voluit, modicam portionem,poſſe in quarta parte verificari,per tex.in l.ſi quis,C.de inoffic.teſtam. Et quod capiat decimam partem,dixit etiam Bero.in conſ.85.nu.4.lib 1. & ſequuta eſt Rota in d. Romana Locationis Vineæ.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Incontinenti, quid importet.*
2 *Prolata à lege trabit secum executionem iuris.*
3 *Communiter sumitur arbitrariè.*

DICTIO XCIII.

INCONTINENTI.

1 TExt. in l. final. C.de error. aduocat.dicit, hanc dictionem, triduo significare: Regulariter tamen significat enixam voluntatẽ disponentis, ad tradit. per Paris. in cons. 70. nu. 1.& 2. lib.3.Et significat idem quòd,mox, c.quia propter,& ibi glos.de election.& c.prçterea, ibiq. pariter glos. de testib. cogen. vel ac si diceretur, ipso iure, glos. in l. commissa, vers.statim, ff. de public.& vectig. & in c.cum excommunicato 11. quæst. 3. tradit Bart. in l.Imperator, ff. de iur. Fisc. Et ità dicendum est de dictione, statim, vt de vtraque firmat Angel. in auth. de incest.nupt. col.2. in princ. & Socc. Iun. in cons. 68. num.40. vol. 3.

2 Prolatæ namquè à lege trahunt secum executionem iuris,prout inquit Bald. in l.lecta, propè fin. ff. si cert. petat. & Soccin. vbi supra num. 41.

3 Com-

3 Communiter tamen ſumitur arbitrariè, & relinquitur arbitrio Iudicis, Abb. in d.c.præterea, in vlt. col. vbi Felin.verſ.in gloſa finali, num. 10. col. 774.

SVMMARIVM.

1 *In euentum, eſt dictio ſubſidiaria.*
2 *Idem de dictione, In defectum.*

DICTIO XCIV.

IN EVENTVM.

1 ADdita dictio iſta alicui diſpoſitioni, reddit eam ſubſidiariam, vt ſcilicet, locum non habeat niſi in ſubſidium, Rota in Romana, ſeu Ariminen. Pecuniaria 10. Decem. 1591. corã R.P.D. Gyptio, & in Romana ſupplemẽti legitimæ 30. Iun. 1619. corã R.P.D. Buratto.
2 Idemq. dicendum eſt de dictione, In defectum, vt in d. deciſ. & in alia Beneuentana, 1. Febr. 1616. coram eodem R.P.D. Buratto.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Infrà, habet relationem ad ſequentia.*
2 *Appoſita verbo, annum, quid ſignificet.*
3 *Eſt ſimilis dictioni, Intrà,*

D I-

DICTIO XCV.

INFRA.

1 Regulariter dictio, Infrà, habet relationẽ ad sequentia, & inferiùs dicenda, text. in l. qui liberos, §. hæc verba, ff. de vulg. & pupill. cuius opinionis fuit etiam Parif. in conf. 93. nu. 22. vol. 1. & Rolan. in conf. 34. nu. 27. tom. 4. ac secundum sequentia regulatur assumendo quod postea dicitur omittendo priùs dictum, Menoch. conf. 86. nu. 9. & 71. lib. 1. Modern. Roman. de discept. forens. cap. 575. num. 28. tom. 3. Bart. in l. Gallus, §. idem credendum, in fin. nu. 5. ff. de liber. & posthum. text. in l. 2. ff. ad leg. Aquil.

2 Quæ quidem si apponatur verbo, annum, nempè infrà annum, dò tibi licentiam accipiendi possessionẽ prędij mei, in qualibet parte anni possessio accipi potest, quia dat licentiam, secund. Abb. in c. final. n. 3. vers. sed iudicio meo, de secund. nupt. & fuit dictum in vna Perusina Bonorum Lunæ 20. Aprilis 1592. coram R. P. D. Penia, quæ decis. est impressa in tract. Pic. ad Statut. Vrb. & est 38. nu. 12.

3 Rursùs æquipollet dictioni, Intrà, quia ponitur inclusiuè, text. in l. venditione, ff. de action. empt. & Instit. de gradib. in princ.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Infrascripti, quomodo verificetur.*
2 *Et est relatiua.*

DICTIO XCVI. INFRASCRIPTI.

1 Dictio, Infrascripti, non verificatur nisi in his, quæ scripta sunt, & oculis corporeis legi possunt, Bart. in l. 1. in fin. ff. de his, quæ in testam. del. & in l. quis liberis, §. hæc verba, ff. de vulg. & pupill. Natt. cons. 476. n. 6. tom. 2.
2 Et est relatiua ad casus, qui infrà expressè enumerãtur, & descripti apparẽt, Paris. cõs. 93. n. 24. & seq. lib. 1. Menoc. cõs. 86. n. 71. lib. 1. Rim. Iun. cõs. 181. n. 13. lib. 2. & Hond. cons. 2. n. 19. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *In Perpetuum, dictio, quomodo intelligatur, & nu. 2.*

DICTIO XCVII. IN PERPETVVM.

1 Ista dictio intelligitur in infinitum, etiam post centum annos, Riminal. Iun. cons. 219. num. 22.

num. 22. lib. 2. Modern. Roman. de discept. forens. c. 131. num. 14. tom. 1.

2 Ruin. verò in cons. 143. nu. 6. vol. 4. dicit hāc dictionem exponi debere, ideſt dum viuit, & allegat text. in l. in perpetuum, iunct. glos. ff. de procurat. & defensor. vbi habetur, procuratorem posse constitui in perpetuum, & glosa exponit, ideſt dum viuit; per l. 1. ff. pro soc. idemq. Ruin. subdit simile dicendum esse de dictione, semper, de qua suo loco dicemus. At Borgnin. dicit in tract. de vsufruct. mulier. relict. sub nu. 175. esse intellegendam infrà tempus ad præscribendum, non autem à lege, seu à statuto præscriptum.

SVMMARIVM.

1 *Insimul, dictio, significat connexitatem.*

DICTIO XCVIII.

INSIMVL.

1 HÆc dictio, Insimul, significat congregationem, & connexitatem, text. in c. 1. ibi cum reliquo insimul, de consuet. lib. 6. in l. 3. circa prin. ff. si famil. furt. feciss. dicat. in l. Arethusa, ff. de stat. hom. in l. qui duos, ff. de vulg. & pupillar. & tradit Paris. in cons. 79. nu. 20. lib. 3. Atquè æquipollet dictioni, vna cum, cuius natura est congregare.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Obligatio, In solidum, importat integritatem, nulla admissa detractione.*
2 *Apposita in instrumento Societatis, quid importet.*

DICTIO XCIX.

IN SOLIDVM.

Dictio, In solidum, est considerabilis, mentiquè tenenda; nam si quis obligatur in
1 instrumento in solidum cum altero, obligatio importat integritatem (nulla admissa detractione) est text. in l. 1. & in auth. hoc itaquè, C.de duob.reis, & Phanucc.de Inuentar.par.7. num. 3. Caueat itaquè quisquè, si potest ab ista dictione.

2 Hinc infertur, quod dictio ista, apposita in instrumento, in quo plures in socios assumuntur, non potest intelligi pro rata solummodo portionum, pro quibus ipsi fuerunt in socios assumpti, vt declarauit Rota in Romana Casalis Palazzetti 16.Decembris 1587.coram R. P. D. Robusterio, in Romana Mutui 16.Nouem. 1601.coram Illustriss. Card.Lancellotto, & in Terracinen.paludũ 1.Iul. & 26.

No-

Nouembris 1616. & 10. Martij 1617. coram R.P.D. Verospio.

SVMMARIVM.

1 *Instar, hoc est ad similitudinem.*

DICTIO C.

INSTAR.

1 TAntum est dicere, Instar, quantum ad similitudinem, Bald.cons.232.nu.2. vers. præterea, lib.1. Archid.in c.2. post princ.vers. ad instar, de offic. leg. lib. 6. Bald. in l.1.C.de patr. qui fil.distrax. Card.in Clement. 1. in 5. notab. de iudi. Luc. de Penn. in l.2.post princ. C.de iur. Fisc. lib. 10. in l. 2. post med. C.de consue. lib. 2. & in l. semel, in princ. C.de re milit.eod.lib. Mandos.de priuil.ad instar, q.1. num. 2. & habetur apud Virg. 2. Æneid. Instar montis equum, diuina palladis arte. Apud Cicer. 2. Offic. Instar mortis. & fusius apud eundem Mandos. vb supra d. nu. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Insuper, intelligitur circa superiora.*
2 *Est continuatiua eiusdem sermonis.*

3 *Significat idem, quod vltrà.*
4 *Ampliat praecedentia.*
5 *Ponitur inter diuersa.*
6 *Item pro, praecipuè.*

DICTIO C.I.

INSVPER.

1 INtelligitur dictio, Insuper, circa superiora, vt addat superiori dispositioni retentis eisdem terminis, c. statutum, §. insuper, de rescript. in 6. c. vbi periculum, §. ipsos insuper, de electION. eod. lib. Bero. cons. 80. nu. 5. lib. 2. Marescott. variar. resolution. cap. 151. num. 8. lib. 1.

2 Et est continuatiua eiusdem sermonis, Rot in Romana Palatij 18. Februarij 1619. coram Reuerendiss. D. Sacrato.

3 Ac idem significat quod, vltrà, Rot. in Romana Nullitatis transactionis 26. Nouembr. 1616. coram R.P.D. Vbaldo, Petr. Rebuff. super concord. tit. de collat. §. 1. in vers. insuper.

4 Item ampliat praecedentia, glos. in c. non solum, ad fin. vers. & insuper, de regul. iur. lib. 6.

5 Ponitur quoquè inter diuersa, Gemin. cons. 44. n. 4. Mãdos. de priuil. ad instar, glos. 1. n. 12.

6 Et aliquando pro, praecipuè, c. cum accessissent, de constit. Mandos. vbi supra num. 14.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Intra, accipitur inclusiuè, & excludit extrema.*

2 *Et assumitur pro dictione, Iuxta.*

DICTIO C. II.

INTRA.

1 DIctio, Intra, accipitur inclusiuè, Mant. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 9. nu. 9. & includit extrema, cæteraq. excludit, l. 1. §. quod diximus, ff. de success. ædict. & sic qui vendidit quicquid est intra muros, videtur vendere ipsos muros, si sunt eiusdem venditoris, Bal. in l. 1. §. in initio, n. 8. cum alijs per eum allegatis, ff. de offic. præfect. Vrb. & quod includat extrema, est text. in l. æde sacra, §. 1. de contrahen. empt. Bald. in Rubric. C. eod. col. vltim. in princip. quæst. 22. nu. 23. & in d. l. 1. §. in initio, Socc. cons. 221. in princ. vers. & sic videtur facta, lib. 2. & ita etiã declarauit Rot. in Romana Societatis 2. Iunij 1608. corã Illustriss. D. Card. Lancellotto, & Modern. Roman. de disceptat. forens. in cap. 301. n. 20. to. 2.

2 Assumitur, & ista dictio pro, iuxta, l. si statuta, cũ ibi notat. ff. de regul. iur. & facit quod notatur in l. eas, ff. de condit. & demonstrat. Alex. cons. 8. num. 7. lib. 4.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Inter, significat extremitatem temporis.*
2 *Quandoq. ponitur pro dictione, Citra.*

DICTIO C.III.

INTER.

1 PEr dictionem, Inter, notatur temporis extremitas, l. non omnis, ff.si cert.petat. & illa ponitur inclusiuè, l. 1. §. in initio, ff. de offic.pręfect.Vrb.l.ædе,§.interim,ff.de cõtrah. empt.l.fundum,& l.quæro. ff.de action.empt.
2 Quandoq. verò ponitur pro dictione, Citra, l.final. ff.de iur. Fisci.

SVMMARIVM.

1 *Interdiù, est dictio temporalis.*

DICTIO C.IV.

INTERDIV.

1 INterdiù, denotat, idest, in die,& est dictio temporalis, cuius contrarium est noctu, l.si cõmunem, §.is qui nocturnam, ff.quemad. ser.

ſer. amic. l.hoc ædictum, §.labeo, ff.de his qui deiect. vel effuſ. l.itaquè, ff. ad l Aquil.& Cat. de re ruſtic. dum dicit: Canes interdiù clauſos tenere oportet, vt noctu acriores, & vigilantiores ſint.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Interim, denotat idem, quod medio tempore.*

2 *Reſtringit diſpoſitionem loquentis ad tempus cui adiecta eſt: non autem excedit tempus cui ſubijcitur, & num. 3.*

DICTIO C.V.

INTERIM.

1 DEnotat huiuſmodi dictio idem, quod medio tempore, l.qui ad certum, ff. locat. l.ſi chorus, in fin. ff.de legat. 3. l.libertus, §.in quæſtionibus, ff. ad municipal. Rim. Iun. conſ. 244. num. 48. & 71. lib. 3. Honded. conſ. 97. num. 17. vol. 1.

2 Reſtringit diſpoſitionem loquẽtis ad tempus cui adiecta eſt, vt poſt Card. in Clemen. 2. §.1. de ætat.& qualit. Grat. in conſ. 81. nu. 26. lib. 2. Rimin. Iun. in præfato conſ. nu. 277. cum ſequen. & idem Honded. in d. conſ. nu. 18.

3 Non tamen excedit tempus, cui subijcitur, l.qui ad certũ, verſ.interim, ff.de locat.d. l.libertus, §.in quæſtionibus, verſ. interim, quam ſententiam confirmauit Rota in Romana Societatis officij Lunæ 9. Aprilis 1612. coram R.P.D. Caualerio, quę deciſ.eſt impreſſa apud Zacch. de Societat. deciſ. 78. num. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Inuicem, denotat animi coniunctionē.*

DICTIO C.VI.

INVICEM.

Componitur dictio, Inuicem, Ex, In, & Vicem, vt exponit text. in l.qui inuicem, ff.de condit. indebit. auth. item ſibi inuicem, C.de
1 ſacroſ.Eccleſ. Denotat enim inter duos animi quandam coniunctionem, & beneuolentiam, & vt vocãt Sympathiam, qua ſeſe mutuo amore proſequuntur, l. 1. ff.de verbor. obligat. & l. 1. C. de ijs qui ant. aper. tabul.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Integraliter, ſeù Integrum, quid importet.*

2 *Appe-*

2 *Apposita in Statuto, quid operetur.*
3 *Et quid in beneficio Principis.*

DICTIO C. VII.

INTEGRALITER, seù INTEGRVM, vel INTEGRE.

1 IMportat ista dictio idem quod, totaliter, nullamq. diminutionem admittit, text.in l.nomen filiarum, §.final.ff.de legat.3.Peregr. de fideicom.cum alijs per eum relatis, art. 3. nu.90.Surd.cons.511.n.7.lib.4.Alex.cons.201. n.7.vol.6.Ruin.cons.159.n.6.vol.3.Paris.cons. 116.nu.14.vol.1.Ioan.de Amic. cons.12.n.29. Natt.cons.164.n.9. Rolan. cons.27.n.31.to.4.

2 Ex quo inferas, quòd stante Statuto, vt præmoriente vxore, sine filijs, maritus lucretur integram dotem, virtute huius dictionis, integram lucrabitur dotem, etiam in præiudiciũ filiorum primi matrimonij, vt latè dixit idem. met Roland. in tractat. de lucr. dot. in quæst. 38.

3 Imò adiecta in beneficio Principis, exempli gratia, si concedat Vassallo, vt de infeudatis possit integraliter disponere, & ordinare ad sui libitum, eius est efficaciæ, vt operetur nihil iuris, sibi Principem retinuisse, sed omne ius, quod habet, in Vassallum transfudisse,

vt probatur in l. si quando la 1. C. de bon. vacant. lib. 10. Et ratio est, quia tantum valet dicere integraliter, quantum, sine diminutione, glos. in Clement. dudùm, §. cum verò, in verbo, integrè, de sepult. cum alijs relatis per Natt. in cons. 464. n. 9. & 10. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Ità, accipitur multis modis, & nu. 2. 3. & 4.*

DICTIO C. VIII.

ITA.

1 HÆc dictio, multis modis accipitur. Aliquando enim significat idem quòd, sicut, l. fructus, ff. solut. matr. l. 2. C. de his quæ sub mod. l. cum mota. C. de transact. Gozad. cons. 8. sub num. 18.

2 Quandoq. idem quod dictio, sic, idest, hoc modo, l. ædificia, ff. de verb. signific. cū alijs, de quibus per Rebuff. in l. labeo, & Sabinus, §. itē si dominus, col. 9. vers. ita esse, ff. eod. & in l. triplici 142. col. 3. post med. ff. eod. tit. Honded. cons. 13. nu. 24. vol. 2.

3 Interdùm designat modum, & similitudinē, atquè declarationē ad rem expressam, vt ple-

nè

nè notatur in l.ità tamen, ad Trebell. Bart. & alij in l. quibus diebus, §. Termilius, ff. de condit. & demonstrat. in l. quamuis conuenerunt, de pignor. actio. Grat. in conf. 9. nu. 86. & in conf. 13. nu. 5. lib. 1. & Modern. Roman. de discept. forens. cum alijs ab eo relatis in cap. 575. nu. 33. tom. 3.

4 Et demùm denotat cõditionem, l. Iulianus, in glos. ff. de condit. & demonstrat. notatur in l. 1. ff. eod. tit. & tradit Grat. in conf. 126. num. 31. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Itaquè, dictio, restringitur ad praecedentia, & num. 2.*

DICTIO C. IX.

ITAQVE.

1 Restringitur dictio ista ad praecedentia, & ad ea venit declaratiuè, adnotata in l. Lucius, §. quae habebat, ff. ad Trebellian. in l. hac aedictali, §. his illud, C. de secun. nupt. in fin. Dec. conf. 521. nu. 16. tom. 2. l. venditor, §. si constat, ff. commun. praed. Socc. conf. 241. col. penultim. & final. vol. 2. Paris. conf. 22. nu. 39. lib. 3.

2 Et

2 Et restringitur ad præcedētia continuatiuè, l. si ad non, ff. de petit. hæredit. Bart. in l. prætor, ff. de publician. & idem Paris. cons. 40. num. 9. lib. 4.

SVMMARIVM.

1 *Dictiones, Ita quòd, & Ita tamen, sunt declatiuæ præcedentium, ac limitatiuæ.*
2 *Item intelliguntur secundum supradicta, & per eas non ampliantur præcedentia, & numer. 4.*
3 *Item inducunt conditionem.*

DICTIO C.X.

ITA QVOD, ET ITA TAMEN.

1 SVnt hæ dictiones declaratiuæ præcedentium, ac limitatiuæ, & restrictiuæ, l. Lucius, §. qui habebat, ff. ad Trebell. l. 1. §. hoc ædicto, vbi Bart. ff. de postul. Socc. Sen. cons. 49. col. 3. vers. cum ergo, lib. 1. & cons. 99. nu. 15. lib. 4. text. in c. cum M. Ferrariensis, de constit. & in c. significatum, de præben. Dec. cons. 226. num. 6. tom. 1. & cons. 521. num. 16. tom. 2. Gabr. cons. 35. num. 26. lib. 1. Paris. cons. 92. nu. 53. lib. 2. Socc. Iun. cons. 69. nu. 33. vol. 3. Bart. in l. talis scriptura, §. vltim. ff. de legat. 1.

Ruin.

Ruin conſ. 18. nu. 11. & conſ. 74. nu. 17. lib. 2. Pariſ. conſ. 20. nu. 47. lib. 2. Menoch. conſ. 134. nu. 15. lib. 2. Tiber. Decian. conſ. 7. nu. 62. lib. 1. Berret. conſ. 147. num. 6. & Honded. conſ. 69. nu. 45. lib. 2. cum alijs ibidem.

2 Intelliguntur enim ſecundum ſupradicta, & per eas non ampliantur præcedentia, ſed potiùs reſtringuntur, §. quoniam ſcimus, verſ. & ita, auth. de teſtib. Bal. & Odofred. in §. in cauſis, in tit. de pac. conſtanti, Alciat. coſ. 492. alias conſ. 44. num. 3. lib. 9. quem ſequitur Riminal. Iun. in conſ. 491. nu. 63. lib. 4. tradit Crauett. in conſ. 201. nu. 41. lib. 2. Hond. in conſ. 45. nu. 42. & 43. vol. 2. Bart. in l. in repetendis, ff. de legat. 3. in l. ſi tibi purè, eod. tit. & in l. quibus diebus, §. Termilius, ff. de condit. & demonſtrat.

3 Imò ſecundum aliquos conditionem inducunt, vt l. libertus, §. 1. ff. de manu. teſta. l. ita tamen, & d. l. Lucius, ff. ad Trebell. gloſ. in l. Iulianus la 2. ff. de condit. & demonſtrat. Rot. in Romana Laudi 28. Iunij 1613. coram R. P. D. Buratto, & apud Farinacc. deciſ. 515. nu. 2. vol. 1. Alberic. de Roſ. in ſuo dictionar.
4 in verbo, ita tamen, vbi in fine dicit, iſtas dictiones reſtringere, & determinare præcedentia, per text. in l. neganda, C. qui accuſ. non poſſ. & Pariſ. conſ. 17. num. 19. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Iterùm, dictio, denotat repetitionem, & ponitur continuatiuè.*

DICTIO C. XI.

ITERVM.

1 DIctio, Iterùm, denotat repetitionem, l. veluti, §. final. ff. de eden. Et ponitur continuatiuè, l. item si, ff. de procurat. l. item eorum, ff. quod cuiusq. vniuersit. nomin. Cótinuatio verò habet naturam coniungendi, & de duobus facit vnum, c. literis, extr de temp. ordin. Vndè coniuncta pro vno habentur, l. si non, C. de caduc. tollen.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Item, est repetitiua praecedentium.*
2 *Limitatur tribus modis, & num. 3. & 4.*
5 *Pluries repetita, ostendit diuersitatem capitulorum.*

DICTIO C. XII.

ITEM.

1 EST huiusmodi dictio repetitiua pręcedentium, repetitq. onus iniunctum in primo legato

legato cum qualitatibus, & conditionibus etiam in ſequenti, l. in repetẽdis, iunct. §. Caio, vbi Bart. & Cuman. ff. de legat. 3. Caſtrenſ. conſ. 88. nu. 1. par. 1. Alex. conſ. 158. nu. 5. & 6. lib. 6. l. cohęredi, §. qui patrem, ff. de vulgar. & pupillar. l. ſed, & ſi per prætorem, §. deindè, ff. qui ex cauſ. man. not. Bart. in l. talis ſcriptura, ff. de legat. 1. Bal. in l. 1. C. de leg. hęred. notatur in l. item in poteſtate, vbi Bart. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. l. 1. §. 1. ff. de publi. & ibi Bart. Caſtrenſ. & alij, quorum opinionem tenent etiam Dec. in conſ. 423. num. 3. tom. 2. Pariſ. in conſ. 18. numer. 23. lib. 2. & optimus Inſtitutiſta Ioan. Oinot. in §. item lapilli, num. 4. Inſtit. de rer. diuiſ. eſt etiam text. in l. à ſentẽtia, in princ. ff. de appell. conſuluerunt Alex. in conſ. 37. num. 10. lib. 3. & in conſ. 99. num. 8. lib. 7. Grat. in conſ. 114. num 14. & in conſ. 117. nu. 19. lib. 1. & in conſ. 18. nu. 36. lib. 2. cum alijs ibidem relatis, Surd. in conſ. 468. nu. 11. lib. 4. & Socc. Iun. in conſ. 85. nu. 22. & 24 & in conſ. 89. nu. 25. vol. 3.

2 Fallit 1. ſupradicta concluſio, quando in ſequentibus ſpecialis prouiſio adhibita eſt, l. ſub conditione, cum gloſ. ff. de hæred. inſtit. Vbi conditio adiecta in inſtitutione, nunquam cenſetur repetita in ſubſtitutione, & gloſ. ibi aſſignat rationem, quia ſubſtitutio ſemper ſpecialem ſuam conditionem ha-

bet,

bet, videlicet, si primus hæres non erit, &c. & per hoc Angel & Bald. in d. l. sub conditione, concludunt; quòd si testator instituit Titium sub cōditione, nempè si construxerit Cappellam in Ecclesia Sanctæ Mariæ Vissi, & si hæres non erit substituit Caium, & Titius non sit hæres, sed substitutus; dicta conditio construendi Cappellam non intelligitur repetita in personam Caii; ità etiam voluit Alex. in cons. 158. num. 6. lib. 6.

3 Fallit 2. quando repetitio congruere non potest, l. cum pater. §. cum imperfecta, ff. de legat. 2. Bal. in l. final. in fin. C. de indict. viduit. Alex. in cons. 199. num. 8. lib. 7.

4 Fallit 3. quando ista dictio ponitur inter orationes perfectas, quia tunc facit cessare repetitionem, Bart. in l. Sæiæ, §. Caio, ff. de fund. instruct. Ias. cons. 207. col. 2. vol. 2. Curt. Iun. cons. 72. num. 6. & cons. 102. vol. 2. & deniquè Rolan. à Vall. cons. 34. num. 36. vol. 4.

5 Habet, & aliam naturam, quæ pluries repetita ostendit diuersitatem capitulorum, inter quæ ponitur, vt post Gemin. & Boer. scripsit Rebuff. in l. labeo, & Sabinus, §. item si dominus, col. 3. vers. & hæc dictio, ff. de verbor. significat. ac consuluit Honded. in cons. 69. num. 24. vol. 2.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Ipse, est personalissima, & demonstratiua ad oculum, & magis restringit quàm aliæ dictiones relatiuæ, & numer. 2.*
3 *Inducit repetitionem præcedentium.*

DICTIO C. XIII.

IPSE

1 NOn solum dictio, Ipse, est relatiua præcedentium, sed etiam personalissima, & demonstratiua ad oculũ personæ supra expressę, & aliarum personarum exclusiua: optimè Bald. in cons. 304. n. 1. in fin. vol. 5. cuius doctrinam ait singularem, nec alibi legisse, Ias. in l. filius familias, § Diui, in 2. lectur. nu. 151. ff. de legat. 1. vbi Ferd. Leaz. n. 188. & Rip. 111. Decian. ad diction. Alberic. in verbo, ipse, vbi alios citat: Barbat. cons. 87. nu. 3. vers. 2. dico, vol. 4. Socc. cons. 250. nu. 5. vol. 2. Socc. Iun. cons. 144. nu. 14. vol. 3. Rolan. cons. 59. nu. 27. & seqq. cons. 55. nu. 29. vol. 3. & cons. 97. nu. 21. vol. 4. Rot. apud Farinacc. decis. 300. nu. 21. & decis. 619. nu. 3. vol. 1. & decis. 507. nu. 9. vol. 2. Menoch. cons. 82. nu. 158. Becc. cons. 88. nu. 10. & 38. Surd. cons. 163. nu. 15.

vol. 2. & decis. 210. nu. 18. Rota in Romana domus 13. Februarij, & 24. Nouembris 1617. coram R. P. D. Pirouano, Franc. inter cons. Felin. cons. 25. num. 13. cum sequen. Guid. Pap. quæst. 411. Cald. de emphyt. extinct. lib. 4. c. 13. nu. 34. & sequen. Menoch. cons. 115. n. 5. Rota in Bononien. de Mangiolis 20. Februarij 1615. coram R. P. D. Caualerio.

Et licèt videatur stare personalissimè, quandoquè tamen stat demonstratiuè, prout postulat subiecta materia. Vndè si facta alicui donatione cum pacto, quòd (eo sine filijs decedente) bona reuertantur ad ipsum donantem, hoc casu dictio, ipsum, stat demonstratiuè, nec impedit quo minùs, eueniente conditione, ad hæredes donantis reuertantur, vt fuit resolutum in Romana hæreditatis, prima Februarij. 1610. coram R. P. D. Coccino.

2 Restringit nihilominùs magis quàm aliæ dictiones relatiuæ, Gabr. cons. 113. nu. 64. & cons. 154. nu. 13. vol. 2. Doctor. in d. l. filius, §. Diui, Rebuff. in l. sciendum est, §. idem dicitur, col. 4. vers. vndecimus, ff. de verbor. significat. Hond. & alij, quos allegat. cons. 11. num. 21. vol. 2. Grat. cons. 76. num. 11. lib. 1. latissimè Surd. cons. 448. num. 29. lib. 3. viden. & Paris. cons. 95. num. 14. lib. 2.

3 Inducit quoquè repetitionem pręcedētium, vt in simili dicitur de dictionibus, eos, & prę-

dictos,

dictos, per quas relationes intelliguntur repetita ea, ad quæ fit relatio, l. pluribus, in princ. ff. de verbor. obligat. Bart. in l. si quis seruum, ff. de legat. 2 Ruin. cons. 161. nu. 9. & cons. 117. num. 1. & 3. vol. 2. Rolan à Vall. cons. 67. nu. 82. tom. 3. & cons. 30. nu. 20. tom. 4.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Iuxtà, multipliciter declaratur, cum num. sequentib.*

DICTIO C.XIV.

IVXTA.

1 Dictio, Iuxtà, diuersimodè sumitur. Et I. Dicendum est, quod stet similitudinariè, vt dictio, sicut, tanquam, ad instar, & simil. l. si quis, C. de sepulc. violat. l. 1. C. de his, qui par. vel lib. occid. l. leges, vt generales, C. de leg. Bero. cons. 38. num. 3. vol. 1. Et sic in dubiò potiùs censetur stare demonstratiuè, quàm restrictiuè, Bart. in l. Centurio, nu. 39. & ibi Ias. nu. 51. & Rip. nu. 173. ff. de vulg. & pupill. Dec. in c. quoniam Abbas, nu. 14 vers. & in dubiò, de offic. de leg. Rot. decis. 27. num. 7. par. 2. diuers. & Paris. cons. 4. num. 36. lib. 4.

2 II. In priuilegijs intelligitur ſtare cauſaliter, Roman.conſ.336.nu.3. In reſcriptis verò iuſtitiæ conditionaliter, Felin. in c.2. nu. 10. de reſcript. Curt.Iun.conſ. 97.n.3.Grammat. deciſ.59.n.24.Ioan.Bapt. Ferrett. conſ.86.n.5. c. examinata, de confirm. vtil. vel inutil. Roman. conſ. 336. & ibi Mandoſ. in addit. in litera B.

3 III. Significat propinquitatem,& vicinitatem, l.quidam hyberus, vbi.Bart.ff.de ſeruit. vrban.prædior. Bald.in l.1. nu.2. C.de Epiſc. & Cleric. Bart.in l.decernimus, in fin. C.de aquedu&.lib.11. Alex.conſ.120. num.6.vol.2. Felin.in c.quia iudicãte,col.final.de prǫſcript. Bero. conſ.144.n.16.vol.3. Surd.cõſ.429.n.73. lib.3. quæ quidem vicinitas debet intelligi cũ aliqua diſtantia, vt voluit Bald.in l. 1 C. de ſacroſ. Eccleſ. & Grat. in conſ. 112. num.22. lib. 1.

4 IV. Ponitur pro dictione, ſecundum, vt eſt text.in c.maiores, de Baptiſm. Riminald.Iun. in conſ.106.num.1.vol.1.Alberic.in dictionar. in verbo, iuxta.

5 V. Ponitur etiam continuatiuè, l.fiſtulam, §. iuxta, ff. de ſeruit. vrban.præd. Et ponitur quandoq.aſſertiuè,c.ablatum,extr.de verbor. ſignificat.

6 VI. Adiecta certæ diſpoſitioni, & prolata in materia, cuius natura ſit diſponere,qualis

eſt

est sententia, stat causatiuè, non autem relatiuè, & restrictiuè, Rot.dec 40.n.3.par.2.diuers.

Intellige tamen, vt hoc procedat, quando non constat de relato, secùs quando illud reperitur, vt per Bart.in extrauag.ad reprimen. vers. prout, sub nu.2. dicentem, dictionem, iuxta, prout, & alias similes dictiones, si referantur ad aliquod factum, quod sit de praeterito, tunc, si de eo constat, stare limitatiuè, si verò nō constat, stare causaliter; cuius opinionem sequitur Alex in cons. 46. nu.9. lib.1. Dec.in cons.63.nu.6.tom.1.& in l.ædita,n.84. in fin.& nu.sequent.C.de eden. Curt. Iun. in cons.92.nu.10. Ruin.in cons.25. num.11.lib.1. Socc. Iun. in cons.122. num.33.lib.3. Rot.in d.decis.40.sub num.4. & 5. Grat. in cons.105. num.2. vol.2.

7 VII. Relata ad facultatem alicui datam, stat limitatiuè, Rot.in Romana Pecuniaria 18. Iunij 1607. coram R.P.D. Penia.

8 VIII. Stat etiam relatiuè ad praecedentia, c.Abbate, §.praeterea, vbi glos. de verbor. significat. Alex. cons. 81. num. 8. lib. 6. & dixit Rot. apud Farinacc. decis. 586.num.2.vol.1.

SVMMARIVM.

1 *Citatus ad comparendum legitimè, quomodo debeat comparere, & num. 2.*

DICTIO C.XV.

LEGITIME.

1 DIctio, Legitimè, significat idem quod, omni modo iuridico; vt si quis citatus fuerit ad comparendum legitimè, in iudicio, intelligitur, vt compareat, vel per seipsum, vel per Procuratorem legitimũ, ita tradit Bald. in
2 cõs. 149 circ. med. lib. 5. Vbi dat hanc optimã limitationem, vt si huiusmodi dictio habeat annexum in se locum prohibitum, & citatus ad comparendum legitimè in loco, ad quem prohibetur citato, eius accessus non tenetur comparere, neque mittere Procuratorem, ratione loci prohibiti.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Liberè, importat sine aliquo impedimento, & sine aliqua contradictione.*

2 *Apposita in contractu, quid importet, & quid in venditione, & nu. 4.*

3 *Et quid in facultate alicui concessa, de conferenda aliqua re.*

DICTIO C.XVI.

LIBERE.

1 SOlet imponi dictio, Liberè, sine impedimento, & sine aliqua contradictione, vt est

glos. in

glos. in Clement. dudùm, in verbo, liberè, de sepult. & in Clement. final. de ætat. & qualit. Butr. in c. 1. & ibi Barbat. de offic. ordin. Alex. cons. 214. nu. 4. vol. 6. Curt Iun. cons. 2. num. 3. Tiraquell. in l. si vnquam, in verbo, Reuertatur, n. 135. C. de reuocan. donat. Ruin. cons. 1. n. 21. vol. 1. Roland. cons. 42. nu. 18. Natt. cons. 530 nu. 10. vol. 3. Rip. de remed. ad conseruan. vbert. nu. 243. Socc. cons. 13. in fin. lib. 1. Aret. cons. 76. nu. 3. Dec. cons. 360 nu. 50. Rip. in l. 1. nu. 10 ff. quor. legat. Alciat. respons. 607. nu. 3. Gozad. cons. 91. n. 7. & cons. 58. nu. 2. Socc. Iun. cons. 72. n. 7. lib. 2. Durant. de art. testan. in tit. de substit. n. 32 Menoch. de adipiscen. remed. 2. n 52. Vinc Caroc. decis. seu cas. 80 nu. 38. vbi quod ista dictio significat absolutam potestatem, nulli legi suppositam. Et idem est, ac si diceretur, plenè, c. Pisanis, in fin. de restit. spoliat. & sine contradictione, & molestia, c. cum ex officijs, de præscript. Canonist. post Archidiac. in cap. 1. de supplen. negligen. Prælat. lib. 6. Paris. cons. 81. num. 5. lib. 3. l. fideicommissa, §. quamquam, ff. de legat. 3. & ibi Doctor. Bart. in l. alio, vers. Item quæro, dicit testator, ff. de aliment. & cibar. legat. Capic. decis. 96. num. 5. & habetur in c. ambitiosæ, in extrauag. ad reprimen. hoc est sine contradictione, & aliquo impedimento, Alex. cons. 12. Viso themate, n. 2. & cós. 14. n. 3. lib. 2.

Vel dic, quòd significet, ipso iure, ipso facto, vel absque alicuius Iudicis licentia, vt voluit Corn. in conf. 165. nu. 23. lib. 2.

2 Apposita in aliquo contractu, importat idem ac si dixisset, sine aliqua solemnitate, vt est text. secundum intellectum Hostiens. in c. 1. de rescript. in antiq. cui intellectui satis inherere videntur Florent. & Panormit. est & alter text. in l. 1. & ibi Bart. in 6. quæst. C. de sacros. Eccles. Corn. cons. 54. nu. 7. vol. 4. quam opinionem confirmat Bart. in l. precibus, in penultim. col. de impub. & alijs subst. qui quidem licèt loquantur de dictione, pleno iure, tamen, plenè, & liberè, idem important, vt notat Bart. in d. l. alio, & Ruin. in cons. 140. num. 3. vol. 4.

Et vt inquit Philosophus 1. Metaphysic. & B. Thom. 2. 2. quæst. 19. c. 24. operatur ista dictio, sine aliquo extrinseco, Corn. in supracitato cons. 165. num. 24. & ab omni necessitatis obseruantia, & solemnitate abstractum, quemadmodum sentit Bal. in c. quæ in Ecclesiarum, col. 2. nu. 4. vers. ibi liberam, extr. de constit. text. in l. 1. ff. de testament. milit. Marc. Ant. de Amat. decis. March. 53. num. 3. 4. & 5. & deniquè Tiraquell. in præcitat. loco eod. num. 135.

3 Adiecta in facultate alicui concessa de conferenda aliqua re, importat, vt facultas illa

non restringatur ad certum genus personarũ, argum.text.in l.nec solum, & in l.imò, ff. de opt.leg. Bald.in tract.de Schismatic. post. tit. C.si quis aliq.test.prohib.num.12. & in l.final. §.sed, & si quis, num. 26. C. com. de legat. & fuit dictum in Vallisoletana Praeeminentiarũ 24.Nouembris 1603. coram bo. mem. Card. Pamphilio.

4 Item apposita in venditione importat immunitatem ab omni obligatione, l.nõ dubito, §.liber autẽ populus, ff de capt. & postlimin. reuers. Tiraquell.in l.si vnquam, in verbo,Reuertatur, nu.135.C.de reuocan.donat. & fusiùs Rota apud Farinacc. decis.669. nu.2. ibi, & Gratus huic venditioni, vol. 1.

DICTIO C.XVII.

LICET.

IMplicat ista dictio casum dubitatiorem, sicut dictio, etiam, Nauarr. in Commentar. de vsur. glos. 15. nu. 97. Polyd. Rip. in tractat.de nocturn. tempor. cap.78. num.4.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Linea, quomodo, & qualiter intelligatur.*

DICTIO C. XVIII.

LINEA.

1 Linea, est dictio collectiua personarum ab eodem stipite descendentium, gradus continens, & numeros distinguens, secundum Ioan. Andr. in suo Commentar. super arbore affinitat. probatur in l. stemmata, ff. de gradib. Bald. conf. 334. num. 9. part. 3. Surd. cum alijs ab eo relatis conf. 344. nu. 14. lib. 3. & Castren. conf. 111. nu. 4. part. 1.

Quę quidem dupliciter intelligi potest, scilicet, de linea recta, & de inflexa, idest, transuersalis. Recta duplex est, ascendens, & descendens; transuersalis similiter, videlicet, superior, vt Patruus, Amita, Auunculus, & Matertera, & descendens, seù procedens, vt Frater, Fratris filius, Soror, Sororis filius, &c. Bald. conf. 321. in princ. vol. 1.

Tu verò sume communem conclusionem, vt quotiescunque fit mentio de huiusmodi dictione, in dubio intelligatur de linea recta, non inflexa, vel obliqua, argum. l. qui liberis, §. hæc verba, ff. de vulgar. substit. & Bald. vbi supra, & plura apud eundem in conf. 333. nu. 6. 7. 8. 9. & 10. vol. 3.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Longum tempus, denotat spatium decem annorum.*

2 *Obliuio præsumitur etiam in facto proprio spatio decem annorum.*

DICTIO C. XIX.

LONGVM TEMPVS.

1 QVæritur quot temporis spatium denotet ista dictio, Longum tempus, & dic spatium decem annorum, vt probatur ex Rubric. C.de præscript. long.tempor.& notat Alex.in l. si finita, §. si vectigalibus, ff. de damn. infect. col. 2. vbi allegat multas concordantias.

Idemq.tempus significant etiam dictiones, diù, & diutiùs, & diuturnus, Bart.in l.de quibus, col.5.ff.de leg. l. diutina, C.de præscript. long. tempor.

Et quoniam loquimur de scientia tempo-
2 ris non erit inutile scire, quod etiam in facto proprio spatio decem annorum præsumitur obliuio, Seraphin. decis. 1439 per tot. part.2. glos.& Doct.in l.1. C. de seru. fugit. & Petr. Gherard. singul. 18. nu. 4.in fin.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Magis, stat comparatiuè, & electiuè, & num. 2.*
3 *Declara.*
4 *Modus cognoscendi, vtrum stet comparatiuè, vel electiuè.*
5 *Ponitur quandoq. pro dictione, Minùs.*

DICTIO C.XX.

MAGIS.

1 STat quandoq. dictio ista comparatiuè, l. magis putò, ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel cur. glos. in l. si constante, §. quoties, ff. solut. matr. & in l. clam possidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquir. possess. & alibi sæpè.

2 Quandoq. electiuè, l. etsi fortè, §. hæc actio, ff. si seru. vend. l. 1. cum ibi notat. C. comm. diuid. glos. in l. iubere, ff. de iurisdict. omn. iudic. & in l. 2. §. 1. ff. si cert. pet. Rip. in l. stichus, qui meus erit, num. 18. ff. de legat. 1.

3 Sciendum tamen est, quod quando ponitur inter contraria, seu incôpatibilia, stat electiuè, l. & magis, ff. de solut. quâdo verò inter côpatibilia, stat côparatiuè, ità dixit Ias. in d. l. iubere, col. 7. referens ibi Bald.

4 Mo-

4 Modus verò cognoſcendi, vtrum ſtet comparatiuè, vel electiuè, traditur à Bal. in allegata l.iubere, vbi Iaſ.col.6. & in l.tranſactione finita, C. de tranſact.

5 Ponitur etiam aliquando prò dictione, Minùs, l. properandum, § final. C.de iudic. l.2. §.1. ff. vi bon.rapt.gloſ. in d.l.ſtichus, in princ. & in l.conſimili, §.final.de curat. furioſ.

SVMMARIVM.

1 *Magnus, dictio, quid denotet.*

DICTIO C.XXI.

MAGNVS.

1 Dictio, Magnus, denotat improprietatem quandam, vel extenſionem ad ſecundum quid, quæ non fit in ſtatutis ponentibus aliquam exceptionem contra ius commune: vt eſt text. in l.iubemus, §. final.C. ad Trebellian. & hoc corroboratur ex his, quæ notat Bald.in l.vxor, C. qui accuſ.non poſſ. & Alex. in conſ. 97. nu. 5. lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Maximè, ponitur comparatiuè.*

2 *Quan-*

2 *Quandoq. abundat.*
3 *Item est implicatiua.*
4 *Secùs si ponatur post genus speciem includens.*
5 *Importat idem, quòd præsertim.*

DICTIO C.XXII.

MAXIME.

1 ISta dictio ponitur, quandoq. comparatiuè, l. filius familias, ff. de condit. & demonstr. l. Prouinciarum, C. de fer. Gemin cons. 6. num. 4. vers. dictio etiam, Maximè.

2 Quandoq. verò abundat, l. vltima, circa princ. C. de testam. l. ea quę, de rescind. vendit. Cagnol. in l. non potest videri, nu. 5. ff de regul. iur. Ias. in l. qui se patris, col. 10. C. vnd. liber. Secùs si ponatur aduerbialiter, quia tunc habet vim restringendi, arg. eius, quod dicitur in l. quod si minor, in fin. & ibi etiam glos. in §. Sceuola, ff. de minor. l. pater, §. et si pecunia, ff. eod.

3 Est etiam implicatiua, vt notat glos. in l. illud, vers. æstimamus, ff ad leg. Aquil. in c. ad abolendam, de fil. Presbyt. & in c. cum Apostolica, de his, quæ fiunt à Prælat. tradit Alex. in cons. 47. nu 6. lib. 3. Paris. in cons. 192. nu. 17. lib. 1. Alberic. de Ros. in diction. in verbo, Maximè, Corn. in cons. 69. num. 2. vol. 1.

vol. 1. in conf. 14. num. 2. vol. 3. in conf. 329. num. 8. vol. 1. & in conf. 21. num. 12. vol 2. & Rota apud Farinacc. in decil. 257. num. 4. vol. 2.

4 Secùs autem eſt, ſi ponatur poſt genus ſpeciem includens, eo enim caſu non denotat implicationem, auth. habita, C. ne fil. pro patr. facit text. in l. et ſi maximè, ff. de ſeru. legat. gloſ. in l. illud, ff. ad leg. Aquil. vbi not. Florent. Surd. conſ. 330. num. 24. lib. 3. & Abb. in c. chariſſimus, num. 8. de conuer. coniug.

5 Et importat idem, quòd dictio, prę ſertim, Gemin. conſ. 16. n. 4. in fin. Calderin. conſ. 548. de verbor. ſignificat.

DICTIO C. XXIII.

MEVM.

NAtt. in conſ. 675. num. 3. tom. 4. refert, hanc dictionem appoſitam in vniuerſali diſpoſitione, non reſtringere vniuerſali diſpoſitum. eſt enim dictio, quæ adiecta perſonæ, facit vt comprębendantur, quæ aliàs in diſpoſitione non comprębenderentur, l. Quintus, §. argento, ff. de aur. & arg. legat. & eſt demonſtratiuè temporis præſentis, Corn. conſ. 104. ſub num. 4. vol. 4.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Moderatio, accipitur pro gubernio.*
2 *Significat moderationem faciendam arbitrio Iudicis.*
3 *Cataldinus de Boncompagnis Auctoris Conciuis laudatur.*
4 *Borsius I. Ferrariæ Dux nominatur.*
5 *Ardicinus S. R. E. Cardinalis à Porta familiarissimus præfati D. Cataldini.*
6 *Ludouicus de Visso Iurisconsultus laudatur.*

DICTIO C. XXIV.

MODERATIO.

1 SVmitur dictio ista pro gubernio, vt quando dicimus, moderante domino, idest, gubernante; quemadmodum benè colligitur, ex textu in l. final. C. de iudic. ibi, si autem non est moderator Prouinciæ in præfato loco, & in l. final. C. de pedan. iudic. ibi, superfluum est moderatorem expectare Prouinciæ; ita etiam interpretatur Archid. in c. statutum, num. 6. de præben. & dignitat. lib. 6.

2 Significat etiam diminutionem quandam faciendam arbitrio Iudicis, vt est text. in c. final. de verbor. significat. Anchid. in d. cap. num. 2.

num. 2. & ita tradit practicus Doctor, & Co-
3 mes D. Cataldinus de Boncompagnis Conciuis meus in suo aureo Tractat. de Syndicat. q.184.n.121. Vir quidem (si paululùm digredi mihi licèt) virtutum omnium, & legum præsertim eximius, antiquitatis simul, & nobilitatis præclarissimus, cuius antiquiores, Comites olim fuisse Castri Maceretæ sub Visso communis patriæ iurisdictioni positi, nemo est quin nesciat; Tractatum Translationis Sacri Concilij Basileæ, Tractat. supracitatum de Syndicat. Concilia Criminalia compilauit, typisq. deprompsit, & Volumen etiam Consiliorum Ciuilium perfecit, quod adhuc in lucē
4 æditum non est. Fuit generalis Auditor totius Status Borsi I. Ducis Ferrariæ, Muti-
5 næ, & Regij, ac familiarissimus Ardicini primi S. R. E. Cardinalis à Porta Nouariensis, & post multa ab se onera, ac septuaginta, & vltra Officia doctè perfuncta, vt recenset Bart. Soccin. in cons. 24. num. 9. vol. 1. quatuor de centum annos agens, honorificè obijt, cuius virtus ad memoriam sempiternam postero-
6 rum vigebit, vnà cum Ludouico per antonomasiam, de Visso nuncupato Iurisconsulto antiquissimo, & celeberrimo, quem præ cæteros refert Bertach. in verbo, possessio secundum, part. 4. fol mihi 109.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Modo, est dictio, demonstratiua præsentis temporis.*
2 *Importat idem, quod dictio, nunc.*
3 *Et nullam dilationem admittit.*
4 *Accipitur, taxatiuè.*
5 *Interdùm ponitur, pro aliquando.*

DICTIO C.XXV.
MODO.

1 MOdò, est dictio, demonstratiua præsentis temporis, prout benè colligitur ex text. in princip. Instit. de rer. diuis. ibi modò videamus.

2 Importat idem, quod dictio, nunc, l. 1. ff. de cond. indebit. l. 1. §. nunc tractemus, ff. de
3 tutel. & ration. distrahen. nullamq. dilationem admittit, sed denotat aliquid esse faciendum, nulla interposita mora, l. scimus, C. de in offic. testament.

4 Accipitur taxatiuè, & pro tantummodo, vel solummodo, l. final. C. de offic magi. milit. l. fructus nō, in prin. & ibi glos. ff. de rei vēdicat.

5 Et interdùm ponitur pro aliquando, text. in §. is quoquè, & ibi glos. ibi, sed sanè huic modo, Instit. quod cum eo.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Mox, dictio apposita in lege, quid denotet, & num. 2.*

DICTIO C.XXVI.

MOX.

1 APposita dictio, Mox, in aliqua lege, denotat excusationem fieri ipso iure; vt est gloss. in auth. de incest. nupt. circa princ. in vers. imminere, & ibi plenè Bart. qui infert, excusationem, de qua in l. si quis maior. C. de transact. fieri ipso iure, non per sententiam, sed propter dictionem, mox, ibi positam, Corn. cons. 226. nu. 4. vol. 3.

2 Aduertendum tamen est, quod licèt non requiratur sententia diffinitiua, requiritur nihilominùs sententia declaratoria, quæ declaret, talem incidisse in tali crimine, text. in c. cum secundum, de hæret. lib. 6. Doctor. in l. post contractum, ff. de donat. & Anton. Corsett. in repetit. Rubric. de iur. iur. in 3. priuil. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Multa, dictio, in quot verificetur.*

DICTIO C. XXVII.

MVLTA.

1 QVæritur in quot perſonis verificetur iſta dictio, Multa, dic quod in duobus, vel tribus: vndè ſi quis dixerit, multos adeſſe, multos veniſſe, &c. Etiam in binario, vel ternario nomine verificari poteſt, l. 1. §. hoc reſcriptum, & ibi Bart. ff. de Sen. Conſult. Syllan. §. final. Inſt. de iur. perſon. gloſ. in c. ad noſtram, in verbo, per multos, de reb. Eccleſ. non alien. Natt. conſ. 649. nu. 12. tom. 4. Dec. conſ. 429. nu. 18. tom. 4. Rolan. à Vall. conſ. 54. num. 2. & ſeq. lib. 1. & Hond. conſ. 102. nu. 71. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Nam, ponitur pro, quia, & denotat continuationem, & num. 2.*

DICTIO C. XXVIII.

NAM.

1 REgulariter dictio, Nam, ponitur pro, quia, Bart. in l. demonſtratio, §. quod autem, ff. de condit. & demonſtr. l. final. ff de dol.

dol. except. Et denotat continuationem, l. nam Imperator, ff. de legat. 1. l. nam, & ipsum, ff. de iust. & iur. l. nam ita Diuus, de adoption. l. 2. C. rer. amot. & tradit Alberic. in suo diction. in verbo, Nam.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Ne, an inducat modum, vel conditionem, & in dubiò quid significet.*

2 *Ponitur quandoq. pro, an, & alijs modis.*

DICTIO C. XXIX.

NE.

1 QVæritur vtrum dictio, Ne, inducat modum, vel conditionem; & secundum text. in l. cum tale, §. Titius, ff. de condit. & demonstrat. quandoq. inducit modum, quandoq. cõditionem. Nam aut per huiusmodi dictionem apponitur aliquid explicãdum, antequam quis consequatur emolumentum, & tunc conditionem inducit; aut aliquid explicandum post emolumentum consequutum, & inducit modum, glos. in l. cum pater, §. Titio fratri, ff de legat. 2. Alex. in l. qui absenti, §. si quis, ff. de acquir. possess.

In dubiò autem videtur, quod faciat modũ,

vt in d. §. Titius, & Bart. in d. l. qui absenti, §. 1. nu. 2. Corn. conſ. 287. nu. 4. vol. 4.

2 Ponitur quandoq. pro dictione, an, l. vltim. ff. de iur. delib. quandoq. pro, et, l. omnium, ff. de vſufruct. aliquando pro, non, l. final. C. vbi, & apud quos in integr. reſtit.

SVMMARIVM.

1 *Nec, dictio, eſt copulatiua, & continuatiua praecedentium.*

DICTIO C. XXX.

NEC.

1 Dictio, Nec, copulat, continuat praecedens dictum, & ſtat declaratiuè ad praecedentia, l. nec quicquam, ff. de offic. Proconſ. & lega. Socc. conſ. 10. n. 5. vol. 3. Pariſ. conſ. 111. num. 25. vol. 1. Roland. à Vall. conſ. 80. nu. 56. tom. 3. Iaſ. in l. miles, nu. 18. de re iudic. Hond. conſ. 14. nu. 81. vol. 2. Bart. in l. ſæpè, de verbor. ſignificat. & ibi Dec. & in l. nec emancipati, C. de collat. Bou. de Stat. Vrb. præſcript. gloſ. 16. num. 6. text. in l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem aureos, ff. de verbor. ſignificat. & ibi notant Doctor. Ruin. conſ. 119. numer. 2. vol. 4.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Necnon, dictio, resoluitur in copulam.*

DICTIO C.XXXI.

NECNON.

1 RESoluitur dictio ista in copulam, et, repetitq. omnes qualitates præcedentes, Bart. in l. Sejo, §. Caio, ff. de fid.instrument. Neuizz. conſ. 72.nu. 14. Cæſ. de Graff. deciſ. 132. num. 5. de reb. Eccleſ. non alienan. Rot. in Leodien. Domus Clauſtralis 23. Martij 1615. coram R.P.D. Caualerio, relat.per Farinacc. deciſ. 668. nu. 1. vol. 1. & 18. Aprilis 1616. coram R.P.D. Remboldo.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Negatiua, omnia excludit, etiam minima.*
2 *Item requirit concurſum omnium particularium.*
3 *Appoſita verbo, Poteſt, quid importet.*
4 *Ponitur propriè, & impropriè.*

DICTIO C.XXXII.

NEGATIVA.

1 Dictio vniuersalis Negatiua putà, nullum, omnia excludit etiam minima, glos. in c.statutum, in verbo, nullum, de rescript. lib. 6. in c. nemo potest, in glos. 2. de regul. iur. lib 6. Gemin. cons 35. col. 1. in fin. Crauett. cum alijs per eum allegatis cons. 294. nu. 6. part. 2.

2 Et requirit concursum omnium particularium, alias oratio redderetur falsa, l. is qui ducenta, §. vtrum, ff. de reb. dub. Natt. cons. 629. num. 3. tom. 3.

3 Apposita autem verbo, potest, importat omnem impossibilitatem, priuat potentiam, & inducit necessitatem præcisam, l. nemo poterit, ff. de fur. l. nemo potest, ff. de legat. 1. cum simil. allegat. per Bald. in l. 1. nu. 46. C. qui admitt. glos. ordin. in c. 1. vers. non potest, de regul. iur. in 6. Bart. in l. final. nu. 7. & post alios Ias. nu. 24. ff. de fur. idem Bart. in l. de his, nu. 4. ff. de transact. & in l. cum lex, sub num. 6. ff. de fideiussor. & pleniùs in l. Gallus, in princ. nu. 1. & 4. & alij præcipuè Ias. sub nu. 16. & nu. 71. cum sequent. ff. de liber. & posthum. Bal. in l. 1. ff. de iniust. testament. Abb. in c. 1. in vlt. notab. de cau. possess. & proprie. & in c. 1. in 2. notab.

de

de fid. instrument. idemq. Abb. & Felin. in c.quanto, in princ.de præsumpt.Dec.in l.pacta quæ contra,nu.10.C.de pact.& ibi Ias.n 7. in l.non dubium,nu.60.C.de leg.& in l.stipulatio ista, §. alteri, nu.17. ff. de verbor. obligat. Rip.& Ias.in l. 1. in 1. notab. eod. tit. deniquè, Alex.in cons.77.nu.2.& 3.vol.3. & Staphil. de liter.grat.in tit.de vi, & effect. clausul.nu.10.

4 His ita positis, poni etiam dictionem istam quandoq. propriè, quandoq. impropriè, dicit text.in l.in persona, in princ. ff.de pact.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Nempè, est affirmatiua, & similis dictioni, Certè, & Planè.*

DICTIO C.XXXIII.

NEMPE.

1 AD affirmandum aliquid vtimur sæpè ista dictione, Nempè, quæ est affirmatiua, & denotat idem, quod certè, l.sed etsi inter me, ff. de seruitut. vrban. præd. & est similis dictioni, planè, l.finali, ff.de iur. Fisci.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Nequè, quid requirat.*

DICTIO C. XXXIV.

NEQVE.

1 Requirit iſta dictio concurſum, vtriuſquè, & continet in ſe copulatiua, l.ſi quis ita ſtipulatus fuerit decem aureos, ff. de verbor. obligat. l. ſi is qui ducenta, §. item ſi pater, ff. de reb. dub. Alex. conſ. 92. num. 14. lib. 3. & notat Bart. in l.quidam teſtamento, ff. de vulgar. & pupillar.

SVMMARIVM.

1 *Nihil, eſt dictio, vniuerſalis negatiua.*

DICTIO C. XXXV.

NIHIL.

1 Nihil, eſt dictio vniuerſalis negatiua, text. eſt in l.is qui ducenta, §. vtrum, ff. de reb.dub. & in l.2. ff. comm. diuid. Hond.conſ. 40.nu.12. vol.2.l.qui foueas, ff. ad leg. Aquil. l.quod ſæpè, in princ. ff. de contrahen. empt. Dec. conſ.442. num.32. tom.2. Alex. in l.qui vſumfructum, col. penult. in fin. ff. de verbor. obligat. & in conſ. 58. col. 1. & in conſ. 173. nu. 10.

nu.10. vol.6. Cephal.conſ.86.nu.13. lib.2.Iaſ. in l.1. nu.82. ff. de vulgar.& pupillar.Roland. conſ. 27. nu.26. tom. 4. cum alijs ibidem, Roman.conſ.379.nu.2.Crauett.conſ.294.n.6. Marc.Ant.de Amat.deciſ.March.39. num. 2. & Menoch. conſ. 164. nu. 3. vol. 1.

DICTIO C.XXXVI.

NIHILOMINVS.

AVget dictio iſta diſpoſitionem, eamq. præciſam reddit, l.final. §.fructus, iunct.gloſ. in verbo, nihilo magis, ff.qui in fraud. credit. l.qui in poteſtate, in fin.ff.qui teſtam. fac.poſſ. Gonzal.ſuper regul.8. §. 7. prœem. num. 124.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Niſi, diuerſimodè concipitur, vt infrà, cum num. ſequent.*

DICTIO C.XXXVII.

NISI.

1 IN hac dictione ſume, cõmunem cõcluſionẽ, quod quando præcedit oratio affirmatiua, tũc excipiat; quãdo pręcedit negatiua, tũc ponat,

nat, ita Bart, & Doctor. in l. actione, C. de transact. Dyn. in regul. peccatum, de regul. iur. in 6. Bart. in l. si eum, §. final. ff. si quis caut. Grat. cons. 80. n. 20. lib. 1. quorum opinioni nõ absentire vidẽtur, Dec. in cons. 386. n. 2. tom. 2. Grat. in cons. 135. n. 2. lib. 2. Bald. in cons. 248. nu. 3. vol. 1. Alex. in cons. 83. nu. 3. vol. 1. Aret. in l. 1. §. si stipulanti, vbi Crot. & Coras. nu. 1. ff. de verbor. oblig. Andr. Gaill. obseruat. 82. nu. 22. lib. 1. Surd. decis. 225. n. 19. & decis. 264. n. 17. cũ alijs ibid. & Rot. in Romana Concordię 13. Nouem. 1609. coram R.P.D. Caualerio.

2 Quapropter si prędecit oratio affirmatiua, denotans potentiam, dictio, nisi, denegat potentiam, si actum, negat actum, & ita etiam in oratione negatiua.

3 Ex quo inferas, quod si dico, promitto quod nulli possim vendere nisi tibi, potes me illo casu cogere ad vendendum, quandiù alij non vendo, virtute illius verbi, possim, quod denotat potentiã, vt est text. in l. si sterilis, §. penultim. ff. de actio. empt.

4 Secùs est si dicam, quod nulli tenear, nisi tibi vendere, quia tunc actum denoto, & potes me statim cogere; de hoc vide Abb. in c. ex parte, de sponsal. in fin. vbi ponit exemplum, quo si quis dicat alicui puellæ, promitto nullam aliam habere in vxorem nisi te, est consumatum matrimonium, quod confirmat Petr. Gherard.

Gherard. in suis singular. singul. 46. num. 1.

5 Rursùs apposita in statuto, & post orationem negantem potentiam disponendi, intelligitur permittere potentiam disponēdi, secundum iuris communis dispositionem, l. Titia, & ibi Angel. §. final. ff. de manumiss. testam. notat Bart. in d. l. actione, & in d. l. si eum, §. qui iniuriarum, Oldrad. & Bar. in l. Athletę, §. dat remissionem, ff. de excusat. tut. Bald. in auth. nisi rogati, col. 1. C. ad Trebell. cum simil. Alex. cons. 227. num. 11. lib. 6.

6 Interdùm verò est conditionalis, maximè relata ad futurum tempus, l. quibus diebus, §. quidam Titio, ff. de condit. & demonstrat. Rolan. cons. 49. num. 14. tom. 3. Grat. cons. 48. num. 6. & cons. 138. num. 7. lib. 1. Socc. Iun. cons. 49. n. 18. vol. 2. & cons. 134. nu. 16. vol. 3.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Nunquam, est vniuersalis negatiua, & nullam recipit restrictionem, & num. 2.*

DICTIO C. XXXVIII.

NVNQVAM.

1 NVnquam, est dictio vniuersalis negatiua, comprahendens omnem casum, & omne tempus,

2 tempus, l. prouidendum; §. 1. vbi gloſ. C. de poſtul. nullamquè recipit reſtrictionem, cum ſit indefinita, Crauett. conſ. 194. num. 6. Cephal. conſ. 171. num. 15. Socc. Iun. conſ. 116. num. 52. vol. 1. & æquipollet dictionibus vniuerſalibus negatiuis, l. ſi pluribus, ff. de legat. 2. l. Iulianus, in princip. ff. de legat. 3.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Nomen, ponitur pro familia.*
2 *Et conuenit nomini proprio, & appellatiuo.*

DICTIO C. XXXIX.

NOMEN.

SI quis ad denotandam familiam ſuam ſub hac dictione, Nomen, vetuerit hæredi in teſtamento fundum aliquod venũdari, ne de nomine ſuo exeat: vel in marmoreis inſcriptionibus, ſicut in ſepulturis, vel in Cappellis Eccleſiarum dicat. Hæc ſunt arma, ſeu gentilitia nominis mei, rectè intelligendum eſt, familię meæ; & quod ſupra dixi, ne de nomine ſuo
1 exeat, ideſt, de familia ſua: quia dictio nomen, ponitur pro familia, l. pater filium 36. §. fundum iunct. gloſ. in verbo, nomine, vbi exponitur, ideſt, familiæ, ff. de legat. 3. l. cum

ita

ita legatum, §. in fideicommisso, ff. de legat. 2. glos. in l. his qui cum plures 92. in verbo, ne de nomine suo, ff. de legat. 3. Natt. cons. 675. num. 3. tom. 4.

2 Et conuenit tàm nomini proprio, quàm nomini appellatiuo, Bart. in l. turpia, §. final. ff. de legat. 1. & post Angel. & alios in l. antepenult. de duob. reis, tradit Socc. in l. nominatim, ff. de condit. & demonstrat. Ias. in l. Imperator, ff. de legat. 1. & Grat. in cons. 5. num. 60. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Nominatim, dictio, importat idem quod, Specialiter.*

DICTIO C. XL.

NOMINATIM.

1 IDem est dicere, Nominatim, ac specialiter, quia idem importat, l. 2. de liber. & posthum. l. hæres seruus, cum glos. de euiction. Modern. Roman. de disceptat. foren. c. 97. to. 1. Sicut etiam dicimus de dictione, expressè, quę accipitur pro specialiter, Dec. cons. 10. col. 4. ad fin. vers. nam cũ agatur de corrigendo, to. 1. Angel. in §. illud autẽ, auth. de trient. & semiss.

& So

& Seraphin.de priuileg. iurament. 111. nu. 4. verſ. ſed ego reſpondeo.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Non, eſt negatiua.*
2 *Ponitur aliquando conuerſiuè, & num. 3.*

DICTIO C. XLI.

NON.

1 Regula eſt, quod dictio, Non, negat, &
2 negatiuè ſumitur: aliquando tamen ponitur conuerſiuè, vt in iudicium trahere non eſt neceſsè, ideſt, neceſsè eſt non trahere; ità exponitur in l. 1. ff. de in ius vocan.
3 Aduertè tamē, alium eſſe ſenſum, huiuſmodi dictione præmiſſa, alium, ipſa poſtpoſita, vt ſi dico, non credo Sempronium non viuere, ſequitur quod eum credam mortuum, l. quædam, ff. de rei vendic. & notat Archidiac. in c. ſi contra vnum, extr. de offic. de leg. in 6.

DICTIO C. XLII.

NVNC.

Dictio, Nunc, tollit omnem temporis dilationem, text. in l. ſumus, §. cur autem, & ibi

& ibi notant Scribentes, C.de in offic.testam. in l. 3. ff. de condit. & demonstrat. Instit. de obligat. in princip. l. contra rogatus, num. 1. C.ad Trebell.& Paris.in cons. 105.nu.30.lib.1.

SVMMARIVM.

1 *Nullus, est dictio vniuersalis negatiua.*
2 *Aliquando accipitur pro dictione, Aliquis.*

DICTIO C.XLIII.

NVLLVS.

1 NVllus, est dictio vniuersalis negatiua, sicut dictio, nihil, etsi in vno falsificatur, tota oratio dicitur esse falsa, c.si Romanorum 18. distinct. ad notat in l. si is qui ducenta, §. cum ita, ff. de reb. dub. Gozad.cons.51. num. 23. Corn. cons. 70. num. 12. lib. 2. Caputaquen. decis. 283. num. 2. par. 3. argum. c. solitæ, de maiorit. & obed. idemq. Corn. cons. 37. num. 22. lib. 3.

2 Aliquando fallit, & accipitur pro dictione, aliquis, quæ non est vniuersalis negatiua, Bart. cons. 117. incipien. Niccarellus q.Cecchi de Castro Plebis, vbi concludit, dictionem, nullus, quandoq. poni pro dictione, aliquis, & ad corroboratione allegat text. iunct. glos. in

in verbo, patri, & in l. 2. §. 1. ff. de verbor. oblig. vbi habetur, nulla parte, ideſt, aliqua parte, quibus adde Corn. in conſ. 180. nu. 14. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Nullatenus, importat nullitatem actus ipſo iure, & eſt vniuerſalis negatiua.*
2 *Diſpenſatio tollitur per dictionẽ, nullatenus.*
3 *Item hæc dictio, habet vim decreti irritantis.*

DICTIO C. XLIV.

NVLLATENVS.

1 Dictio, Nullatenus, importat nullitatem actus ipſo iure, gloſ. in auth. ſi qua mulier, in verbo, nullatenus, per illum text. C. ad Velleian. quam ſequuntur Card. in c. ſuper literis, num. 5. in fin. & ibi Barbat. nu. 82. verſ. vim etiam, de reſcript. Gramm. conſ. crimin. 3. num. 12. Rot. deciſ. 24. nu. 2. par. 2. diuerſ. & eſt vniuerſalis negatiua, vt voluit Roman. in conſ. 326. col. vltim. Imò eſt talis naturæ, vt omnimodam nullitatem ſignificet, Franc. Aret. in l. 1. col. 4. ff. de teſtament. Rolan. conſ. 57. num. 50. & 51. tom. 3. Ruin. conſ. 30. num. 3. vol. 5. Tiraquell. in l. ſi vnquam, in verbo, Reuertatur, nu. 95.

C. de

C.de reuocan. donat. secundum quem habet etiam vim latæ sententiæ, & ad id multos latissimè allegat.

2 Quinimò per hanc dictionem tolli dispensationem, firmant idem Tiraquell. cum alijs per eum cumulatis in proximè citato num. circa med. Alex.in l.final.C.de test. milit. Ias. plenè in l. scriniarios, eod. tit. & est glos. in Clement. 2. vers. concedatur, & vers. nullo modo, de ætat. & qualit.

3 Eamq. habere virtutem decreti irritantis, post Doct. tradit Imol.in Clement. 1. nu.20. vers.ex hoc nota,& ibi Card.in §. si quis autẽ, sub nu.6. Ias.alios allegans in d. l.scriniarios, n.9.Gramm.in citat.cons.n.13.latè Felin.in c.ex literis,n.7.in quinto casu,de constit.Rot. decis.24.n.4.par.2.diuers.Rolan.cõs.27.n.11. & 12.tom.4.glos.in auth. si qua mulier, C. ad Velleian. Card.Florent.in Clemen.1.§.si quis autem, de sequestr. poss. & ibi Ant. & Imol. qui dicunt, hanc dictionem esse tanti roboris, vt habeat vim decreti irritantis, & tollat potestatem in contrarium disponentis, & hoc idem voluit Archidiac. in c.quoniam, in verbo, nullatenus, de immunit. Eccles. Anchar. cons.170.nu.2. Bou.de Statut.Vrb. præscript. glos.17.num.1. & Tiraquell. loco supracitato nu. 96. in fin. vbi plura de hac dictione latiùs vide.

SVMMARIVM.

1 Ob, dictio, significat causam, & num. 2.

DICTIO C.XLV.

OB.

1 HÆc dictio, Ob, significat causam, §. sanè, in prœem. Decretal. text. in l. 1. ff. quod vi aut clam, in l. si ab hostibus, §. si vir, ff. solut. matrim. Surd. cons. 223. nu. 5. lib. 2.

2 Et significat causam remotam, & mediatam, l. 1. §. nunc videamus, in fin. ff. de coniungen. cum emancipat. lib. Bald. in l. 1. C. si seru. exter. Bart. in l. non dubium, col. fin. C. de leg. & Ruin. in cons. 84. nu. 7. vol. 4.

SVMMARIVM.

1 Dictio, Occasio, denotat causam remotam, & impulsiuam.

DICTIO C.XLVI.

OCCASIO.

1 ISta dictio, Occasio, denotat causam remotam, & impulsiuam: vndè si Pater legauerit

gauerit

gauerit filiæ centum occasione dotis, non intelligitur legatum conditionale pro dote, ità vt expectari debeat tempus matrimonij, sed simpliciter debetur, quia hæc dictio denotat causam impulsiuam, nō finalem, Bal. cons. 237. nu. 4. & 5. vers. vlteriùs quæritur, lib. 1. Corn. cons. 153. nu. 5. & 6. lib. 1. Felin. in c. solitæ, de maior. & obedient. nu. 2. & ibi Ioan. Andr. & est latissima quamlibet occasionem sine ratione compræhendens, Bald. cons. 119. nu. 7. vers. sed contra hoc, lib. 2. Angel. cons. 288. nu. 3. vers. illud enim verbum, Cæs. de Grass. decis. 2. num. 12. de constitut. & plura de hac dictione, vide Felin. in d. c. solitæ, & Corn. in præcitat. cons. 153. num. 7.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Omnis, est vniuersalis nihil excludens, habetq. varias significationes, quæ pro viribus declarantur, vt in num. sequent.*

DICTIO C. XLVII.

OMNIS.

1 OMnis, est dictio vniuersalis nihil excludens, l. Iulianus, ff. de legat. 3. Rolan. cons. 87. nu. 8. vol. 2. l. à procuratore, C. mādat.

Dec. conſ.30.nu.4. tom. 1. l.omnia, in princ. ff. ſi cert. petat. Honded.conſ.76.nu.33.vol.2. Surd.conſ. 179.nu.17.lib.2. & conſ.424.n.17. lib 3. Doctor.in l.1.ff.de legat.1.Bart.in l.omnia priuilegia, C. de Epiſc. & Cleric. Ruin. conſ. 76. nu. 9. vol. 1. Pariſ. conſ. 35. num.5. vol.1. Neuizzan. conſ. 71. num. 6. Rub. conſ. 135. n.3.Plot.de in lit.iuran.§.1.n.14.Crauet. conſ.294.nu.1. & ſeqq. Natt. conſ.160.nu.24. tom.1. Rolan.conſ.54.nu.44.vol.3. Surd.conſ. 570.num.3.lib.4.Pariſ.conſ.92.num.6.lib.1.& Mandoſ. in tract. de priuil.ad inſtar, gloſ.14. nu.6. Contrarium tamen tenet in nu. 12.

2 Imò quod magis eſt propter ſuam generalitatem complectitur ea, quæ alias non includerentur, vt patet ex notat. per Bart. in l. generali, §. vxori, ff. de vſufruct. legat. Natt. d. conſ.160. num.29. Grat.conſ.65.num.3.lib.2. & alij ibidem, & conſ. 5. num. 59. eod. lib. latè Surd. conſ. 453. nu.44. lib.3. & conſ.466. num.25.lib.4. Mareſcott. variar. reſolut. cap. 45.nu.14.lib.1. & c.138.nu.33. lib.2. Anchar. quæſt. 72.nu.32. par.1. & quæſt.7. nu.2.par.2. Roland. d. conſ.87. num. 8. & ſequent. Surd. deciſ.255.nu.8.& Maſcard.de probat.concluſ. 148. ſub num. 9. vol. 1. Et eſt adeò vniuerſalis, vt prolata ab homine, nullam recipiat reſtrictionem, Bart. in d. l. generali, §. vxori, Ruin. in conſ.61. nu.15. vol.5. Roland.& alij

eum

eum sequentes in cons. 27. num. 22. & sequent. & in cons. 76. num. 49. tom. 4. Hinc ergò vulgata regula. Qui omne dicit, nihil excludit.

3 Quam quidem dictionem licèt in l. moschis, in princ. ff. de iur. Fisc. plurium collectiuam appareat, non tamen reperitur, quod inducat Collegium, atquè adeò actus attribuatur vti Collegio, & non vti singulis; colligit quidem istos, vt omnes præsentes, sed quod propterea efficiat Collegium non videtur necessario sequi; etenim ista dictio, siuè in singulari, siuè in plurali numero concepta, capitur secundum subiectam materiam, & attribuit actum cuilibet in solidum, Bald. in l. 3. in prim. lectur. ff. de stat. homin. Siluestr. Aldobrand. Instit. de iur. personar. in princip. num. 17. Cæsar de Graff. decis. 170. nu. 5. & 6. de sponsal. & matrim. Bart. & Imol. in l. hoc articulo, ff. de hæred. instit. Bart. in l. final. C. de li. ciui. lib. 6. Neguf. de pignor. membr. 1. part. 8. nu. 49. & Corn. cons. 237. num. 3. vol. 3.

4 Vndè considerandum est, quod adiecta dispositioni de futuro continenti concessionem noui actus, recipit restrictionem de habilitate, vt latè per Bart. Alexand. & Ias. in l. 1. §. nunciatio, ff. de nou. oper. nunciat. Et adiecta in generali obligatione bonorum,

restringitur ad bona, quæ habilia sunt compræhendi in ea, non autem ad inhabilia, l. obligatione generali, ff. de pignor. Neguſ. de pignor. membr. 2. par. 2. num. 40.

5 Quibus enim diximus circa generalitatem istius dictionis, adde, quod nec in vno ſaluari nec adaptari poteſt, Corn. conſ. 103. nu. 6. conſ. 290. & conſ. 125. nu. 7. vol. 4. conſ. 245. nu. 12. vol. 1. conſ. 61. nu. 27. vol. 3. & conſ. 124. nu. 7. vol. 2. & deniquè Ruin. cum alijs per eum allegatis conſ. 104. num. 3. vol. 2.

DICTIO C. XLVIII.

OMNIA ALIA.

Effectus huius dictionis eſt, ſimilia expreſſis compræhendere, c. quid agendum, §. ſed ſi aliquis, vbi Gemin. nu. 12. Anchar. & alij nu. 2. de procurat. lib. 6. Lap. allegat. 70. num. 10. & 11.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Omnimodo, eſt præciſa, & ſumitur alijs modis, vt infrà, cum num. ſequent.*

DI-

DICTIO C. XLIX.

OMNIMODO.

1 Dictio, Omnimodo, est præcisa, & intelligitur plenariè quoad alios denotans liberam potestatem, Clement. 1. §. eiusdem, & ibi glos. in verbo, omnimodam, de for. compet. Felin. in c. auditis, nu. 7. vers. adde etiam, de præscript. Paris. cons. 1. nu. 16. vers. & vlteriùs, lib. 4. hanc opinionem tenuit etiam Rota in Sorana Iurispatronatus 28. Aprilis 1603. coram R. P. D. Pamphilio, Socc. Sen. cons. 43. nu. 12. vol. 4. Angel. in l. Imperium, de iurisdict. omn. iudic. Roman. in l. si duo, de acquir. hæred. l. qui bona, §. qui damni, ff. de damn. infect. Rolan. cons. 75. nu. 13. to. 3. Gozad. & alij quos refert in cons. 25. sub n. 16. & latè tradit Tiraquell. in l. si vnquam, in verbo, Reuertatur, nu. 89. C. de reuocan. donat.

2 Et significat indistinctè, & idem quod, totaliter, sicut dictio penitus, text. & ibi glos. & Bart. in l. si cum exceptione, §. sed quam, ff. quod met. caus. Rolan. cons. 27. num. 24. tom. 4. cum alijs à se cumulatis, Grat. cons. 160. num. 10. lib. 2. Felin. in cap. ex parte, il prim. circa princ. extr. de offic. de legat. & Phanucc. de Inuentar. par. 7. nu. 29.

3 Quæ quidem non ſolum eſt præciſa, ſed etiã apta comprehendere omnes ſpecies eius cui annectitur, Rota in Placentina Archidiaconatus 4. Maij 1574. coram Illuſtriſs. Card. Blanchetto, in Aſiſien. Canonicatus 14. Iunij 1600. coram Reuerendiſs. Sacrato, & in Calagurit. Canonicatus 20. Iunij 1605. coram Illuſtriſs. Card. Lancellotto.

4 Intellige tamen, vt recipiat congruam interpretationem à iure cõmuni, vt tradit Ruin. in conſ. 8. num. 11. vol. 5. Rolan. conſ. 61. num. 55. tom. 2. & d. conſ. 75. num. 21. Bald. in l. final. C. de contrahen. emption. Dec. conſ. 356. num. 3. tom. 2.

5 Quando verò apponitur alicui verbo, facit, vt illud verbum capiatur vt genus, & per conſequens omnia in genere contenta, cenſeantur eſſe conceſſa, gloſ. in d. Clement. 1. in verbo, omnimoda, Felin in c. grauem, ad fin. de offic. ordin. & in d. c. auditis, nu. 13. Pariſ. conſ. 9. num. 3. lib. 1. & Caputaquen. deciſ. 297. num. 3. par. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Omninò, quam vim habeat demonſtratur, & num. 2.*

DI-

DICTIO C.L.

OMNINO.

1 HViusmodi dictio est indefinita, & præcisa, c. si Christus, vbi Abb. & Bald. de iur. iur. l. ait prætor, §. si quis cum pupillo, ff. de his qui in fraud. credit. habetq. præcisam naturam, glos. & Doctor. in cap. ex parte, il prim. de offic. deleg. Bald. in l. final. in princ. C. de contrahen. emption. Dec. cons. 1. nu. 5. tom. 1. cum alijs ibidem, & cons. 582. nu. 2. tom. 2. Rolan. cons. 84. num. 23. tom. 1. & cons. 100. num. 144. tom. 4. Ruin. cons. 150. num. 17. vol. 2. & cons. 154. nu. 8. vol. 1. Gozad. cons. 8. sub num. 8. Grat. cons. 66. num. 7. lib. 2. text. in l. 1. §. si pecuniam, cum glos. ff. deposit. Bart. in cons. 64. col. 4. lib. 1. & cons. 45. col. 3. lib. 2. Ias. in cons. 23. in fin. lib. 3. quorum opiniones firmat Durant. de art. testan. cautel. 8. num. 4. de var. testat. præcept. & corroborantur per text. in l. si cum exceptione, §. quatenus, & ibi per glos. & Doct. & præcipuè per Bart. ff. quod met. caus. Socc. cons. 249. num. 17. vol. 2. Corn. cons. 59. num. 10. vol. 2. Anchar. quæst. 72. nu. 8. part. 1. Grat. cons. 1. n. 33. & cons. 9. n. 91. lib. 1. Marescott. var. resolut. c. 25. n. 10. lib. 2. &

c.51.n.22.lib 1.& plenè Felin.in d.c.ex parte,
2 Atquè ità est præcisa, vt habeat etiam vim decreti irritantis, Bald. & alij relati per Lambert.de iur.patron.in lib.2.par.1.quęst.7. art. 30. nu. 19. Ruin. in Rubric. de oper. nou. nunciat.nu.10.Osasch.in decis.Pedemont.165. nu. 14. Marescott. var.resolut. cap.29.nu.11. lib. 2.
3 Et idem importat, ac ipso iure, glos. in d. l. 1. §. si pecuniam, text. in l. 2. C. de iur. emphyteut.& Alex.in l. si insulam, ff. de verb. obligat.

SVMMARIVM.

1 *Olim, dictio, tria tempora denotat.*

DICTIO C. LI.

OLIM.

1 Tria tempora denotantur per dictionem, Olim, præsens scilicet præteritum, & futurum, Bart. in l. 1. §.hoc autem, ff. de nou. oper. nunciat. Gozad. cons. 58. nu. 22. text. in l. emptio, ff. de contrahen. emptio. Tindar. de testib. c.6.nu.19. Corn.cons.163. sub nu. 2. vers.olim,circa med.vol.1. Et plura de hac dictione posui infrà in dictione, Quondam.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Palàm, intelligitur coram pluribus.*
2 *Quid differat à dictione, publicè.*
3 *Item significat indubitanter.*

DICTIO C.XXIX.

PALAM.

1 PAlàm, est quædam dictio, quæ denotat idem, quod si diceres coram pluribus, l. palàm, ff. de verbor. signific. l. hæredes palàm, ff. de testam. l. cum ipse, ff. de contrahen. emptio.

2 Differt autem à dictione, publicè, quia publicè dicitur, quod fit coram omni populo, palàm, verò coram pluribus, vt dixi, quemadmodum monet Alciat. in d. l. palàm, circa fin.

3 Item, palàm, significat, indubitanter, 43. distinct. cum in mandatis.

SVMMARIVM.

1 *Pariter, dictio, importat identitatem, & similitudinem iuris, & temporis.*

DI-

DICTIO C.LIII.

PARITER.

1 Dictio, Pariter, æquè propriè importat identitatem, & similitudinem iuris, sicut temporis, c. venerabilem, §. quid autem, de electio. glos. in c. bonæ, vers. ad vos, de postul. Prælat. Paul. de Castr. in l. operis, ff. locat. & Gabr. cons. 6. num. 4. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Passim, declaratur, idest, indistinctè.*

DICTIO C.LIV.

PASSIM.

1 Est dictio ista adeò vulgaris, vt per omniũ ora satis promulgata sit; interpretatur enim, idest, indistinctè, per text. in l. magis, §. non passim, ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel cur. sunt, & in l. ne passim, C. de iur. & fact. ignor.

SVMMARIVM.

1 *Testis deponens, quem possedisse, Penè triginta annos,*

annos, non discordat ab alio, deponente per dictionem, ferè, vel circa.

DICTIO C.LV.

PENE.

1 Dictio, Penè, est similis dictioni, ferè, quasi, vel circa, & simil. Nam si testis dicat quemquam possedisse, penè triginta annos, & alius dicat, ferè, vel circa, non videntur discordare, nec contrarietatem inducunt, sed potiùs consequentiam, l.2.§. ijsdem temporibus, ff. de orig. iur.

SVMMARIVM.

1 *Penes, intelligitur, idest, apud, & iuxta.*

DICTIO C.LVI.

PENES.

1 Tantum valet dicere, Penès, quantum, apud, & iuxta, l. 1. in princip. ff. de tabul.exhib.l.vltim. ff.de seruit. rustic. præd. l.si quis fundũ,ff.de acquir.possess. Vndè dicimus, penès me sunt pecuniæ,hoc est apud me, l.Titia cum testamento,§.Caius,& ibi glos.& Bar. ff.de legat.2.& text.in c.penès,de verb significat.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Dictio, Penitus, eiusquè vires demonstrantur, & num. sequent.

DICTIO C. XLVII.

PENITVS.

1 IDem importat dictio, Penitus, quod omninò, prorsus, ex toto, in totum, & similes: prout est text. in l. 1. C. de gladiat. lib. 11. Anchar. in c. 1. de supplen. neglig. Prælat. in 6. Ioan. Andr. in c. 1. in verbo, penitus, post glos. de postul. prælat. lib. 5. Honded. cons. 40. nu. 13. lib. 2. Ruin. cons. 117. nu. 7. & cons. 41. nu. 8. vol. 3. Rolan. à Vall. cons. 27. nu. 21. & 22. tom. 4. Gozad. cons. 71. sub nu. 4. Grat. & alij per eum adducti in cons. 86. num. 3. lib. 2. text. in l. final. de ædict. Diu. Adr. tollen. idem Grat. in cons. 65. num. 23. eod. lib. 2. Alex. cum concordantibus in cons. 72. col. 2. vers. nam vniuersalis, vol. 2. Franch. decis. 169. num. 1. par. 1.

2 Quæ quidem non solum est exclusiua, sed etiam minima reijcit, glos. in l. si qui aduocatorum, C. de postul. & in l. 2. C. de const. pecun. Paris. cōs. 58. n. 11. lib. 1. Alberic. in dictionar.

in

in verbo, penitus, Marescott. variar.resolution. cap. 32. nu. 6.lib.1.notat Archidiac. in c. 1. de offic. ordin. lib. 6. Abb. in c. sedes, extr. de rescript. Ioann. de Imol. in l.peregrè, §.quibus, ff. de acquir. possess.§. item surdus, Instit.quib.non est permiss.fac.testam. & Socc. Sen. cons. 20. num. 6 vol. 4.

Tanquàm enim præcisa,nullam recipi modificationem, aut limitationem admitti, firmat text. in l. ambiguitatem, C. de vsufruct. & sequuntur Crott. in cons. 32. nu. 20.Rolan. in cons. 27. nu. 20. tom.4. Angel. in cons. 27. Dec. in cons.401. nu. 3. tom. 2. Boer. in quęst. 23. nu. 23. Menoch. de adipiscen. possess. in remed. 4. nu. 19. Alex. in l. qui vsumfructum, ff. de verbor. obligat. Angel. in cons. 31. in fin. & Dec. in cons. 405. num. 3. tom. 2.

Quin etiam significare actum nullum, non solum ipso iure, sed etiam in totum, tradit Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 5. nu. 13. & est text. in c. super hoc, de hæret. lib. 6. & in l. ambiguitatem, C. de vsufruct.

3 Fallit aliquando propter subiectam materiam,vt non significet actum ipso iure nullum, c.cum inhibitio, & c.2.de clandestin.despons. l. in causæ, §. vltimo, cum l. sequent. ff. de minor. & idem Card.Mantic. loco supracitato, vers. sed idem Aretinus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Per, significat consumationem, seu perfectionem rei cui adijcitur.*
2 *Item causam efficientem.*
3 *Item augumentum.*

DICTIO C. LVIII.

PER.

1 DVpliciter hæc dictio sumitur. Primo enim significat consumationem, seu perfectionem eius rei, cui adijcitur, l.vrbana, §.pernoctare, ff. de verbor. significat. l. 2. §.peregisse, ff. de adult. Roman. cons. 301. n. 13. notat Bart. in l. quinquaginta, nu. 1. ff. de excus. tut. & in l. illud, ff. de offic. Præsid. Abb. in c. si constiterit, nu. 13. de accusat. Mascard. de probat. conclus. 1215. nu. 2. vol. 3. Corn. cons. 113. nu. 1. vol. 1. & cons. 280. nu. 3. vol. 4. Socc. Iun. cons. 134. nu. 93. vol. 3. Polyd. Rip. de noctur. tempor. c. 167. nu. 30. Rot. inter impressas Farinacc. decis. 637. nu. 3. vol. 2.

Vel vt meliùs dicam temporis cõtinuationem designat, vt cum dicimus, talem possedisse per decem annos, c. licèt, extr. de probat. Socc. qui multos allegat. in cons. 118. num. 8. vol. 4.

vol. 4. Bou. ad Statut. Vrb. præscript. glos. 2. nu. 21. Corbol. de iur. emphyt. cap. 15. q. 3. n. 3.

2 Secundo significat causam efficientem, c. vt veritatis, vbi est text. notab. 12. q. 1. & tradit idem Roman. in supracitato nu. 13.

3 Denotat vlteriùs etiam augumentum, l. verum, §. restit. in fin. ff. de minor. l. cum duobus, §. damna, ff. pro soc. c. significasti, de elect. & tradit Mar. Socc. in suo tract. de testib. n. 50.

SVMMARIVM.

1 *Perdissena, & Perentissena, dictiones, quid significent, & vndè componantur, & nu. 2.*

DICTIO C. LIX.

PERDISSENA, vel PERENTISSENA.

1 Dictio, Perdissena, componitur ex, per, & dies sex, & significat post sex dies futuros, vt refert Archidiac. de consecr. distinct. 4. c. quæris, n. 3. Nam si quis interrogatus in die Dominico in ramis Palmarum, quando erit Pascha? respondeat, Perdissena, intelligitur, ideſt, post sex dies futuros; vel si dixerit Perentissenam, ideſt, post quinque dies futuros, vna die remota, sicut dicimus, venies ad me perendie, ideſt,

peracta vna die: nam rendie est dictio significans quasi perempto vno die.

2 Perentissena, autem, idest, peremptis sex diebus, & componitur, ex, per, & dis, Archid. loco supracitato.

SVMMARIVM.

1 Dictio, Perfunctoriè, quid importet.

DICTIO C. LX.

PERFVNCTORIE.

1 Ista dictio, Perfunctoriè, exponitur, idest, negligenter, & transitoriè, l. qui libertatis, §. sed etsi, ff. de euictio. alibi exponitur, idest, obscurè, vel parùm functoriè, l. ait qui aliter, ff. quod vi aut clam, & Archidiac. in 40. distinct. c. ante omnia, nu. 2. cum alijs ibidem: & significat etiam adulatoriè, idest, qui libenter audit Adulatores, & alijs libenter aduletur, vbi subdit, quòd Clericus libenter vacans Adulatoribus, deponitur.

SVMMARIVM.

1 Princeps Iudici mandans, vt Per seipsum in causa procedat, & iustitiam faciat, per alium

alium expedire non potest.

2 *Contrarium.*

DICTIO C. LXI.

PER SE.

Videtur ista dictio pręcisa, quia facit, vt actus per alium expediri non possit, vt notat Dom. à Sanct. Geminian. in criminalibus, 5. q. 3. & faciunt notata per Bart. in l. iubemus, C. de erogan. mil. anno. lib. 12.

1 Vndè si Princeps Iudici mandet, quòd Per se in causa procedat, & iustitiam faciat, per
2 alium expedire non potest: Alciat. tamen in l. 1. §. eadem, n. 3. ff. de verbor. obligat. dicit in contrariū facere, quod notat Ias. in l. 1. col. 10. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdict. vbi ait si Princeps inquiat in rescripto, per te cognoscas, per hoc non impediri, quin Iudex delegare possit per ea, quæ voluit Bald. in c. fin. col. 2. extr. de offic. deleg.

Et quamquam aliquando illa verba, tu per te cognoscas, dicātur in rescripto simpliciter posita: nihilominùs quod tacitè inest potiùs videtur expressum, quam quod vt ipsemet cognoscat, arg. l. 3. ff. de leg. 1. & hanc opinionem veram arbitratur Alciat. loco supracitato, vt refert Afin. in sua prax. §. 25. c. 18. per totum.

DICTIO C. LXII.

PERPERAM.

TExt. in l. cum quærebam, ff. de regul. iur. interpretatur huiusmodi dictionem, idest, malè, prauè, & peruersè, & est contraria dictioni, rectè.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Perpetuò, intelligitur sine temporis præfinitione.*
2 *Contrarium, & nu* 4.
3 *Vsusfructus relictus Ciuitati, Municipio, vel Ecclesiæ, quomodo intelligatur.*
5 *In fideicommissis quomodo intelligatur.*

DICTIO C. LXIII.

PERPETVO.

1 INtelligitur dictio ista sine temporis præfinitione, & importat idē quod dictio, semper, & in infinitum, text. in l. final. C. de suis, & legit. in l. 1. C. solut. matrim. Dec. cons. 472. n. 22. & cōs. 516. n. 15. tom. 2. Paris. cons. 81. n. 5. & cōs. 53. n. 24. lib. 3. Socc. cum alijs per eū adductis

ductis in conf.43 n.4.& 5.vol.3.l.femper, ff.de iur.immun. Gozad.conf.102.n.7. & Parif.cōf. 30.n.24.vol.2 qui dicit,hanc dictionem significare tempus in fęcula fęculorum, quē fequitur Anchar. quæft.72.num. 10. & 13.part.1.

Et fæpiùs repetita habet tractum fuccefsiuum, importantem perpetualitatem, ita volunt Doctor. per text. in l.fordidorum, C. de excu.mune.lib.10.Rolan.conf.87.n.13.tom.4.

Quin etiam per eam tollitur exceptio prę-fcriptionis, maximè iuncta dictioni, quandocunquè, Angel. in l.1. de vfucap. & Ruin. in conf.111 nu 7.vol.1.

2 Contrariam opinionem, nempè quod non intelligatur in infinitum, fed donec quis viuit,propter fubiectam materiam,ficut in vfufructu,qui morte finitur, tenuerunt multi, & præcipuè tex.in §.finitur,Inftit.de vfufruct.in l.3.§.final. ff. quib.mod.vfufr.amitt.& in fimili eft alter text. in l.1.ff.pro foc.vbi, perpetuò, intelligitur, donec viuat, notatur per glof.in Clement.1. in verbo, eius, de reb. Eccleſ. non alien. & tradit Dec. fibi met contrarius in conf. 521. nu. 12. tom.2.

3 Et ad corroborationem huius pofterioris opinionis, dic quod vfusfructus relictus Ciuitati, Municipio,Ecclefię vel fimilibus perfonis, quę nunquam moriuntur, intelligitur vfquè ad centum annos, non autem in

infinitum, ne proprietàs sit inutilis, & ad tollendam perpetuitatem, l. cum antiquitus, C. de vsufruct. text. & ibi glos. in l. si vsusfructus Municipibus, ff. de vsu, & vsufruct. legat. Alex. in l. 2. in princip. ff. solut. matrimon. & in cons. 60. lib. 1. Ruin. cons. 143. col. 4. lib. 4. & Natt. cons. 67. num. 31. tom. 4.

4 Et ratio est cur non duret, nisi per centum annos, quia hoc tempus est longissimus vitæ finis, d. l. si vsusfructus, & ibi glos. in fin.

5 In fideicommissis verò, qualiter, & quomodo ista dictio intelligatur, vide Surd. in cons. 554. num. 38. vol. 4.

SVMMARIVM.

1 *Lex, siuè Statutum, si dicat, aliquem obligatum esse, Perindè ac si, confessus esset, quid importet.*

2 *Legitimatus non dicitur legitimus, sed tanquam legitimus.*

DICTIO C.LXIV.

PERINDE AC SI.

NAturam istius dictionis est, vt id quod verè non est faciat esse, & quod est faciat non esse, quoad iuris effectum, iuxt. text. in l. 1.

C. de

C. de error. aduoc. qui sic formaliter ait. Ea quæ Aduocati (præsentibus ijs, quorum causę aguntur) allegant, perindè habenda sunt, ac si ab ipsis dominis litium proferantur. Ex quibus sanè verbis fingitur esse quod non est, & gesta per Aduocatum, facta censeri per dominummet litis, Decian. cum alijs per eum allegatis in cons. 116. nu. 19. lib. 1. & fuit dictum, in Rota Romana in vna Virdunen. Episcopatus 10. Martij 1595. coram R. P. D. Litta.

Imò censetur facere relatum cum omnibus qualitatibus, & conditionibus, vt est text. notab. in l. si finita, §. si quis metu, ff. de damn. infect. Vndè si lex, vel statutum dicat, aliquem obligatū esse, perindè ac si confessus esset, significat eo modo, & ordine, & vsque ad id tempus teneri, quibus, & vsque ad quod teneretur, si vera confessio emanasset, & si confessio habeat executionem paratam, vel finiat certò tempore, vel non possit in iudicium deduci, nisi seruata certa forma, idem erit in tali obligatione facta per huiusmodi dictionem, quia relatio quæ fit per eam, cēsetur fieri cum omnibus qualitatibus, & conditionibus, l. à filio, §. pater, ff. de alimen. leg. & benè Bart. in l. 1. ff. de receptat.

Hanc eandem naturam dicendum est habere dictionem, Perindè, vt inquit Bart. in d. l. 1. & est text. in l. Sacrilegij, §. is autem, ff. ad

leg. Iul. peculat. l. qui à patre, vbi Bart.ff. de confir. tut. l. sed etsi lege, §. perindè, ff. de pet. hæred. vbi Bald. dicit, quòd notat omnimodam, & perfectam similitudinem, ac totalem iuris identitatem, & tradit etiam idem Bart. in tractat. ad reprimend. in verbo, perindè, Dec. cons. 360. nu. 4. tom.2.Rolan. à Vall. cons. 45. num. 3. tom. 4. Grat. non minùs doctè quàm accuratè cons. 137. nu. 10. lib. 1. Menoch. de arbitr. cas. 315. num. 13. cent. 4. lib. 2. Ruin. cons. 53. num. 3. vol. 3. & cons. 169. num. 3. vol.4. Mandos.de priuil. ad instar, quæst. 2. num. 15.

Glos. autem in l. si quis, in princip. & ibi Roman. & Alex. ff. de acquir. possess. dicit, huiusmodi dictionem denotare fictionem, non autem realem, & perfectam similitudi-
2 nem, vbi legitimatus non dicitur legitimus, sed tanquàm legitimus, quæ dictio, tanquàm, est nota impropriètatis, vt suo loco demonstrabo, faciendo illationem ab ista dictione, tanquàm; quam glosæ opinionem credo veriorem, per text. supra allegatum in d. l. 1. C. de error. aduoc. vbi loquuntur Aduocati, & nihilominùs fingitur, loqui dominos litis, quia sunt præsentes. Et vt regulariter denotet fictionem, dixit Cagnol. in l. per successionem, numer. 1. ff. de reg. iur. Dat tamen ibidem limitationem, nisi ponatur in his, quæ

quæ ſunt iuris; nam tunc ſecundum eum denotat veritatem, & allegat Alex. in l. ſi quis vi, in princ. ff. de acquir. poſſeſſ. & Aret. & Rip. in l. rem quæ nobis, ff. eod. tit.

SVMMARIVM.

1 *Qui omne Periculum in ſe ſuſcepit, etiam caſus fortuiti periculum in ſe ſuſcipere videtur.*

DICTIO C. LXV.

PERICVLVM.

Dictio, Periculum, eſt terminus generalis comprehendens etiam caſum fortuitum tanquàm ſpeciem, ita notat Caſtrenſ. in l. ſed etſi quis, §. quæſitum, ff. ſi quis caut.

1 Vndè qui omne periculum in ſe ſuſcepit, etiam caſus fortuiti periculum in ſe ſuſcipere videtur, quia qui omne dicit, nihil excludit; vulgatis ll. à procuratore, C. mandat. & Iulianus, ff. de leg. 2. Dec. conſ. 552. num. 2. tom. 2. quod tanto magis corroboratur, ſi adiungantur aliæ dictiones, videlicet, riſico, & fortuna, quæ etiam important caſum fortuitum, vt notat Bart. in l. ſi is qui, ff. de acquir. rer. domin.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictionem, Post, Scriptores diuersimodè sumpserunt.*
2 *Ciceronis loca citantur.*

DICTIO C.LXVI.

POST.

1 VArio modo sumpserunt Scriptores hanc dictionem, aliquando enim pro incontinenti, & tempus statim, ac immediatè sequens denotare dixerunt, vt quando dicitur vnus post alium accesserunt ad domum, & in
2 hac significatione plura apud Ciceronem habentur loca, præsertim in lib.4.ad Heren.ibi, Id fieri poterit, si quæ ante, & post, & in ipsa re factum erit, comprehendamus: hoc idem ex antiquis Scriptoribus senserunt plures, vt colligitur, ex text. in l. iuris gentium, §. quinimò, cum §. sequenti, ff. de pact. Crot. in repetit. c. 1. in 1. notab. de constit. lib.6. text. in l. mulier, §. si hæres ibi post multum tempus, ff. ad Senat.Consult.Trebell.Ias.in l.post dotem, num. 3. ff. solut. matrim. Et de hac dictione, absquè eo quod ego plura demonstrem, multa diffusè ponit Tiraquell. in repet.

l. si

l. si vnquam, in verbo, postea, nu. 1. 12. & sequen. C. de reuocan. donat. & Rota inter impress. Farinacc. in decis. 167. num. 6. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Postea, denotat interuallum.*

DICTIO C. LXVII.

POSTEA.

1 DE sui natura hæc dictio denotat interuallum, l. non ait, §. final. ff. de iur. iur. & ibi glos. in l. iuris gentium, §. quinimò, in fin. ff. de pact. notatur, in l. quoties, §. si quis ita, ff. de hæred. instit. Abb. in c. cura, in vltim. notab. de iur. patron. Rota decis. 883. incipien. quidam laicus donauit, in antiq. latè Dec. cons. 639. nu. 4. tom. 2. glos. in l. pacta conuenta, vers. postea, ff. de contrahen. empt. & Ant. Corsett. cum alijs per eum adductis in suis singular. vers. postea, num. 1. fol. mihi 187.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Postquàm, est conditionalis.*

DI-

DICTIO C.LXVIII.

POSTQVAM.

1 HÆc dictio, Postquam, est conditionalis, Bar. in l. quibus diebus, §. Termilius, n. 5. ff. de condit. & demonstrat. l. si ita, §. final. & ibi glos. ff. de legat. 2. l. ab hostibus, in fin. ff. ex quib. caus. maio. Rota inter impressas Farinacc. decis. 46. num. 2. vol. 2.

Sed an, & quando faciat conditionem, vide text. in l. inter illam conditionem 217. cum ibi notat. ff. de verbor. significat.

DICTIO C.LXIX.

POTEST.

DIctio, Potest, est extensiua, & licèt sit temporis præsentis, trahitur nihilominùs etiam ad futurum, l. ita si quis, ff. de legat. 2. & notat Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres, q. 6. ff. de verbor. obligat. Ac importat potentiam nulli necessitati suppositã, Vinc. Carocc. decis. seu cas. 36. nu 3. Moderatur tamen, & restringitur de habilitate secũdum subiectam materiam, vt animaduertit Alciat. in l. nepos Proculo, col. 3. ff. de rer. & verbor. significat. Carocc. d. decis. & eod. nu. 3.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Potiùs, significat idem quod priùs.*
2 *Sponsa est potiùs monenda, quam cogenda ad matrimonium confirmandum.*

DICTIO C.LXX.

POTIVS.

1 POtiùs, significat idem, quod priùs, c.re-
2 quisiui, extr. de sponſ. vbi quòd sponsa est monenda potiùs, quàm cogenda ad matrimonium confirmandum; nam cogenda non est, sed potiùs, hoc est priùs monenda.

DICTIO C.LXXI.

PLANE.

DIctio, Planè, ponitur pro dictione, certè, l. vltima, ff. de iur. Fisc. & sic etiam ponitur dictio, nempè, l. sed etsi mater, ff. de seruit. vrban. prædior.

SVMMARIVM.

1 *Vsusfructus plenus legatus, non restringitur solum ad alimenta, sed ad vsumfructum omnium bonorum hæreditatis.*
2 *Verba, pleno iure, intelliguntur sine aliqua diminutione.*

DI-

DICTIO C. LXXII.

PLENVM.

Dictionem huiusmodi, Plenum, eo sanè modo intelligendam arbitror, vt neque minima pars deficiat, sicut voluit glos. in Clem. 1. de re iudic. faciunt notata per Bart. in l. inter bonorum, ff. de admin. tut. in l creditor, §. Lucius, ff. mand. & in l. 1. ff. de offic. Procons. Gozad. cons. 47. num. 7. Bald. cons. 293. nu. 3. vers. circa secundum, lib. 4. text. in c. Apostolicæ, de præben. in 6.

1 Nec vllam diminutionem, aut restrictionē patiatur, quia si legatur plenus vsusfructus, non restringitur solum ad alimenta, sed ad vsumfructum omnium rerum, & bonorum hæreditatis, vt benè explicat Gozad. in d. cōs. 47. num. 5. & firmat Surd. in cons. 18. nu. 12. lib. 1. & in cons. 515. lib. 4.

2 Idemq. significet, ac si dixisset pleno iure, quæ quidem verba intelliguntur sine aliqua diminutione, Bal. in l. precibus, nu. 44. C. de impub. Abb. in c. In Lateranense, nu. 4. de præben. Felin. in c. auditis, sub num. 7. vers. & quia verbum, pleno iure, de præscript. & fuit dictū in vna Sorana Iurispatronatus 28. Aprilis 1603. coram R. P. D. Pamphilio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Plerunquè, dictio, denotat regulam.*

DICTIO C. LXXIII.

PLERVNQVE.

1 PLerunque, est dictio, quæ denotat, & designat regulam, l. plerunquè, in princ. cum ibi not. ff. de iur. dot. l. Titia, §. idem respondit, ff. de verbor. obligat. Alexand. in l. 3. in princ. ff. quod quisquè iur. & in cons. 50. nu. 1. vol. 1. Bart. in l. 1. ff. de tutel. & ration. distrahen. Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 390. num. 3. verſ. ſecundus eſt caſus, lib. 2. centur. 4. Maſcard. de probation. concluſ. 892. nu. 2. vol. 2. & Corn. conſ. 68. num. 5. vol. 4.

SVMMARIVM.

1 *Plures, dictio, pro duobus tantum accipitur.*
2 *Fallit.*

DICTIO C. LXXIV.

PLVRES.

1 PRopriè dictio, Plures, pro duobus tantum accipitur, & in duobus verificatur, vt notat

tat Angel.in §.& sæpè, verſ.in gloſa quæ incipit, auth. de trient. & ſemiſſ. Ruin. conſ. 44. num. 13. lib. 4. Honded. conſ. 100. num. 32. vol. 1. Bart. in l. fideicommiſſa, §. ſi quis decem, ff. de legat. 3. hoc idem voluit Bonincontr. in tract. de accuſat. ſub num. 45. poſt verſic. nunc quoque videndum eſt, Roch. de Cur. in tract. de conſuet. poſt num. 371. verſ. prima eſt concluſio, Maſcard. de probat. concluſ. 838. num. 12. vol. 2. latè Marſil. in ſingul. 378. nu. 5. Benintend. deciſ. Bononien. 43. num. 6. Surd. de aliment. tit. 7. q. 23. num. 26.

2 Aduertas tamen, quod quando ponitur comparatiuè, denotans quodammodo exceſſum, importat quemcunquè numerum, Signorol. de Homed. conſ. 148. in fin. verſic. item pars aduerſa.

DICTIO C. LXXV.

PLVRIMI.

ADminùs, hæc dictio, in tribus debet verificari, vt eſt gloſ. in §. & quod ſæpè, in authent. de trient. & ſemiſſ. Bald. Alex. & Iaſ. in l. & ſi poſt tres, col. 11. ff. ſi quis caution. Benintend. deciſ. 43. num. 7.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Plùs, vel Pluris, quomodo intelligatur, & num. 2. 3. & 9.*
4 *Testis deponens per dictionem, plùs, vel pluris, an probet, & num. sequent.*

DICTIO C.LXXVI.

PLVS, vel PLVRIS.

1 Dictio, Plùs, vel Pluris, intelligitur de modica, & minuſcula ſumma, iuxta text. in l.hæc adiectio, ff. de verbor. ſignificat. in l.cum filius, §.pater, ff.de legat.2.vbi gloſ. & Doct. notant omnes poſt Bart.in l.2. C.de reſcinden.vendit.in l. ſi quis aliter, ff.de verb. obligat. in l. etſi poſt tres, ff. ſi quis caut. latè Boer.in deciſ.147.num.7.Paul. de Caſtr.in l.ſi quis filium, C.de inoffic.teſtament.& Ruin.in conſ. 55. nu. 1.& 3. vol. 1.

2 Quæ quidem modica, & minuſcula ſumma qualis,& quanta ſit,venit declaranda arbitrio boni Viri,gloſ.& DD. in d.l.etſi poſt tres,Gabriel.cõſ.168.q.3.n.17.to.1.Menoch.de arbitr. caſ.145.n.4.cent.2.lib.2.Et eo maximè,quãdo profertur à lege, vel ſtatuto, quia tunc Iudex debet eã arbitrari, ſecundum qualitatem rei,

l. continuus, §. item qui insulam, & §. cum ita, ff. de verbor. obligat. Bar. in l. si insulam, in 2. opposit. 1. par. ff. eod. Alex. cons. 70. n. 4. lib. 2.
3 Limita quando sit contra mentem legis, vel statuti, tunc enim ista dictio non modicam, sed quamcunquè summam denotat, vt post Iacob. de Rauenn. voluit Alberic. de statut. quæst. 72. num. 2. lib. 1. Euerard. in loc. ab absurd. post med. vers. hinc etiam, Rebuff. in supracitata, l. hæc adiectio, vers. sexto vitiatur, Menoch. de arbitr. d. cas. 145. num. 9. & Rota decis. 25. num. 5. par. 2. diuers.
6 III. Amplia, vt veniat etiam singularis successor, Alexand. in d. l. etiam, col. final. Abb. in præcitat. cons. 3. in 3. dub. vol. 2. Ias. in prælud. feud. col. 15. vers. tertio limita, & in cons. 89. col. 4. vol. 3. & Grat. cons. 35. num. 4. & seqq. vol. 1.

7 IIII. Amplia, vt contineat etiam ista dictio, & comprehendat tàm masculinum, quàm fœmininum; nam si dicamus quoscunquè filios, vtrumquè intelligimus, masculinum, scilicet, & fœmininum, Bart. in d. l. ait, §. 1. ff. de iur. Fisc. l. Diuus, & l. quæcunquè, & ibi Bald. num. 10. C. de seru. fugit. Alex. cons. 24. num. 13. lib. 2. Rebuff in l. 1. vers. sexto extende, ff. de verbor. significat. Bursatt. cons. 22. nu. 14. & 16. lib. 1. Honded. cons. 92.

nu. 7. vol. 1. Iaſ. conſ. 115. col. 7. verſ. ſecundo adeſt, vol. 4. & Soccin. Iun. conſ. 89. nu. 13. vol. 3. Corbol. de iur. emphyt. cap. 12. num. 38.

8 V. Amplia, vt etiam bona futura in donatione comprehendantur; nam vt tradit Grat. in conſ. 134. vol. 1. hæc dictio admittit, & patitur improprietatem, vt dixit etiam Bald. in dicto c. Imperialem, de prohibit. alien. feud. per Frideric. & tradunt Scribentes in d. l. etiam, ff. ſolut. matrimon. Bart. Soccin. in l. quidam relegatus, ff. de reb. dub. & latè Curt. Iun. in conſ. 48. nu. 3.

9 VI. Amplia, vt comprehendat quoquè fideicommiſſarium in contractibus, quorum eſt ſtricta interpretatio, imò quod plùs eſt comprehendit etiam legatarios, ita voluit Bal. in proximè relato c. Imperialem, & Socc. in d. l. relegatus, col. 3. & in l. Gallus, §. etiam ſi parente, ff. de liber. & poſthum. Doctor. & præſertim Alex. in d. l. etiam, Curt. Iun. in d. conſ. 48. nu. 3. & Grat. in conſ. 5. num. 76. vol. 2.

10 VII. Amplia, vt ſi huiuſmodi dictio addatur verbo, inditijs, ſufficiat, quòd teſtes, qui plenè non probant, dummodo quibuſcunquè inditijs, rem oſtendant, rem dicitur ſatis probatam, Grat. conſ. 90. nu. 17. vol. 2. Iaſ. in ſæpè citata l. etiam, ff. ſolut. matrimon.

VIII. Am-

11 VIII. Amplia, quod si quis dixerit quemcunquè virum, omnes homines amplectatur, Mar. Soccin. conf. 38. num. 1. vol. 3. & probatur ex alijs iuribus superiùs adductis sub n. 1. versic. vndè si quis.

12 IX. Amplia, vt comprehendat etiam ea, quæ specialem mentionem, concessionemvè exigunt, vt inquit Bart. Socc. in conf. 3. nu. 23. vol. 3. & in legitimationis priuilegio exemplũ commodè poni potest, arg. glos. in Clement. 1. de re iudic & glos. in l. cum pęnam, ff. de arbitr. & notat Bald. in sæpè citato c. Imperialem, qui propterea in quodam cons. non impress. Alex. voluisse, ait, vt licèt Comes cui id specialiter concessum non sit, Infantes legitimare non possit, si tamen hæc dictio, quoscunquè, in eius priuilegio apposita sit, id ei concessum intelligendum esse: quod quidem latiùs confirmauit Curt. Iun. in cons. 32. num. 3.

13 X. Amplia, vt denotet, & contra naturam, & qualitatem actus compręhendat etiam Clericos, Curt. Iun. cons. 1. num. 4. fundans se auctoritate Andr. Barbat. in l. cum acutissimi, pag. 70. C. de fideiussor. qui inquit hac in re ponderare text. nouum in l. 1. §. permittitur in verbo, qualemcunquè successorem, ff. de aqu. quotidian, & æstiu. & glos. iunct. text. in Clementin. 1. de iudic. & in

materia

materia fauorabili auget, & extendit, Ruin. conſ. 103. num. 9. vol. 3.

Quibus ita poſitis, dicendum eſt, quod licèt hæc dictio ſit vniuerſalis, vt ſupra probauimus, nihilominùs, id non ita abſolutum eſt, quin quandoquè contra ſuperiùs adducta reſtringatur, vt voluit Accurſ. in l. promittendo, in princ. in verbo, conditionis, in fin. ff. de iur. dot. & in l. emancipati, vbi Bart. ff. de adopt. qui interpretatur dictionem, quocunquè, ideſt, de idoneo, facit text. in l. 2. C. vbi de ratiocin. tàm pub. quàm priu. agi oport. in l. 1. C. de fid. inſtrument. & in l. 1. C. de Sacroſanct. Eccleſ.

14 Reſtringitur itaquè, & ſæpè limitatur ſecundum naturam actus, cui attribuitur, vt pulchrè docet Bald. loquens de dictione, quandocunquè, in conſ. 67. incip. quia ex facto, col. 2. verſ. nec obſtat ſi dicatur, lib. 3. & in c. 1. §. donare, col. 2. verſic. ſed dubitari poteſt, & ibi etiam Card. & Alex. ad fin. titul. qual. olim feud. alien. poſſ. Alexan. ſibi met contrarius in conſ. 30. col. 4. verſic. octauo, quia vaſſallus, lib. 1. Franc. Aret. & Socc. in l. Gallus, §. etiam, ff. de liber. & poſthum. & Bald. ſibi item contrarius in Rubric. de feud. col. 2. in conſ. 63. col. 9. verſic. & adduco, lib. 1. & in conſ. 23. incipien. Sapientiſsimus, col. 2. verſ. quia re vera, lib. 2. Iacob. à Sanct.

Georg.

Georg. in tractat. de feud. in verbo, & quibuſcunquè hæredibus, col. 1. Franc. Curt. Sen. conſ. 83. col. 5. verſic. etſi opponatur, Dec. ſibi quoquè contrarius conſ. 185. incipien. in cauſa iſtorum, col. 3. verſic. & reſpondetur, tom. 1. Gozad. conſ. 26. & conſ. 5. num. 35. & diffusè proſequitur Tiraquell. ad quem (breuitatis ſtudio) me refero, de retract. lignag. in §. 1. gloſ. 7. num. 27. cum ſequent.

Illud tamen referendum cenſui, quod dicit Staſil. in ſuo tract. de grat. expect. & alijs liter. in Rubric. de prærog. except. & de intell. reg. prærog. nu. 17. ſcilicèt, generalitatem huius dictionis, ſpeciali diſpoſitione moderari; & quod dicit etiam Ant. à Butr. in conſ. 19. n. 9. hanc eandem generalitatem, ad ea, quæ non facili, ſed magna cum difficultate, aut vrgenti cauſa conceduntur, non referri, prout videtur eſſe text. in c. qui ad agẽdum, de procurat. in c. non poteſt, & in c. final. lib. 6. & in c. quod tranſlationem, de offic. de legat. Ideò Mar.
15 Socc. in conſ. 18. nu. 39. vol. 3. dixit, illa verba cuiuſcunquè alteriùs noſtri Ciuis Ferrarienſis, ad verè Ciues, non modificatè, & ſecundum quid referenda eſſe per ea, quæ voluit Bart. in l. ſi is qui pro emptore, col. 17. ff. de vſucap. & hanc concluſionem comprobat Corn. in conſ. 119. num. 17. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Quicquid, est dictio, vniuersalis, & præcisa omnem modum comprahendens.*
2 *Et continet omne Ius.*

DICTIO CC. VII.

QVICQVID.

1 EST vniuersalis, & præcisa omnem modum comprçhendens, Bald.in l. cum verbum, col.2. opposit. 2. C. de fideicommiss. Rolan. cons.55.nu.48.vol.3.l. quicquid, C. arbitr tut. l.quicquid astringendæ, ff.de verbor. obligat. Bald.in l.fideicommissum, §.nonnunquam, de vsur. Felin.in c.de quarta, col.3.de præscript. Crescent.decis.6.nu.4.de testam. Dec.cons.29. nu.3.tom. 1. Gozad. cons. 8. nu. 24. & cons.9. num. 2. Crauett. cons.227. num.13 Menoch. de arbitr. iudic. quæst. 8. num. 13. lib. 1.
2 Et continet omne ius, ità vt propter suam vniuersalitatem, nihil remaneat penes concedentem, Grat.cons.9 nu 82.lib.1.imò operatur, quod omne verbum sui natura impetrans arbitrium boni viri, mutet naturam, & liberum importet arbitrium, Rolan. vbi supra num. 49. & Natt. cons. 684. num. 7. tom. 4.

-DI-

DICTIO CC.VIII.

QVID.

DIctio, Quid, cur, quarè, & ſimiles ponuntur interrogatiuè, text. in l.Gallus, ff. de liber. & poſthum.

SVMMARIVM.

1 *Quidni, eſt dictio interrogatiua, ſicut dictio, cur.*

2 *Eſt etiam quandoquè affirmatiua.*

DICTIO CC.IX.

QVIDNI.

1 QVidni, eſt dictio interrogatiua, ſicut dictio, cur, l. 1. §. ſi quis ità, & l. ſtipulatus, ff. de
2 verbor. obligat. Et ſecundum Zaſ. & Rip. in d. §. ſi quis ità, nu. 4. eſt etiam quandoquè affirmatiua, & ſecum habet affirmationē incluſā.

Et hic incidentur non ab re referēdum cenſeo, quòd dicit Paul. de Caſtr. ibid. in nu. 7. quod ſi quis interrogatus, an velit bona ſua tali relinquere, & reſpondeat, quidni? vel, cur non? videtur, illum hæredem inſtituere: id tamen quoad me eſt dubium, & ideò relinquo cogitandum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Quilibet, attribuit actum cuilibet insolidum.*
2 *Quid differat à dictione omnis.*
3 *Prolata ab homine, recipit augumentum.*

DICTIO CC.X.

QVILIBET.

1 NAtura huius dictionis, Quilibet, est attribuere actum cuilibet insolidum, l. hoc articulo, ff. de hæred. instit. l. si pluribus, vbi Bart. & Imol. ff. de legat. 2. l. non distinguemus, §. cum plures, vbi Bart. ff. de arbitr. c. si propter, de rescript. in 6. Socc. Sen. consf. 16. nu. 19. vol. 4. Rolan. à Vall. consf. 70. nu. 44. tom. 2. Modern. Roman. de discept. forensf. c. 272. nu. 30. Gorm conf. 40. nu. 19. vol. 2. Ruin. consf. 76. nu. 4. vol. 1. dixit Rot. in Romana Mutui Veneris 16. Nouemb. 1601. corã Illustriss. Cardinal. Lancellotto, quam decisionem posuit Zacch. de obligat. Camer. decis. 22. nu. 2. fol. mihi 299. hoc idem firmat Egregius Doctor, & Comes D. Catald. de Boncompagnis Conciuis meus in suo Tract. de Syndicat. quæst. 194. nu. 135. glos. in l. si pluribus

ribus hæredibus, ff. de legat. 2. in verbo, sed omnes coniuncti, Decian. conf. 73. num. 16. vol. 2. Et est adeò vniuersalis, vt includat etiã casus, qui alias sub dispositione non includerentur, l. 1. ff. de legat. 1. cum simil. facit quod voluit Bart. in l. ventre, nu. 11. vbi Aret. col. 11. ff. de acquir. hæred. idem Aret. in l. Pantonius, §. 1. col. 3, ff. eod. cum alijs relatis per Surd. in conf. 40. n. 2. & sequent. & facit quæ ponunt Imol. in conf. 1. & plures alij citati per Tiraquell. in l. si vnquam, in versic. omnia, vel partem aliquam, n. 14. C. de reuocan. donat. Crot. conf. 129. num. 10. Surd. decis. 96. nu. 10. & Doctor. in l. 1. vbi Curt. Inn. ff. si cert. petat. Corbol. de iur. emphyt. c. 12. n. 87.

2 Differt autem (licèt sit vniuersalis) à dictione, omnis, quia dictio, omnis, distribuit collectiuè, dictio verò, quilibet, distribuit actum in quemlibet separatim, vt tradit Bart. in d. l. non distinguemus, Natt. conf. 675. num. 27. tom. 4. Surd. conf. 549. nu. 5. lib. 4. Paris. conf. 49. num. 3. lib. 2.

Rota tamen in vna Carinolen. Prçceptoriæ 28. Nouembris 1616. coram R. P. D. Coccino tenuit, idem operari quod dictio, omnis.

3 Prolata tamen ab homine cum sit vniuersalis, vt dixi, non recipit restrictionem, sed augumentum, ad notat. per Bald. in c. Imperialem, in princ. de prohib. feud. alien. Rolan.

conf. 70.

conf. 70.n.42.tom. 3. Anchar.q. 9. minor quidam, num. 20. lib. 3. Et neminem excludit, Corn. conf. 123. num. 4. vol. 3. & conf. 313. num. 7. vol. 3. & Ruin. conf. 76. num. 4.

DICTIO CC. XI.

QVINIMO.

DIctio, Quinimò, ponitur affirmatiuè, text. in l. iuris gentium, §. quinimò, ff. de pact. & in cap. causa, extr. de verbor. significat.

DICTIO CC. XII.

QVISQVE.

ISta dictio, Quisquè, non est distributiua, sed collectiua, l. hoc articulo, vbi Bart. Bald. & Imol. ff. de hæred. instit. l. si necessaria, §. si annua, de pignor. actio. Gabr. & alij quos refert in conf. 87. nu. 2. lib. 1. Corn. conf. 248. nu. 9. vol. 4. Corbol. in tract. de iur. emphyt. cap. 12. num. 85. cum alijs ibidem.

SVMMARIVM.

1 *Quisquis, est dictio, vniuersalis.*
2 *Et attribuit actum cuilibet insolidum.*

DI-

quatenus, tripliciter sumi, nempè temporaliter, causaliter, & quantitatiuè; ità notatur in l. 1. §. 1. per glos. & omnes, ff. de nou. oper. nunciat. & per Ruin. in cons. 61. numer. 43. vol. 5.

SVMMARIVM.

1 *Qui, est dictio, relatiua.*
2 *Aliquando facit conditionem.*

DICTIO CC. IV.

QVI.

1 Dictio, Qui, est relatiua, Castrens. cons. 383. nu. 5. vol. 1. Rip. in l. re coniuncti, nu. 13. ff. de legat. 3. Rolan. cons. 58. num. 23. vol. 3. Surd. cons. 353. nu. 22. lib. 3.

2 Aliquando verò facit conditionem; putà si adiungatur verbo futuri temporis, l. Stychum, qui meus erit, ff. de legat. 1. Roman. cons. 238. n. 12. & Castrens. cons. 185. sub nu. 1. circa fin.

SVMMARIVM.

1 *Quia, dictio, ponitur causatiuè.*
2 *Exprimit causam finalem.*
3 *Et aliquando importat idem, quod dictio, cum.*

DICTIO CC. XIII.

QVISQVIS.

1 Est dictio vniuersalis, glos. in l. si necessaria, §. si annua, in verbo, his verbis, de pignor. actio. Bald. in l. qui vnum, C. de fideicommiss. fuit dictum in Romana Prætēsi fideicommissi 11. Ianuarij 1585. corā R. P. D. Orano, quæ est impressa in tract. Pic. ad Stat. Vrb decis. 26 n. 7.
2 Et de sui natura attribuit actum cuilibet in solidum, sicut dictio, quilibet, Dec. cons. 382. num. 6. tom. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Quod, stat causatiuè pro, quia.*
2 *Quandoquè stat aduersatiuè.*

DICTIO CC. XIV.

QVOD.

1 Dictio, Quod, stat causatiuè pro, quia, text. in l. Prætor ait, §. deindè, vbi glos. de nou. oper. nunciat. in l. in naue Saupheli, ff. locat. Rip. in l. re coniuncti, numer. 16. ff. de legat. 3.

2 Quandoquè ſtat etiam aduerſatiuè,l.quod ſi dicamus, ff. de verbor. obligat. & Rip. vbi ſupra. Habet etiam quamplures alias ſignificationes, quæ videri poſſunt apud Alberic. de Roſat. in ſuo diction. in verbo, quod..

SVMMARIVM.

1 *Quoad, dictio, eſt repetitiua.*
2 *Denotat temporis proceſſionem.*

DICTIO CC.XV.

QVOAD.

1 Habet dictio iſta, quandam virtutem repetitiuam itaut diſpoſitio, ſuum reaſſumat effectum,ceſſante impedimẽto,l.3.§.quod ſi quis, ff. de ſuſpect. tut. Dec. conſ.621. nu.2. tom. 2. &ità eſt etiam dictio, quandiù, & donec.

2 Denotat etiam temporis proceſsionem, Caſtr. & Alex. in l. 1. col. 2. C. de leg. Surd. conſ. 319. num. 16. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Verba concepta per dictionem, Quodammodo, videntur ficta.*

DI-

DICTIO CC. XVI.

QVODAMMODO.

1 HÆc dictio, denotat improprietatem; nam verba concepta per huiusmodi dictionem, videntur certo modo ficta, l. si me in vacuam, ff de acquir.possess. l. in suis, ff.de liber. & posthum. l. si hæres ab eo, in fin. ff. ad Trebell. vbi dicit text. fideicõmissarium hæredis vicè fungi, & clarior est text. in l. postulãte, §. penult. ff. eod. ibi, nam quodãmodo in partẽ hæreditatis Senatus recipi voluit fideicommissarium, & haberi loco hæredis; quod benè confirmatur per text. in §. ordinatum, in verbo, ad similitudinem hæredis, in auth. de hæred. & Falcid. & in §. restituta, in verbo, quasi hæredibus, Instit. de fideicommiss. hæredit. refert hoc idem Gozad. in cons. 48. num. 22. & Franc. in decis. 288. num. 9. par. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Quomodocunquè, apposita in Statuto quid importet.*

2 *Venditor non tenetur de euictione, quando est factum compromissum.*

3 *Fallit si adijciatur dictio, quomodocunquè.*

DICTIO CC. XVII.

QVOMODOCVNQVE.

1 APpoſita iſta dictio in Statuto, impedit, illud pati poſſe reſtrictiuam interpretationem, quam ſine dicta dictione pati potuiſſet, Salic. in l. ſi ſerui, col. 3. C. de noxal. Ruin. conſ. 109. col. 2. numer. 1. & conſ. 37. col. 3. vol. 2. Alex. conſ. 103. col. final. vol. 6. Rolan. à Vall. conſ. 5. num. 49. tom. 1.

2 Et licèt venditor non teneatur de euictione, quando eſt factum compromiſſum, l. ſi dictum, §. ex compromiſſo, de euict.

3 Tamen tenetur, ſi adijciatur hæc dictio, quomodocunquè euincatur, Alex. conſ. 4. vol. 3. poſt Bald. & Imol. in l. ſi domus, §. de euictione, ff. de legat. 1. cum ſimil. Grat. qui dicit eſſe clarum in conſ. 63. num. 22. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Quomodolibet, importat idem, quod quocunquè modo.*

2 *Et compræbendit omne ius directum, vel indirectum.*

DI-

DICTIO CC.XVIII.

QVOMODOLIBET.

1 DIctio, Quomodolibet, importat idem, quod quocunquè modo, vel quomodolibet modo, Anchar. in c. indemnitatibus, col. final. de election. in 6. in c. plerique, §. nequè de offic. ordin. in 6. & in c. 1. §. præsenti, de Cleric. ęgrot. Paris. cons. 58. num. 10. vol. 1. & cons. 142. num. 6. vol. 4. Gozad. cons. 14. num. 22. & Rolan. cons. 2. num. 23. tom. 4.

2 Comprehenditquè omne ius directum, siuè indirectum, ac etiam impropriè sumptum, Io. Andr. in d. c. indemnitatibus, sub num. 2. & ibi Archid. sub nu. 4. vers. quomodolibet, Angel. cons. 228. num. 3. vers. hoc etiam coadiuuatur, Gozad. d. cons. 14. numer. 22. Rot. decis. 505. numer. 19. part. 1. diuers. & decis. 364. num. 1. ead. part. diuers. & inter impress. Farinacc. decis. 602. num. 4. vol. 2.

Nec solum intelligitur de iure communi, sed etiam de iure speciali, consuetudine, præscriptione, aut priuilegio Apostolico, Rot. decis. 614. num. 2. vol. 2. inter impress. Farinacc.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Quondam, significat tria tempora.*
2 *Instrumentũ, in quo Notarius dicit, Mæuius filius quondam Sempronij, quid importet, & num. 3. & 4.*

DICTIO CC.XIX.
QVONDAM.

1 ISta dictio, Quondam, significat tria tempora, præsens, scilicèt, præteritum, & futurum; ità notatur in l. nec emptio, ff. de contrahen. empt. & ideò Bart. cum quo alij concordant in l. 1. §. 1. de oper. nou. nunciat.
2 dicit, substinere Instrumentum, in quo Notarius dicit, Mæuius olim, seù quondam Sempronij, & tamen pater eius adhuc viuit, quia hæc dictio, etiam tempus præsens significat, & ità etiam tenet Ant. de Butr. & Imol. in c. ex parte, de for. compet. & in c. cum olim, de offic. de legat. Ruin. cons. 70. num. 1. tom. 2.
3 Limita nisi subiecta materia aliud suadeat, putà si Statuto caueatur, quod filius banniti non posit stare in Ciuitate, quia intelligitur de filio banniti viuentis, non autem mortui, quia finita causa odij, finitur etiã odium, l. Titia, §. vsuras, ff. de legat. 2. Ruin. d. cõs. 70. n. 12.

4 Con-

4 Contrarium sentit text. in c. cum parati, & ibi DD. de pig & in d. c. ex parte, nēpè quòd ista dictio, significet, aliquem, ampliùs non viuere, & hoc confirmat Iacob. Butr. in l. cum quis, C. de iud. deleg. & Doct. in c. cum olim il 1. de offic. deleg. Alberic. in dict. in verbo, quondam, Alex. cons. 14. nu. 15. lib. 6. Quia huiusmodi dictio profertur impropriè cum relatio cesset, vt per Bart. & alios in l. eius qui, in prin. ff. si cert. petat. Natt. cons. 537. sub nu. 65. tom. 3. & Gabr. cons. 22. num. 5. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Quoquè, est dictio, implicatiua, implicans etiam non dicta.*
2 *Et est copulatiua.*

DICTIO CC. XX.

QVOQVE.

1 QVoquè, est dictio, implicatiua, implicans etiam non dicta, l. seruum quoquè, ff. de procurat. Bart. in l. labeo, ff. de pact. & ibi etiam Ias. n. 2. latè Dec. in cōs. 523. n. 2. tom. 2.
2 & est etiam copulatiua, Bart. in l. final. col. 2. vers. tu verò dic, ff de eo quod cert. loc. & in l. 1. in princ. ff de pact. & Surd. cum alijs in decis. 264. num. 20.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Quoquomodo, est vniuersalis comprehendens omnem modum, qui excogitari potest.*

2 *Et de ista vniuersalitate plura demonstrantur, & num. 3.*

DICTIO CC. XXI.

QVOQVOMODO.

1 Est huiusmodi dictio vniuersalis comprehendens omnem modum, qui excogitari potest, Rot.decis.505. nu.19.par.1.diuers. Et operatur vt in cõcessione complectantur, quæ alias non venirent, l. 1. vers. quoquomodo, ff. de testam. milit. l. 1. §. quidam, iunct. glos. in verbo, quoquomodo, ff. de fideicommiss. libert. Vbi habetur, quod propter illam dictionem quoquomodo appositam in prohibitione alienationis, prohibitio ipsa ostenditur ad alienationem factam ex causa necessitatis, quæ non solet comprehendi sub simplici prohibitione, l.peto, §.prædiũ, ff. de legat.2.Dec. cons.37.nu.1.tom.1.& cons.613.nu.1.vers.illa verba quoquomodo,tom.2. Ruin.cons.20.n.4. vol.1. & tradit Rolan.à Vall.in cons.5. nu.47.

& 48.

& 48. tom. 1. & in conf. 2. num. 32. vol. 4.

2 Nec mirùm, quia habet de per se vim geminationis, Alciat. conf.42.nu.3. lib.9. Alex. conf.30 n.6.lib.5.Iaf.conf.43.n.8. & seq.lib.3. atquè adeò tanquàm ampliatiua comprehendit omnes casus, qui succedere possunt, Aret. in l.ventre, n.8. ff.de acquir. hæredit. Cephal. conf.688.nu.7.lib 5.Decian.cõf.57.n.26.lib.1. qui non solum appellat dictionem huiusmodi valdè prægnantem, sed dicit denotare vniuersaliter omnem modum, qui excogitari potest, etiam improprium, Mandof. de priuileg. ad instar, glos. 14. nu.1. quin etiam comprehendit omnes alios casus requirentes specialem expressionem, c.qui ad agendum, de procurat. in 6. Clement. non potest, vbi Vital. & alij eod. tit. Rota in nouiss. decis. 106. num. 1. part. 1.

3 Ac proindè potest intelligi de similibus, aut maioribus expressis, cum plurimum augeat, Alex.d.conf.30.col. 2. num. 16. cum sit apta non solum comprehendere ea, quæ alias ex natura sermonis non comprehenderentur, Rolan.d.conf.5.nu.48. Gabr. conf.20.num.18. lib.3 Rot. Auenionen.decis. 110.n.1.Sed etiam quòd dispositio non restringatur adhabilitatem, & eo maximè quando fuit pluries repetita, per ea quæ tradit Crauett. in conf. 294.num. 3. vers. & multum in terminis.

Quod

Quod adeò verùm eſt, vt neque poſsit fieri reſtrictio ex defectu rationis, Bart. in l. proſpexit, in princ. ff. qui, & à quib.

DICTIO CC. XXII.

QVOTIES.

QVoties eſt dictio repetitiua, vt exponit tex. in l. ſicut in annos, ff. quemad. vſufruct. amit. Alciat. in conſ. 6. nu. 38. lib. 5.

SVMMARIVM.

1 *Quouiſmodo, dictio, impedit interpretationem reſtrictiuam.*

2 *Fœmina dotata vigore Statuti, nihil prætendere poteſt de bonis paternis.*

DICTIO CC. XXIII.

QVOVISMODO.

1 DIctio iſta geminata impedit interpretationem reſtrictiuam, & includit etiam maiora expreſsis, gloſ. in Clemen. ne Romani, in verbo, quouiſmodo, de electiōn. & in c. fin. de ſent. excommunic. in 6. in verbo, quouiſmodo, Natt. conſ. 436. nu. 19. tom. 2.

Vndè

Vndè fit, vt non possit quis ex aliqua causa,
2 titulo, siuè iure, aliquid petere: sicut fœmina dotata, quæ vigore Statuti nihil petere potest quouismodo de bonis paternis, Cephal. cons. 13. n. 12. lib. 1. Ruin. cons. 98. n. 11. tom. 2.

SVMMARIVM.

1 *Quousquè, est dictio limitatiua, & repetitiua simul.*
2 *Importat conditionem.*

DICTIO CC. XXIV.

QVOVSQVE.

1 QVousquè, est dictio limitatiua, & repetitiua simul, l. sicut in annos, ff. quib. mod. vsufruct. amit. Castrens. cons. 87. nu. 9. par. 1. notat Bart. in l. final. ff. ad Tertill. l. Imperatores, C. de manumiss. testam. l. 1. §. ne autem, C. commun. seru. manumis. Dec. cons. 637. nu. 13. tom. 2. Corbol. de iur. emphyt. cap. 15. limit. 4. nu. 1.
2 Importat etiam conditionem, Ias. in l. si sufficit, nu. 5. ff. de condit. & demonstrat. Marescott. var. resolut. cap. 4. n. 9. lib. 1. & cap. 46. nu 4. lib. 2. Hinc statutum fœminarum exclusiuum propter masculos, operatur earundem exclu-

exclusionem ad tempus, nimirùm quandiù extabunt masculi, l. 1. §. fin. ff. de ventr. in possess. mitt. l. siuè, §. tamdiù, de condit. furt. Rot. apud Farinacc. decis. 475. num. 1. in fin. vol. 2. vbi de communi in nu. 2. & Socc. Iun. cons. 1. nu. 1. & seq. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dictionis, Ritè, & Rectè, propria significatio.*

DICTIO CC. XXV.

RECTE, & RITE.

1 Dictio, Rectè, significat iustitiam, & merita causæ. Ritè, autem ordinem, & solemnitatem procedendi: has eorum proprias significationes, probat text. cum glos. in verbo, rectè, in l. 2. de inoffic. testam. vbi Doctor. & præsertim Angel. & rursus comprobat alter text. in l. non putauit, §. non quæuis, cum ibi notat. ff. de bon. poss. contra tab. vbi Bart. & latiùs in l lecta, col. 3. ff. si cert. petat. Ant. de Butr. in proem. Decretal. per ea, quæ voluit glos. in l. iustè possidet, ff. de acquir. possession. & in l. sed etsi lege, §. Sæiæ, ff. de petit. hæredit. quibus adde l. 2. ff. solut. matrimon. Et plura de his dictionibus ponit Tiraquell.

in

in præfat. l. si vnquam, nu. 33. 34. & 35. C. de reuocan. donat.

SVMMARIVM.

1 *Residuum, verificatur in eo toto, quod remanet.*
2 *Et arguit solutionem partis, ad quam quis tenebatur, & nu. 3.*

DICTIO CC.XXVI.

RESIDVVM.

1 PRopriè dictio ista verificatur in eo toto, quod remanet, l. 2. C. de hæred. instit. l. qui non militabat, §. vltimo, & ibi Bald. ff. eod. tit. Marescott. variar. resolut. cap. 72. numer. 17. lib. 2. Paul. de Castr. cons. 71. num. 22. part. 1. Seraphin. decis. 544. nu. 2. vol. 1.
2 Et arguit solutionem partis, ad quam quis tenebatur, Bal. in l. ab Anastasio, C. mand. propè fin. Seraphin. decis. 1617. nu. 13. vol. 2.
3 Et ob id dictio ista præsupponit partem summæ debitæ, omninò solui debere, alias non posset vocari residuum, vt voluit idem Seraphin. in decis. 224. nu. 2. eod. vol.

DI-

DICTIO CC.XXVII.

RETRO.

ISta est similis dictionibus; olim, & quondam, & significat tria tempora, quæ posui in dictione, quondam.

SVMMARIVM.

1 *Relictis, dictio, quomodo intelligatur, & numer. 2.*

DICTIO CC.XXVIII.

RELICTIS.

1 HÆc dictio, intelligitur de relictis in vltima voluntate factis, prout est text. in l. 1. in fin. ff. de tabul. exhiben. in l. verbum relinquendi, ff. de verbor. significat. notat Bart. in l. vnum ex familia, in princip. ff. de legat. 2. Dec. cons. 496. num. 14. tom. 2. vbi
2 dicit, etiam largo modo, hanc dictionem adaptari posse ad illud, quod disponitur inter viuos, & allegat text. in §. Item non alias, Instit. de adoption.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Rursus, dictio, quomodo accipiatur, & nu. 2.*
3 *Nonnunquam accipitur pro, postea.*
4 *Aliquando pro, è contra.*
5 *Aliquando pro, idest.*
6 *Quandoq. est repetitiua, quandoq. cõtinuatiua.*

DICTIO CC. XXIX.

RVRSVS.

1 SEcundum legis dispositionem dictio, Rur-
2 sus, accipitur pro, toties, quoties. Secundum verò dispositionem hominis intelligitur pro secunda vicè, Bal. & Alex. in l. si cum dotem, §. 1. nu. 8. ff. solut. matrim. l. quicunquè, C. de Episc. & Cler. l. pacta, ff. de contrahen. emptio. l. 1. §. si cui, ff. vt leg. no. caue. Bart. in l. fideicommissa, & in l. eum qui, vbi etiam Alex. & Aret. ff. de verbor. obligat.
3 Nonnunquam accipitur pro, postea, vel
4 quasi, text. in l. arbor, ff. comm. diuid. Aliquando pro, è contra, l. 1. C. de probat. §. rursus, auth. de nupt. & l. quicquid, ff. de verb. obligat.
5 Aliquando, pro, idest, auth. vt nullus fabricet
6 oratorij domum, in princ. Quandoq. verò est repetitiua, & quandoq. continuatiua, l. veluti, §. hæc vxor, ff. de eden. & l. sicut, ff. si vsufruct. petat. *SVM-*

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Saltem, verificat dispositionem, si militat qualitas, cui adiungitur.*

DICTIO CC. XXX.

SALTEM.

1 NAtura dictionis, Saltem, est, vt dispositio verificetur, si militat qualitas, cui adiungitur, ita probat text. iunct. glos. in c. statutum, §. cum verò, de rescript. lib. 6. & ibi Io. Andr. in nouell. & in addit. ad Specul. Barbat. in l. si ità legatum, de aur. & arg. legat. & in l. 1. de iur. codicill. comprobat hoc idem Corn. in cons. 65. num. 6. vol. 4.

Denotat etiam diminutionē, d. c. statutum, §. cum verò, cum ibi notat. super verbo, saltē. Et est quoquè subsidiaria, l. 1. C. de emendat. propinq. notat Bart. in d. l. 1. post princ. ff. de iur. codic. Castren. cōs. 79. n. 7. par. 1. Paris. alios allegans cōs. 34. n. 7. lib. 3. Bal. in d. l. si ita, col. vltim. & Corn. cons. 190. circa princ. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Saluo, est modificatiua, & restringit*

id,

id, quod in præcedentibus dictum est. Amplia, vt in num. 2. & 3.

DICTIO CC.XXXI.

SALVO.

1 EST huiusmodi dictio, modificatiua, & restringit id, quod in præcedentibus dictum est, glos. in l. si debitor, §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypot. in l. item labeo, §. purè, ff. famil. hercisc. notat Angel. in cons. 27. 42. & 290. Dec. in cons. 656. nu. 6. tom. 2. Rol. & alij ab se adducti in cons. 54. nu. 13. tom. 4. Alex. in l. Iudex postea quàm, n. 6. ff. de re iudic. Pedemont. decis. 164. n. 7. Surd. cons. 572. n. 20. lib. 4. Dec. cons. 28. nu. 2. tom. 1. Menoch. de arbitrar. cas. 303. nu. 27. cent. 4. lib. 2. Alciat. de præsumpt. præsumpt. 28. num. 4.

2 Nec solum modificat præcedentia, sed etiã sequentia, vt latissimè vtranquè conlusionem probat Paris. in cons. 70. num. 15. cum pluribus sequent. vol. 3. Alciat. cons. 101. num. 12. vbi de communi, Becc. cons. 74. num. 14. Menoch. cons. 4. num. 24. & cons. 61. num. 17. Surd. in præcitat. cons. 572. num. 20.

3 Tanta est enim virtus modificationis prædictæ, vt ibi non inuenit, quod modificet, orationem præcedentem extinguat,

& in negationem resoluat, l.si quis à filio, §.1. vbi glos ff de legat.1. Osasch.decis. Pedemont. 164. num. 10. Dec. conf. 42. num. 12. tom. 1. & d. conf. 656. num.5. Natt. conf.372. in fin. Crot. conf. 79. num. 56. & Rolan. conf. 54. num. 14. tom.4. Et plura de hac dictione posuit Alberic. in suo diction. in verbo, Saluo, vbi poteris videre.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Sanè, multipliciter sumitur.*

DICTIO CC. XXXII.

SANE.

1 Dictio, Sanè, ponitur aliquando aduersatiuè, l. præcipimus, C. de appellat. Aliquando pro dictione, sed., l. hæreditas, ff. de acquir. rer. dom. Aliquando pro, plenè, l. si pro fundo, C. de transact. Aliquādo exponitur, idest, sapienter 24. quæst. 3. c. sanè, & text. in l. exigendi, C. de procurat. Et aliquando modificatiuè, l. 1. §. final. ff. de seruit.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Securè, assecurat super spolio.*

2 *Princeps*

2 *Princeps si dederit alicui licentiam intrandi securè possessionem, non potest conueniri super spolio.*

DICTIO CC. XXXIII.

SECVRE.

1 DIctio, Securè, importat, vt si quis dubitat spoliari de possessione prædij, non possit conueniri super spolio, ita notant Doct. in c. 2. de pact. & in l. illa institutio, ff. de hæred. instituen. & est glos. in l. 1. C. si aduers. solut.

2 Vndè fit si Princeps dederit alicui licẽtiam intrandi securè possessionem, tunc potest ingredi (omni timore postposito) nec potest super spolio conueniri, argum. l. quidam consulebant, ff. de re iudicat. l. Princeps, ff. de legib. & tradit Matth. Afflict. decis. 361. num. 14.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Secundum, est limitatiua, & restrictiua præcedentium, & num. 2.*
3 *Ponitur causaliter, & conditionaliter.*
4 *Contrarium.*
5 *Ponitur etiam aliquando pro dictione, iuxta.*

DICTIO CC. XXXIV.

SECVNDVM.

1 HÆc dictio, est limitatiua, & restrictiua præcedentium, c. Abbate, de verb. significat.not. Bart. in l. eum qui, §. Iulianus, ff. de constit. pecun. & in extrauag. ad reprimen. vers.prout,Gozad. cons.72. nu.11. vers. nam dictio secundum, Grat. cum alijs per eum adductis in cons. 103. num. 20. lib. 1. & in cons. 26. num. 24. lib. 2. text. in l. ædita, C. de æden. Dec. cons. 194. num. 1. tom. 1.

2 Limitat, nanquè promissionem, seù dispositionem, auth. presbyteros, C. de Episc. & Cleric.Dec. cons.195. in princ. tom.1.Gozad. cons. 31. nu. 18. Socc. Iun. cons. 122. nu. 23. vol.3. Neuizz. cons. 12. nu.4. Surd. cons. 460. num. 70. lib. 4.

3 Habet,& aliam naturam, & potest intelligi causaliter, & conditionaliter,vt hoc exemplo explicatur. Si dicat Iudex condemno talem in pęnam centum,secūdum formam Statutorum, sensus certè est condemnare, dummodo Statutum id dicat, & per cōsequens facit cōditionem,videlicèt,si Statutū disponat huiusmodi pęnam, teneat sententia, alias corruat,

& sic

& sit nulla quasi in ea falsa causa sit adiecta: & hoc confirmatur per text. in l. qui testamento, ff. de excusat. tut. & sic Iudex, quia sententia est nulla, non potest dici, quod faciat litem suam, l. cum ad præsens, & l. sequen. ff. si cert. petat. vel perindè est, ac si sententia lata non fuisset, cum in ea fuerit adiecta conditio secundum formam Statutorum, quæ cum defecerit, sententia certè infirmatur, Ias. in l. admonendi, num. 37. ff. de iur. iur. Bart. in l. cum quis, §. Iulianus il 2. ff. de constit. pecun. Aret. cons. 76. num. 5. & 6. Grammat. decis. 52. num. 21. & seq. Boer. decis. 247. num. 11. Curt. Iun. cons. 97. num. 4. Neuizzan. cons. 12. num. 10.

4 Sunt tamen, qui contrarium senserunt, nempè quòd non faciat conditionem, & præsertim text. in l. serui, C. de contrahen. & committen. stipulat. in d. l. cum qui, §. Iulianus, & ibi Bart. & in l. si testamentum, C. de instit. & substitut. vbi etiam Bart. Et ideò condemnatus ad dandum quinquaginta singulis annis Sempronio, vel aliquid aliud secundum solitum, vel secundum quod fecerunt sui Prædecessores, & tamen si reperiatur eum nunquam soluisse, nequè eius Prædecessores, voluerunt nihilominùs ex iuribus superiùs allegatis, illum ad soluendum teneri.

5 Ponitur etiam ista dictio pro, iuxta, l. quidã hyberus, ff. de acquir. rer. dom. Bar. in extrau. ad reprim. in vers. prout tibi videbitur. cũ simil.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Sed, ponitur aduersatiuè.*
2 *Item posita sine copula, denotat diuersitatem iuris, & facti.*
3 *Et quid cum copula.*

DICTIO CC.XXXV.

SED.

1 Ponitur dictio, Sed, aduersatiuè, l. sed etsi quis, §. quęsitum, ff si quis caut. l. sed etsi, in princ. & ibi Bart. ff. de petit. hæredit. l. sed si tantum, ff. de pact. l. si autem, ff. de neg. gest. l. certum, ff. de rei vendic. l. 2. vers. cæterum, ff. solut. matrim. Grat. cons. 15. num. 17. lib. 1. Paris. cons. 45. num. 8. lib. 3. Alberic. in diction. in verbo, sed.
2 Quando enim ponitur sine copula, denotat diuersitatem iuris, & facti, l. hoc ampliùs, §. de his autem, & ibi glos. ff. de damn. infect. Dec.
3 cons. 386. nu. 7. tom. 2. Quando verò ponitur cũ copula, denotat diuersitatem facti, & identitatem iuris, d. l. sed etsi, in princ. & ibi glos.

Et

Et quod diximus de dictione, sed, dicendum est etiam de dictionibus, cæterum, autem, & simil. vt est text. in §. relegati, Instit. quib. mod. ius patr. potest. soluit. & in §. legatarijs, Instit. de testam.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Semper, quid importet, explicatur, & enodatur, cum num. sequent.*

DICTIO CC.XXXVI.

SEMPER.

1 Regula est, vt dictio, Semper, denotet temporis perpetuitatem, & continuationē, l. seruitus, ff. de seruit. tit. general. l. 1. ff. solut. matrim. vbi omnes Doctores ferè hoc probāt, Socc. cons. 11. nu. 5. vol. 1. vbi ait huiusmodi dictionem æquipollere vniuersali, & allegat quod cantatur ab Ecclesia, scilicèt: Et nunc, & semper, &c. idem Socc. cons. 54. num. 10. vol. 4. Bero. cons. 80. nu. 9. vol. 2. dicens, quod excludit omnem temporis prǫfinitionem, latè Surd. cons 179. num. 14. & seq. lib. 2. Dec. cons. 73. col. 2. & cons. 38. num. 4. tom. 1. Curt. Iun. cons. 22. col. final. Gozad. cons. 102. num. 7. Paris. cons. 37. num. 24. vol. 2.

Ruin.conf.128.col.final.vol.1. Simon. de Pret. de interpretat. vltim. volunt. lib. 3. dubit. 5. num. 19. & sequen. idem Surd. conf. 241. nu. 32. & latiùs conf. 281. num. 18. & seq. lib. 2. conf. 403. num. 70. & conf. 448. num. 7.lib. 3. Parif.conf.90. nu.28.lib.2. & conf.92.num.11. lib.3. Marescott. cum alijs per eum congestis variar. resolut. cap. 25.num.5.lib.2.Surd. decif.255. nu.7. & decif. 112.nu.4. Rot. decif. 359. num.3.part.1.diuerf. Soccin.Iun.in d.l.1. nu.70.Cæf.de Graff. decif.2. nu.13.de constit. tex.in l.semper, ff.de iur.immunit.in l.semper, ff. solut. matrimon. in l. in cognitione, ff. ad Sillan. & in l. semper, ff. quod vi aut clam, Roman.conf.407.num. 4. Rolan. à Vall. conf. 23. nu.18. tom.4. Quod etiam comprobatur ex his, quæ ponit Bart. post glof. in verbo, semper, in d.l.1.ff.solut.matrimon.& post eum ibi Angel. Imol. Roman. & Bald.Soccin.Sen. conf.54. num. 10. vol.4. §.serui verò à dominis, & ibi Aret. Instit. de libert. Rot. decif. 128. numer. 3. part. 2. in nouiff. & meliùs fuit decisum in Spoletana Bonorũ apud Farinacc. decif.24.num.14. vol. 1. in alia apud eundem decif. 455. num. 3. eod. vol. & rursus in decif. 231. num. 4. vol. 2. pluraquè habes ad saturitatem apud Boer. decif. 158. numer. 1. & sequent.

2 Imò hæc dictio æquipollet dictioni, perpetuò,

tuò, & inuicem synonime procedunt, Paris. d.consf.30.nu.24.vol.2.Bero.d.consf.80.num.9. Curt.Iun.consf.161.num.12.Rolan.d.consf.23. num.20.Surd.consf.545. nu.9.lib.4.

3 Habetq.tractum in futurum, & notat tempus in sæcula sæculorum, & sine præfinitione, Bart.in l.annua, ff. de ann.legat. latè Roland. d.consf.23.n.38.& 39.Doct.in c si gratiosè, super verbo, perpetuò, de rescript.in 6.Caputaq. decis.35.n.9.part.2. Ferret. in c. cum omnes, nu.37.in fin.de constit.Card.Mantic.decis.39. num.7.vers. quartum adminiculum.

4 Limita tamen, vt ista dictio semper sui natura restringatur à lege ad spatium triginta annorum, vt est text. cum glos. in c.1. versic. quandocunquè, de feud. dat. in vic. leg. & ibi Isern. Bald. Martin. Laud. Aluar. Card. Alex. & alij, glos.in l.1.versic.præscriptionem, C.de bon.mat. Surd. videndus decis.2.nu.10.& 12. & latè Tiraquell. de retract.conuent.§.1.glos. 2.num.9.

5 Et maximè in materia præscriptionis, non importare temporis præfinitionem, sed restringi ad triginta annos, post glos. voluerunt Bald. & alij in supracitata l. 1. ff. solut. matrimon. Tiraquell.loco proximè citato nu. 10. glos. & Doct.in l.2. vbi Cagnol.C. de pact. inter emptor. & venditor. Surd. d.decis. 2. num. 12.

6 Ra-

6 Ratio est, quia quando dicimus, semper, intelligimus secundum subiectam materiam, Bald. in l. aduersus, in fin. C. de vsur. Ias. in d.l.1.nu.35. Marescott. d. cap.25.nu.5. Surd. d.cons.448.nu.26. Tanto magis, quia verba semper debent intelligi secundum subiectam materiam, l. Insulam, ff. de præscript. verb. l. Proculus, ff. de vsufruct. Neuizan. cons. 92. num. 16. Natt. cons. 416.nu. 3. Cephal. cons. 176. nu.37. Pedemont. decis. 35. nu.37. Becc. cons.101.nu. 40. Menoch. de præsumpt. lib.3. præsumpt. 104. nu. 28. Surd. d.decis.2.nu.13.

7 Item limita, quando contractus est celebratus cum Principe, Socc cons.86. num. 10. & 16. vol. 1. & cons. 166. nu. 11. vol.2. Socc. Iun. cons.145.num. 56. vol. 1. & Surd. in sæpè citata decis. 2. num. 2. & 3. & seq. Et ratio est secundum eum in d. nu. 3. quia Princeps potest præscriptionem tollere, l. præscriptio, C. de oper. public.

8 Ex quibus sume notabile, quod etiã dictio, semper, verificatur in vno anno, duobus, vel tribus, vt est tex. in l. aduersus, & ibi glos. & Bal. ad fin. C. de vsur. & Alex. in cons. 173. nu. 5. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Sæpè, verificatur in vnica vicè. Sæpiùs in duabus. Sæpissimè in tribus, & n. 2. & 3.*

DI-

DICTIO CC. XXXVII.

SÆPE, SÆPIVS, & SÆPISSIME.

1 DIctio, Sæpè, verificatur in vna vicè tan-
2 tum, Sæpiùs in duabus vicibus, l.maritus, §. conquestus. ff. de adul. l. final. iunct. glos. C. si sæp. in integr.restit. l.final.§. & hæc quidē, & ibi Salic. & Alex. C.de iure delib. Natt. cons.410.n.19. tom.2.l.sæpè,de re iudic.Grat. cōs.150.n.8.lib.2.Gail.cap.7.de arrestis,n.15.
3 Sępissimè verò trinum actum requirit Speculat.in tit.de inquisit. §.1.col.1. Alex.in l. si idē,in prin.ff.de iurisd.omn.iud & in l.sępius, superiùs citata col.2. Et plura de his dictionibus vide apud Alberic. in dict. in verbo, sæpè.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Seù, ostenditur, & declaratur. Ampliatur, & limitatur, & num. seqq.*

DICTIO CC. XXVIII.

SEV.

1 REgulariter dictio, Seù, est omninò disiunctiua verborum, sicut dictio, aut, sed

sensum

ſenſum coniungit, & in effectu habet vim copulæ, l. 1. §. ſublata, ff. ad Trebell. l. generali, C. de ſacroſ. Eccleſ. notat Bart. in l. ſi quis ità, ff. de aur. & argent. legat. Alex. conſ. 79. nu. 5. lib. 5. Curt. Iun. in l. prȩcibus, nu. 47. C. de impuber. & alijs ſubſt. l. ad protegendum, & ibi Bart. C. de in lit. dand. tut. l. 1. C. commun. de legat. ibi, legato, ſeù fideicõmiſſo, Caſtren. conſ. 318. nu. 4. part. 1. & ibi addit. in liter. B. Bald. conſ. 331. num. 6. lib. 3. Corn. conſ. 198. num. 4. vol. 3.

2 Quæ concluſio limitatur, quando ſumus in diſpoſitionibus, quibus fit larga interpretatio, vt in legatis; tunc enim hæc dictio non ſtat diſiunctiuè, ſed augumentatiuè, & ampliatiuè, itaut faciat vtrumquè deberi, eſt text. notab. & ibi Bart. in d. l. ſi quis ita, notant Cin. & Bald. in l. penultim. C. de verbor. ſignificat. Bart. in l. ſi is qui ducenta, §. vtrum, ff. de reb. dub. Ant. de Butr. in c. inter cæteras, de reſcript. ibiq. Imol. & Dec. col. 3. & Franc. Rip. numer. 44. Alex. conſ. 193. numer. 4. lib. 2. Iaſ. conſ. 64. col. 3, lib. 1. qui decidit hanc quæſtionem per d. l. ſi quis ità, & ponitur ab eo caſus tali pacto. Filium ex aſſe hæredem volo, filiȩ cum viri potens erit fundum ſuburbanum, ſeu ædes meas, quæ in via lata ſunt, do, lego. Filia viri potens petebat fundum, & ædes, filius dicebat, alterum

tan-

tantum deberi: consultus Alex. à Iudicibus, respondit vtrunquè deberi, & dicit ita iudicatum fuisse, quia dictio, seù, in legatis non disiunctiua, sed augumentatiua est, & copulat non disiungit, Alex. d. cons. 193. in addit. sub nu. 4. in litera B. licèt ibi. in fin. contrariam opinionem videatur sentire Bald.

Quod autem augumentatiuè ponatur, consuluit Natt. in cons. 625. n. 11. tom. 3. Menoch. in cons. 582. nu. 2. lib. 5. & decidit Marc. Ant. de Amat. in decis. Prouinc. March. 104. num. 46. est glos. in c. bonæ il 1. in glos. final. de post. Prælat. Card. in Clement. 1. §. pono, de Summ. Trinitat. & Fid. Cathol. Abb. in d. c. inter cæteras, in fin. Vndè dicebant Bald. & Paul. in l. cum quidam, C. de legat. quòd si testator legat libros, quos habebat Bononiæ, seù Paduæ, omnes debentur, tradit Ioan. Oinot. in princ. num. 35. Instit. de interdict. Roman. cons. 363. nu. 2. ibiquè Mandos. in addit. in litera C. Bal. cons. 442. num. 2. lib. 1. Crauett. cons. 105. num. 6. Roman. cons. 179. num. 7. & Borgnin. de vsufruct. mulier. relict. capit. 9. numer. 48.

3 Amplia, vt non solum locum habeat in legatis, verùm etiam in donationibus, & beneficijs, in quibus fit largior interpretatio, quàm in vltimis voluntatibus, c. cum dilecti, de donat. in fin. l. legatum, ff. de leg. 2. & in specie

ſpecie firmat Bald. in ſupracitata l. 2. C. de verbor. ſignificat. Alex. in d. conſ. 193. ſub num. 4. Anchar. quæſt. 69. num. 11. par. 1. Crem.en. ſingul. 56.

4 Limita, quando iſta dictio caderet inter dictiones ſingularis numeri, putà ſi teſtator legat equum album, ſeù nigrum; nam tunc legatarius non habebit niſi vnum equum; ità tenet Bald. in d. c. inter cæteras, quod dicit mirabile Iaſ. in d. l. cum quidam, nec alibi legiſſe, & quantum ad ſe reputat periculoſam limitationem.

5 Limita, quia licèt huiuſmodi dictio augeat, tamen non debet augere immoderatè, ità reſtringit Iaſ. vbi ſupra referēdo adhoc Archid. in c. ſi ego, & in c. Statutum, §. cum verò, de reſcript. in 6. quod dicit eſſe magnum dictum, quoad ſe tamen dubiū, & relinquit dubitandū.

6 Limita vltra Iaſ. & reſtringe in contractibus in quibus non fit ita plenior interpretatio ſicut in legatis, ità tenet Ioan. de Imol. in d. c. inter cæteras, & ibi etiam Fel.

7 Poteſt etiam ſtare correctiuè, Aret. in Rubric. Inſtit. de except. nu. 2. Rot. deciſ. 185. nu. 3. par. 2. diuerſ Mandoſ. ad Roman. in addit. conſ. 179. n 7. verſ. regulariter in litera D. vbi plures adducit, & fuit dictum in Gerunden. Vini 4. Maij 1616. coram R. P. D. Pamphilio. Et licèt denotet diuerſitatem,

ple-

plerunquè tamen ponit identitatem, quia vt ait Innocent. in c.1.extr. de except. multiplicatis verbis, idem repetit.

8 Item posita inter dictionem, coniunctos, seù consortes, stat declaratiuè pro dictione, idest, c. 1. & ibi notat Archid super verbo, seù, de cognat. spiritual. & in c. 1. de excess. Prælat. lib. 6. text. in l. vbi pactum, cum ibi notat. per Doctor. C. de transact. & in l. 2. ff. ad leg. Aquil. Alex. cum alijs per eum relatis in cons. 125. nu. 2. lib. 7.

9 Aliquando tamen neque coniungit, neque disiungit, sed est ordinis designatiua, Bellam. cons. 39. n. 8. & Mandos. ad Roman. in d. cons. 179. nu. 7. vers. scias etiam, vbi pleniùs.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Si, diuersimodè concipitur, & num. sequentib.*

DICTIO CC.XXXIX.

SI.

1 Dictio, Si, facit conditionem, Bart. in l. 1. ff. de condit. & demonstrat. l. decem cum petiero, ff. de verbor. obligat. Gozad. cons. 51. nu. 10. Honded. cons. 60. nu. 24. cons. 6. num. 18.

num. 18. conf. 16. num. 36. & conf. 34. nu. 5. vol. 1. Grat. conf. 48. nu. 6. lib. 1. conf. 26. nu. 21. conf. 43. nu. 32. conf. 50. nu. 10. & conf. 49. nu. 7. lib. 2. Parif. conf. 18. nu. 1. lib. 2. Ruin. conf. 70. num. 9. tom. 2. Socc. Iun. conf. 46. nu. 23. vol. 4. Nicol. Genua in tract. de verb. enunciat. quæft. 4. nu. 17. lib. 3. Et maximè relata ad futurum tempus, l. Titio, in princip. ff. quand. dies legat. ced. l. qui promifsit, ff. de condit. indebit. notat. in l. 1. C. de his qui fub mod. Bald. conf. 150. nu. 7. lib. 5. Alex. conf. 127. nu. 2. & 7. lib. 7. & dixit Rota in Ciuitatis Caftelli Supplementi legitimæ, prima Februarij 1608. coram Illuftrifs. Card. Lancellotto, & in alia Calaguritan. Benefic. inter impreff. Farinacc. decif. 505. nu. 1. vol. 2.

2 Limita, vt ad euitandum abfurdum ponatur pro, quamuis, & ad inducendam concordiam in depofitione teftium, vt notatur per glof. in l. has caufas, & in l. data, ff. de condit. & demonftrat: eft text. in l. pater fcientiam, §. conditionum verba, ff. eod. tit. & in l. Proculus, ff. de vfufruct. Bologn. ad confil. Ioan de Anan. 55. nu. 8. glof. in l. & puto, ff. famil. herçifc. in l. fi pater, ff. de vulgar. & pupill. text. in l. cum iuftè, C. de donat. ante nupt. Alex. in conf. 64. num. 4. lib. 4. & Franc. decif. 231. num. 2. par. 2.

3 Proindè dicendum eft, quod ftet caufatiuè

non

non autem conditionaliter, præsertim quando aliquid additur, quod requiritur de necessitate actus, latè Bart. in d. l. 1. col. . , ff. de condit. & demonstrat. Rip. in l. hęc verba, nu. 2. ff. de legat. 1. Alex. in l. qui Romæ, §. Augerius, nu. 2. vers. in textu, ff. de verbor. obligat. Quod etiam ampliatur multis modis.

4 Et I. in legato partus Ancillæ, vel si relinquatur vinum talis vineæ sub conditione, videlicet, si nascatur, quia quod requiritur de necessitate actus, non est conditionale, d. l. 1. in fin. & Ias. in l. quod in rerum, in princ. ff. de condit. & demonstrat.

5 II. Amplia, in tutore sub his verbis constitutus, si satisdederit; tunc enim neque est conditionalis, text. in l. muto, §. 1. ff. de tutel.

6 III. Amplia, in mandato Papæ de prouidendo aliquem de beneficio, si dicat, si erit idoneus, secundum glos. in Clement. 1 vers. reperierint, ff. de offic. deleg. quæ quidem glos. concludit valere collationem beneficij, etiamsi ille sit inhabilis, & indignus, quia illa verba, si idoneum eum inueneris, inducunt potiùs monitionem, quàm conditionem; quam glos. sequitur Bart. in allegata l. muto, §. 1. Castrens. & Rip. in d. l. hæc verba, num. 4. Panormit. & Felin. in c. final. de præsumpt. & Ias. in l. final. col. 6. C. vnde legit.

7 IV. Amplia, quod nec minùs huiusmodi collatio beneficij sit conditionalis, si illi addantur verba, si vacat, si solitum præstiterit iuramentum, vel, si propria beneficia resignauerit, secund. gloſ. & Panorm. in c. significasti, de elect. & Rip. vbi supra num. 5.

8 V. Amplia, in illis verbis si præstiterit cautionē de indemnitate Ecclesiæ: nam per hanc dictionem, si, non redditur gratia conditionalis, nec minùs si dicatur, si, fecerit residentiam, Archid. & Io. Andr. in c. 1. de iur. iur. lib. 6. & in Regula actus legitimi, de Regul. iur. Gemin. conſ. 83. incipien. quia istud dubium, col. 2. Et ratio est, quia istæ conditiones, de iure tacitè insunt, vt dicit idem Rip. in loco superiùs num. 6.

9 VI. Amplia, in illa stipulatione, si Lælius vixerit promitto, quod ibit Romam, quia non est conditionalis, sed pura, cum ex natura obligationis tacitè insit, gloſ. in l. si decesserit, ff. qui satisd. cogant. Dec. conſ. 2. numer. 4. tom. 1. Et licèt huiusmodi verba stipulationis videantur conditionalia, effectus tamen est simplex, & purus; idcircò Iuris Consultus in l. Cornelius, ff. de hæred. instit. dicit, quod expreſsio conditionis, quæ tacitè inest, non facit actum conditionalem quantum ad vim, & efficaciam, licèt faciat conditionem quantum ad naturam verborum, vt

benè

benè; & latiùs Rip. in loco superiùs adducto numer. 7.
10 Vlteriùs eadem dictio, si habet varias significationes; quandoquè enim ponitur motiuè, quandoquè modificatiuè, d. l. muto, §. sub conditione, ff. de tut. & l. si decem, ff. de verbor. obligat.
11 Ponitur aliquando pro, quia, l. qui centorum, ff. de hæred. instit. l. Titium, & Mæuium, §. à Matre, ff. de adm. tut. l. videamus, in princip. ff. de in lit. iur. & Alex. in cons. 212. num. 32. lib. 6. Hoc tamen intellige esse verùm, quando res est omninò certa, vt declarat Bart. d. in l. 1. col. 2. Corn. cons. 119. num. 1. vol. 1. & dicit idem Alex. in d. cons. 212. eod. num. 32.
12 Interdum ponitur pro, quatenus, Corn. cons. 178. num. 3. & cons. 237. nu. 11. vol. 4. & cons. 133. num. 16. vol. 2.
13 Aliquando sumitur negatiuè, vt habetur in Psalmo: Si introibit in requiem meam, idest, non.
14 Et quandoquè ponitur superuacaneo modo, & pro non scripta habetur, d. l. si Titio, ff. quand. dies legat. ced. Alias autem ponitur denunciatiuè, text. in l. in conditione, §. hoc scriptum, ff. de condit. & demonstrat. Prolata tamen à lege importat, & designat causam finalem, Bart. in l. 1. ff. de donat.

Iaſ.in l.2. §.quod ſi in patris, ff.ſolut.matrim. Gozad.conſ.51.nu.10.& plura ponit Alberic. in dictionar. in verbo, ſi.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Sibi, importat, vt omne acquiſitum ſit ſuum.*

2 *Appoſita in ſubſtitutionibus ſumitur ſingulariter, & pluraliter.*

DICTIO CC.XL.

SIBI.

1 ISta dictio, Sibi, importat, omne acquiſitum, eſſe ſuum, & ad eam perſonam referenda eſt ad quam magis conuenit, vt referatur Natt. conſ. 508. num. 24. tom. 3. Gabr.
2 conſ. 56. num. 11. lib. 2. quæ ſi apponatur in ſubſtitutionibus poteſt ſumi ſingulariter, & pluraliter, Corn. conſ. 277. ſub num. 2. circa med. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Sic, iuncta cum copula præcedenti, ſtat illatiuè.*

2 *Eſt etiam limitatiua.*

DI-

DICTIO CC. XLI.

SIC.

1 Dictio, Sic, iuncta cum copula præcedenti, ſtat illatiuè, ſeù expoſitiuè, vt apertè probatur in c. frequens, in princip. verſ. & ſic, de reſtit. ſpoliat. in 6. & colligitur ex notat. per gloſ. in capit. ex ore, in verbo, præter, de priuil. Ruin. conſ. 102. num. 11. lib. 2. Rot. deciſ. 128. num. 4. par. 2. diuerſ. licèt ibi dicatur, hanc dictionem non ſtare illatiuè, ſed deſignare modum, ideſt, hoc pacto, vt per ibidem allegatos.

2 Eſt quoquè limitatiuà, habetquè relationem ad præcedentia, & ſecundum ea reſtringit conceſſionem, Aret. in l. depoſiti, ff. depoſit. notatur in d. c. ex ore, & c. examinata, de confirm. vtil. vel inutil. & in c. Abbate, de verbor. ſignificat. Grat. conſ. 106. num. 52. & conſ. 21. nu. 80. lib. 2. Rot. apud Farinacc. deciſ. 455. num. 10. vol. 1. deciſ. 432. num. 6. & deciſ. 687. num. 9. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Sicut, vel, Prout ſupra, eſt limitatiua, & qualificatiua.*

 2 *Appo-*

2 *Apposita in priuilegijs, quid importet.*
3 *Princeps in priuilegio cum dictione, sicut, vel, prout supra, affirmat.*
4 *Item habet vim significandi omnimodam similitudinem.*
5 *Limita.*

DICTIO CC. XLII.

SICVT, vel PROVT SVPRA.

1 Istæ dictiones sunt limitatiuæ, & qualificatiuæ secundum id, ad quod referuntur, l. ædita, cum ibi notat. C. de eden. l. litem apud, §. quod ait, ff. de iniur. l. 2. C. de error. aduocat. l. nam ad ea, ff. de condit. & demonstr. Alex. conſ. 23. num. 4. 5. & 6. lib. 7. Rota apud Farinacc. decis. 555. num. 6. vol. 2.

2 In priuilegijs autem stant causatiuè, ne priuilegium reddatur inutile, & sonant ac si dictum esset, ita est, ad notat. per glos. & Doctor. in c. examinata, de confirmat. vtil. vel inutil. & per c. Abbate, de verbor. obligat. Alex. conſ. 16. nu. 28. lib. 5. Roman. conſ. 328. nu. 7. & ibi Mandos. in addit. in litera E.

3 Vndè Princeps in priuilegio cum istis dictionibus affirmat, Bart. in l. si constat, ff. de appellat. Alex. vbi supra. Alias autem stant restrictiuè, adeò vt si verba sint latissima, restrin-

ſtringantur Bart. & alij in d. l. ædita, & idem Bart. in extrauag. ad reprimen. verſ. prout, Alex. conſ. 46. col. 4. lib. 1. Grat. conſ. 94. num. 51. lib. 2.

4 Habet, & vim ſignificandi omnimodam ſimilitudinem, & identitatem, c. Parochianos, de ſent. excomm. l. 1. in princ. ff. de ventr. in poſſeſ. mitt. Roman. conſ. 328. col. 3. verſ. aliquando verò ponitur, Honded. conſ. 86. num. 54. vol. 2. Ang. conſ. 338. num. 3. Ant. de Butr. conſ. 19. num. 4. verſ. item hæc verba; idemquè importat quod ſi diceres eodem modo, vt notatur in l. ſicut, ff. quod cuiuſqu. vniuerſit. Abb. in c. quoniam, extr. de offic. de leg. l. qua ratione, §. licere, ff. de acquir. rer. dom. l. 1. ff. de furt. Gozad. conſ. 8. nu. 18.

5 Hoc tamen aliquando fallit, & eo maximè quando caſus eſt inter habentes diuerſam poteſtatem; nam licèt in c. ſicut, de exceſſ. Prælat. Epiſcopum poſſe vnire beneficia ſicut Papa, non tamen habet omnimodam ſimilitudinem cũ Papa, nec ei in hoc æquabitur, Gemin. conſ. 73. num. 9. verſ. nec obſtat ſi dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Sigillatim, eſt dictio, quæ ſignificat ſeparationem.*

DICTIO CC.XLIII.

SIGILLATIM.

1 Sigillatim est dictio, quæ significat separationem, & non insimul plures, c. præsentium, extr. de testib. lib. 6. notat Archid. in c. 15. cui eligendi, de elect. lib. 6. l. sed etsi per Prætorem, §. final. ff. ex quib. cauſ. maio. & l. cum quidam, C. de verbor. significat.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Simile, denotat similitudinem respectu facti, modi, & qualitatum absque vlla difformitate.*

DICTIO CC.XLIV.

SIMILE.

1 Denotat similitudinem respectu facti, modi, & qualitatum absque vlla difformitate, Innoc. in c. ex rescripto, de iur. iur. Socc. conſ. 281. num. 3. lib. 2. Gabr. conſ. 8. num. 8. & conſ. 148. nu. 13. lib. 2. Mandell. conſ. 71. nu. 9. & ita tenuit Rot. in Bononien. de Caparellis 17. Iunij 1615. coram R. P. D. Caualerio,

& in

& in alia Carpentoracten. Pensionis apud Farinacc. decis. 327. nu. 7. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Similiter, est dictio, repetitiua.*
2 *Aliquando ponitur nominaliter.*
3 *Aliquando pro, sicut.*
4 *Denotat similitudinem.*

DICTIO CC. XLV.

SIMILITER.

1 Similiter, est dictio, repetitiua, Ruin. cons. 169. sub n. 2. vol. 4. quem sequitur Gabr. conclus. 9. num. 21. tit. de clausul. Surd. decis. 88. num. 15.

2 Aliquando ponitur nominaliter, idest, simili officio, §. nostra, Instit. de exhæred. liber.

3 Aliquando exponitur pro, sicut, l. 1. §. sed etsi quis, C. de lat. liber. toll.

4 Denotat similitudinem ad præcedentia, §. similiter, Instit. de excusat. tut. l. clemens, ff. de hæred. instit. l. 2. ff. pro soc. Dec. cons. 646. numer. 2. & 3. tom. 2. Ruin. cons. 169. num. 4. vol. 4. Seraphin. decis. 1384. num. 1. volum. 2. Et sumitur, idest, æqualiter, §. venient.

§. venient. auth. de nupt. l. non omnes, in princ. §. huic autem, ff. de re milit.

DICTIO CC. XLVI.

SIMVL.

DIctio, Simul, est congregatiua. & ponitur copulatiuè, Bald. in l. 1. §. is itaquè, col. 1. vers. putant quidam, C. de caduc. tollen. Rol. à Vall. cons. 62. nu. 14. tom. 3. & est text. in c. 1. de consuet. lib. 6. Pluraq. de hac dictione posui in dictione, Vna, quia sunt similes, & denotant vnitatem, Paris. cons. 79. num. 20. vol. 3.

SVMMARIVM.

1 *Dictionis, Simpliciter, æthimologia.*

DICTIO CC. XLVII.

SIMPLICITER.

1 VEram eiusmodi dictionis æthimologiam exposuit glos. in Clement. sæpè, vers. simpliciter, de verb. significat. Hoc est sine plica, & duplicatione: tunc enim aliquid simpliciter fieri dicitur, quod nihil super additur, text. in l. iubemus, C. de apellat.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Sine, importat conditionem, adiecta, verbo futuri temporis.*
2 *Et habet tres significationes.*

DICTIO CC.XLVIII.

SINE.

1 HÆc dictio adiecta verbo futuri temporis, vt si dicatur non dentur sine licentia, importat conditionē, casus est expressus in l. Centurio, in fin. ff de manu. testam. Rom, cōs. 353. n 9 Bald. cons. 264. n. 3. lib. 1. Vndè consequenter verba illa sine licentia resoluuntur, hoc est, non dentur nisi interuenerit licentia.
2 Tria etiam importat; est enim priuatiua, negatiua, & exclusiua, l. 1. §. præter, ff. de pignor. actio. Alberic. in diction. in verbo, sine.

DICTIO CC.XLIX.

SINGVLI.

ATtribuit ista dictio actum cuilibet insolidum, vt videtur sentire Gallial. in l. 2. §. ex his, n. 25. ff. de verb oblig. & Surd. in decis. 268. nu. 5.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Si quis, designat masculinum, & fœmininum.*
2 *Conditionaliter prolata, quid importet.*
3 *Declara.*
4 *Limita.*

DICTIO CC.L.

SI QVIS.

1 DIctio, Si quis, non designat solum masculinum sexum, sed complectitur fœmininum, simul, & intelligitur cum termino communi, quia pronunciatio fit in vtroquè genere; arg. l. cum filio, §. 1. de vulg. & pupill. & quod commune est ita se habet ad masculinũ, sicut ad fęmininũ, l. hominis, ff. de verb. signific. Bart. in l. 1. ff. de pecul. & in l. si quis in tantam, C. vnd. vi, & latè consuluit Dec. in cons. 338. nu. 1. tom. 1. & in cons. 391. nu. 4. tom. 4. ac latiùs in cons. 570. num. 3. tom. 2.

2 Hinc dubitari solet, an dictio, si quis conditionaliter prolata sit signum particulare vnius, an verò distributiuum tribuens actum verbi cuilibet insolidum. Et quod sit signum particulare vnius, dicit Bart. in l. si is qui du-

centa,

centa, §. vtrum, col. final. ff. de reb. dub. & est text. in l. si necessarius, §. si annua, ff. de pignor. actio.

Contrarium tenet idem Bart. cũ alijs communiter in l. qui filiabus, §. 1. ff. de leg. 1. inferentes, si Princeps statuerit quòd si quis prior fuerit ingressus Castrum habeat centum, pluribus eodem instanti ingressis quilibet habebit centum; hoc idem comprobant, & concludunt Bald. & Imol. in l. hoc articulo, ff. de hæred. instit.

3 Quid igitur dicendum; hoc modo distingue. Aut dictio, si quis ponitur inter duos, & constat ad vnum referri, tunc erit signum particulare vnius sicut dictio, vter. Aut ponitur inter plures quam duos, & tunc ità sub distingue. Aut ponitur inter eos, quibus inest de necessitate ordo prioritatis, & posteritatis, & tunc est etiam signum particulare, d. l. si necessarius, §. si annua. Aut ordo non est de necessitate, licèt probabiliter, & tunc est signum distributiuum, d. l. qui filiabus, §. 1.

4 Limita, vt non stet distributiuè, quando facti qualitas impedit distributionem, etiamsi alias esset signum distributiuum, vt si diceretur. Si quis prior fuerit in cursu, vel in ingressu Ciuitatis habeat filiam talis in vxorem, eo enim casu, plures eodem

instanti

instanti ingressi, vel pares in cursu non est dubium, quin sese adinuicem impediant, cum eadem non possit esse pluribus eodem tempore nupta; & hoc casu facti qualitas impedit distributionem, argum. text. in l. qui soluendo, & in l. sequent. ff. de hæred. instit.

DICTIO CC. LI.

SI TAMEN.

DIctio, Si tamen, limitat præcedentia, Bart. & alij in l. 1. ff. si quis ius dicen. Gabr. cons. 31. num. 17. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Si verò, cuius sit naturæ.*

DICTIO CC. LII.

SI VERO.

1 NAtura huius dictionis est, vt quicquid sub ea est aduersatiuè dispositum, non præcedat si habeat locum id, quod dispositum est in præcedenti dispositione, vt probatur in l. si ità scriptum, & ibi per Bart. ff. de liber. & posth. & per eundem in l. in repetendis, ff. de legat. 3.

legat. 3. Et hanc eandem naturam habet dictio, sin autem, ex ijsdem iuribus, ideò non ponitur.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Solitum, vtrum possit in vna vicè verificari, & per eam inducatur consuetudo, & num. 2.*

DICTIO CC. LIII.

SOLITVM.

1 CONtrouersum est à Doctoribus, vtrum hæc dictio, Solitum, possit in vnica vicè verificari, & per ea inducatur consuetudo: negatiuam partem tenuerunt Bald. in l. item lapilli, col. 3. vers. octauo quæritur, ff. de rer. diuis. & in l. binos, in fin. C. de aduoc. diuers. iudic. Dec. in Rubric. de consuet. in fin. col. & in l. certi conditio, §. si nummos, col. 2. in fin. ff. si cert. petat. Ias. cons. 115. col. 3. vol. 2. Curt. in c. final. de consuet. in 5. quæst. princ. Curt. Iun. in tract. feud. q. 4. col. 1. par. 2. & ratio est, quia solitum non dicitur, quod semel tantum fuit.

2 Contrarium putò veriùs, & quòd huiusmodi dictio etiam in vna vicè verificetur, ad notat.

per

per Bart. in l. 4. §. item mela, ff. de alim. & cibar. legat. & in l. 1. C. quomod. & quand. iud. ibiquè Ang. & Paul. qui attestantur de communi, Gabr. conclus. 2. num. 5. lib. 3. de empt. & vendit. & pro ista opinione facit quod notat Alex. in cons. 5. col. final. vol. 5. Corn. in cons. 28. num. 12. vol. 3. Aret. in §. ex non scripto, in fin. Instit. de iur. natur. gent. & ciuil. Curt. Iun. in cons. 19. col. 2. Quinimò per eam induci consuetudinem, maximè ex vnico actu habente tractum successiuum continuatum, notauit Abb. in c. final. col. antepen. in fin. de consuet. & docuit Felin. in c. cũ accessissent, col. 17. vers. secundus casus, de constit.

Ex quibus infertur pulcherrima illa conclusio relata per Ant. Gabr. in suis cõclusionibus. An res dicatur locari solita ex vnica locatione; quam vide apud eundem optimè discussam in tit. de locat. conclus. 1. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Solus, excludit omnes alias personas.*
2 *Limita, vt non excludat casus similes.*

DICTIO CC. LIV.

SOLVS.

1 Dictio, Solus, excludit omnes alias personas, iuxt. illud Salomonis: væ soli: quia

quia cum ceciderit, non habet ſubleuantem ſe, Eccleſiaſt.4. c.illud, 7. q.1. c.in omnibus, diſtinct.81.c.ſi ſolus Chriſtus, diſtinct.5.c.quęſiuit, in princip. de verbor. ſignificat. l. 2. ff. de vſu, & habit. l. 1. ibi, ſoli domino, ff. de condit. furt. l. 3. ibi, ſolus Princeps, C. ſi aduerſ. rem iudic. l. 1. C. vbi, & apud quem, l. his ſolis, ff. de condit. indebit. l. his ſolis, C. de reuocan. donat. l. final. & ibi Caſtrenſ. num. 2. C. de leg. latè Dec. in l. 1. num. 5. C. de bon. poſſeſſ. contra tab. Rot. apud Farinacc. deciſ. 445. num. 9. vol. 1. & deciſ. 426. num. 5. vol. 2.

2 Limita, vt non excludat perſonas, & caſus ſimiles, Iaſ. in d. l. 1. numer. 2. C. de bon. poſſ. contra tab. præſertim vbi eſt eadem ratio, vt ibi latè per Iaſ. gloſ. Bart. & cæteros, & in l. ob æs, C. de præd. min. gloſ. ordin. in l. illud, vbi Bald. numer.4. & alij, C. de ſacroſ. Eccleſ. Bart. in l. ſerui nomine, ff. de vſucap. & in l. ſi conſtante, num. 42. vbi poſt alios latiſsimè Iaſ. num. 84. cum plur. ſequent. ff. ſolut. matrim. Bald. in l. nullus, in fin. vbi dicit quod excludit diſsimilia, non ſimilia, C. ad leg. Iul. Maieſt. Rip. in l. final. q. 41. C. de reuoc. donat. Euerard. in loc. leg. cent. 721. limit. 2. & Dec. in d. l. 1. num. 5. & 6. cum ſequent.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Solum, est taxatiua, & limitatiua.*
2 *Habet vim priuandi sicut, tantummodo.*
3 *Intellige.*
4 *Denotat singularitatem.*

DICTIO CC.LV.

SOLVM.

1 Est dictio, taxatiua, & limitatiua, Dec. cons. 479. nu. 2. tom. 2. qui alios allegat, Corn. cons. 167. nu. 9. vol. 3. text. in c. si quis iam 21. q. 2. & in l. final. C. de leg. Paris. cons. 7. num. 12. lib. 2. Alberic. in diction. in verbo, solum, & est prohibitiua, & exclusiua, non expressorum, l. 3. C. de patr. qui pro fil. distra. l. 3. §. cum Titio, ff. de adimen. leg. Grat. cons. 137. num. 18. lib. 2.

2 Habetquè vim priuandi sicut dictio, tantummodo, & simil. c. cum Ecclesiæ, extr. de caus. poss. & proprie. & ponitur aduerbialiter, l. cui, ff. de vsu, & habit. l. qui liberis, ff. de vulgar. & pupillar.

Alias autem esset nomen, vt si proferatur sub hac forma, solus, solius, soli, &c. l. solum. ff. de rei vẽdic. l. liberis. §. sola, ff. ad Municipal.

3 Intel-

3 Intellige tamen, vt ista dictio, ea tantummodo excipiat, quæ sub ea sunt comprehensa; nam in omnibus alijs firmat regulam, & dictum, ad tradit. per glos. in Rubric. de regul. iur. text. in l. nam quod liquidè, in fin. ff. de pecun. legat. Rolan. à Vall. cons. 12. num. 54. tom. 4.

4 Denotat etiam singularitatem, & ideò testis deponens, talem solum possidere, excludit possessionem cuiuscunquè alterius, l. si te solum, ff. de hæred. instit. Mohed. decis. 10. de rest. spol. Acchil. decis. 21. numer. 2. de probat. & fuit dictum per Rotam in vna Macerat. Spolij 15. Iunij 1615. & 28. Iunij 1617. coram R.P.D. Manzanedo relat. per Farinacc. in decis. 729. num. 2. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Sub, varijs modis sumitur, vt infrà demonstratur, cum num. sequent.*

DICTIO CC.LVI.

SVB.

1 VArijs modis in iure sumitur dictio ista; nam quandoquè denotat subiectionem, quandoquè ponitur pro dictione, coram,

quandoquè pro, post, l. Manichęos, C. de Episc. audien. l. generaliter, in princip de reb. credit. l. 1. ff. si cert. petat. l. 2. §. recu-
2 perandæ, ff. de iter. Quandoquè pro, in, quandoquè compræhensiuè, quandoquè pro, antè, l. ædiles, §. vendendi, de ædilit. ædict. vbi sub tempore venditionis, exponitur, idest, biduo ante tempus venditionis.

3 Interdùm verò significat quandam comminationem, dum dicimus sub pœna sub interminatione diuini iudicij, c. 1. §. quoniam, de stat. regul. lib. 6. c. 2. de eo qui duxit in matrim. quam poll. per adult. & in c. penult. de crimin. fals.

4 Aliquando tamen denotat inferioritatem, vt stare sub cælo, sub tecto, sub vmbra, sub alis, discipulus sub magistro, minor sub tutore, vt benè hęc omnia refert Corn. in cons. 187. sub num. 14. lib. 4.

DICTIO CC. LVII.

SVBSEQVENTER.

Dictio ista, Subsequenter, significat immediatè, vel, incontinenti, l. hæc conditio, ff. de condit. & demonstrat. Bald. cons. 105. nu. 4. lib. 1.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Summariè, apponitur in rescripto Principis.*
2 *Et quid in eo operetur, & num. 3.*

DICTIO CC.LVIII.

SVMMARIE.

1 Solet ista dictio apponi in rescripto Princi-
2 pis, & significat, vt Iudex summatim, & breuiter in causa procedat, Bart. in extrauagant. ad reprimen. in vers. summariè, cuius
3 vigore abbreuiantur quidem dilationes non tamen ità, vt probationes fieri nequeant, nec vt aliquid ex substantialibus omittatur, vt animaduertit Bart. loco proximè citato.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Super, importat hypothecam.*
2 *Amplia, & numer. 3.*
4 *Declara.*
5 *Ponitur aliquando pro dictione, propter.*
6 *Item pro dictione, vltrà.*

DICTIO CC. LIX.

SVPER.

1 Dictio, Super, importat hypothecam, & obligationem bonorum; nam quotiescunquè siuè in materia legati, siuè in quauis obligatione fuerit dictum obligo creditum super tali re, tunc illa dictio, super, operatur ac si dixisset hypotheco hanc rem, Bart. in l. codicillis, §. instituo, ff. de legat. 2. & ibi Castrens. Ias. & Alex. in l. rescriptum, §. si pacto, ante fin. ff. de pact. Rip. in Rubric. num. 5. ff. de pignor. Bald. cons. 182. num. 2. lib. 5. Castrens. cons. 106. sub num. 3. vers. constat autem, lib. 1. Alex. cons. 156. num. 3. vol. 6. Aym. cons. 20. nu. 10. Natt. cons. 109. nu. 10. & cons. 341. nu. 6. lib. 2. Surd. cons. 162. num. 10. vol. 2. Afflict. decis. 162. nu. 6. Rot. decis. 44. nu. 1. 243. nu. 3. 259. & 260. nu. 1. par. 1. diuers. Honded. cons. 86. nu. 3. vol. 2. Speculat. in tit. de locat. §. nunc aliqua, nu. 109. Hostiens. eod. tit. vers. quæ actio, in fin. Negusant. de pignor. in 4. membr. 2. par. principal. nu. 164. vers. vigesimus tertius casus, & in 1. membr. 3. par. nu. 5. vers. item constituitur, Gig. de pension. quæst. 51. n. 17. Pedemont. decis. 56. num. 1. Surd. cons. 243. num. 12.

num. 12. lib. 2. & conſ. 230. numer. 3. lib. 3. Rom. conſ. 338. num. 2. cum addit. Mandoſ. in litera B. & Iaſ. in auth. Sacramenta puberum, num. 26. C. ſi aduerſ. vendit.

2 Amplia, vt non ſolum procedat quando dicitur ſuper tali re particulari, ſed etiam quando dicitur generaliter ſuper omnibus bonis; ſicut enim hæc dictio importat hypothecam ſpecialem rei, quę exprimitur, quando ſuper re particulari profertur, ita etiam importat generalem omnium bonorum, quando profertur ſuper omnibus bonis, Rot. d. deciſ. 260. num. 3. par. 1. diuerſ.

3 Item Amplia, ſi adijciatur illis verbis aliqua re, & tunc venit poſſeſſorium, & petitorium, Caſſad. deciſ. 6. num. 1. & 5. de reſcript. Vndè ſi quis fuerit conſtitutus procurator ad comparendum coram Iudice ſuper aliqua re ſimpliciter, tribuitur ſibi facultas comparendi tàm in petitorio quàm poſſeſſorio, Rota deciſ. 4. par. 2. diuerſ.

4 Declara importare hypothecam, ſi agatur contra debitorem, secùs ſi contra tertium poſſeſſorem, Bal. in l. 1. C. commun. de leg. Addent. ad Io. Andr. in prœm. Decretal. verſ. & ſuper; Contrarium tenet Rip. in l. 1. §. hęres nu. 14. ff. ad Trebell. nempè quod etiam contra tertium poſſeſſorem competat.

5 Ponitur etiam dictio iſta, aliquando pro,

propter, vt notatur in l. penult. de pericul. & commod. rei vendit. Bart. in l. liberti, C. de oper. lib. & idem in d. l. 1. col. 1. C. comm. deleg. Corn. conſ. 189. nu. 4. vol. 2.

6 Quandoq. verò pro dictione, vltrà, l. diuortio, §. quod in anno, verſ. item ſi locati, & in l. 1. ff. de peric. & commod. rei vendit & Ruin. conſ. 94. nu. 1. vol. 1. qui ſubiungit in num. 3. impropriè accipi.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Supra, eſt relatiua ad præcedentia cum omnibus qualitatibus ſuis.*
2 *Declara.*
3 *Ponitur incluſiuè.*

DICTIO CC. LX.

SVPRA.

1 Est iſta dictio relatiua ad præcedentia cum omnibus qualitatibus ſuis, Bart. in l. 1. §. final. de poſtul. Ruin. conſ. 18. n. 12. vol. 2. & conſ. 147. nu. 3. vol. 5. Pariſ. conſ. 93. nu. 25. vol. 1. Bero. conſ. 79. nu. 1. vol. 2. Rolan. conſ. 30. nu. 23. tom. 4. Crauett. conſ. 88. num. 3. cum pluribus ab eo citatis, & conſ. 729. num. 10. & ſequen.

2 De-

2 Declara supradictam conclusionem, quod licèt dictio ista sit relatiua ad disposita in precedentibus, non tamen tollitur quin etiam (si denuò aliquid disponatur) valeat, vt noua dispositio, Curt. Iun. cons. 43. num. 11. col. penultim. in fin.

3 Item ponitur inclusiuè, l. final. §. 1. ff. de iurisdict. omn. iudic. & significat idem quod, vltrà, l. si non sortem, in princ. ff. de condit. indebit. Auth. de nuptijs, §. illud, cum glos. in verbo, supra legem, l. quemadmodum, §. final. ff. ad leg. Aquil. Alex. cons. 194. num. 12. lib. 2. Et plura de hac dictione posui infrà in dictione, vt supra.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Supradicti, est relatiua praecedentium, & num. 2.*

2 *Restringit dispositionem ad casum priùs expressum.*

4 *Ratio.*

DICTIO CC. LXI.

SVPRADICTI.

1 Supradicti, est dictio similis superiùs dictæ dictioni, supra, & est relatiua præcedentium,

cedentium, Dec. conſ. 423. num. 5. tom. 2. licèt loquatur de dictione, ſupraſcripta, Pariſ. cõſ. 1. n. 134. lib. 3. Ruin. cõſ. 55. n. 4. lib. 3. Crauett. conſ. 94. nu. 8. Tiraquell. cum alijs per eum congeſtis de retract. lignag. §. 8. gloſ. 7. nu. 24.

2 Atque ita eſt relatiua, vt idem importet, ac ſi præcedentia ſpecificè, & nominatim expreſſa forent, vt poſt Bart. ſcribit Iaſ. in conſ. 15. nu. 2. lib. 1. & Rot. deciſ. 713. nu. 2. & 3. part. 1. diuerſ.

3 Imò reſtringit diſpoſitionem ad caſum priùs expreſſum, Dec. conſ. 377. nu. 5. tom. 1. Crauett. conſ. 89. num. 3. Cephal. conſ. 292. nu. 9 Rolan. conſ. 34. nu. 30. tom. 4. Rip. in l. filius familias, §. Diui, n. 3. ff. de legat. 1. Gabr. concluſ. 3. n. 9. de fideicommiſſ Mareſcott. variar. reſolut. c. 51. n 7. lib. 1. actumq. reſtringit ad ea, quæ oculariter apparent, Rot. in Romana Pecuniaria 31. Maij 1617. corã R.P.D. Vbaldo.

4 Et ratio eſt, quia relatio debet fieri ad omnia præcedẽtia, quando diuerſitatis ratio reddi non poteſt, cur ad omnia non fiat, Crauett. conſ. 194. nu. 8. & conſ. 155. num. 10. & Rot. d. deciſ. 317. num. 4.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Supraſcripta, eſt ſimilis dictionibus, dicti, ſupradicti, prædicti, antedicti, & ſimil. & fa-*

& facis relationem ad praecedentia.
2 *Explica.*
3 *Appellatione haeredum suprascriptorum, an veniat haeres haeredis.*

DICTIO CC. LXII.

SVPRASCRIPTA.

1 Dictio haec est similis dictionibus, dicti, supradicti, praedicti, antedicti, & simil. sapitq. eorum naturam referens se ad illud, quod superiùs in Capitulo praecedenti continetur, Bart. in l. 1. §. hoc aedicto, ff. de postul. Dec. cons. 287. nu. 10. tom. 1. Paris. cons. 48. nu. 14. & cons. 37. nu. 59. vol. 2.

2 Verùm quidem est, quòd non refertur ad eos casus, qui mente, & intellectu percipi, sed ad eos tantum, qui corporalibus oculis legi possunt, Bart. in d l. 1. nec sufficit, casus contineri per interpretationem, vel alio ficto modo, sed requiritur illos, corporalibus oculis perspici posse, l. qui liberis, §. haec verba, ff. de vulgar. & ibi Bart. circa fin. quem sequitur ibidem Alex. nu. 11. Imol. in l. si quis filiũ, §. final. ff. de acquir. haered. Alex. cons. 176. in fin. lib. 7. & cons. 273. nu. 4. & sequent. lib. 5.

3 Vbi faciunt illationem, quòd appellatione haeredum supralcriptorum, non veniat haeres haere-

hæredis, quia his non poteſt explicitè legi, l.qui per ſucceſſionem, nu. 8. ff. de regul. iur. Berett.conſ.24.n.3.Simon.de interpret.vltim. volunt.lib.2.interpret.4.dubit.2.ſolut.2.num. 214. Surd.conſ.417.nu.2. & 3. lib. 3. & latiùs conſ. 123.num.13.lib.1 conſ.336.num.19.lib. 3. & conſ.464. num.2.lib.4. Ruin.conſ.206.nu. 5. vol. 1. Soccin.Iun.conſ.102.numer.3.vol.3. Roland. alios adducens conſ. 30. num. 21. & ſequen. vol.4. Surd. deciſ. 85. numer. 3. cui etiam opinioni ſubſcripſit ſe Cardin.Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib.8.tit.14.in fin.

SVMMARIVM.

1 *Specialiter æquipollet dictioni, expreſsè.*
2 *Et interpretatur, ideſt, nominatim.*

DICTIO CC.LXIII.

SPECIALITER.

1 Dictio, Specialiter, æquipollet dictioni, expreſsè, vt per gloſ.in l.negocium, C. de negoc.geſt.in l.final.C. quod cum eo, Pariſ. conſ. 9. num. 24.lib. 3. text.in l. ſi quis, in princip. ff. de legat. 3. in l.omnes, C. de præ-
2 ſcript. trigint. ann. Et interpretatur, ideſt, nominatim, l. vxore, §. fœlicisſimo, ff. de legat.3.

legat. 3. & l. ait Prætor, §. apud Labeonem, ff. de iure iur.

DICTIO CC.LXIV.

SVVS.

DIctio, Suus, denotat possessionem, ita censuit Bald. in l. 1. circa princ. ff. de stat. hom. Anchar. quæst. 7. num. 6. part. 2. Rot. inter impress. Farinacc. decis. 90. sub n. 2. par. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Statim, non recipit dilationem, & n. 2.*
3 *Declara.*

DICTIO CC.LXV.

STATIM.

1 STatim, non recipit temporis dilationem, sed significat præcipitem quandam festinationem nulla interposita mora, atquè cunctatione, glos. in auth. de incest. nupt. in §. 1. Bart. in l. 1. ff. iudic. solu. & in l. tale pactum, §. qui procurauit, num. 2. ff. de pact. ibiquè Curt. Iun. num. 4. Surd. conf. 271. numer. 2. lib. 2, Ias. cons. 191. num. 5. vol. 2.

2 Imò

2 Imò significat summariam cognitionem absque ordine iudiciario, l. momentaneæ, C. vnde vi; & executio est facienda contra fideiussorem, qui fideiussit de iudicatum soluendo absque nouo processu, Socc. conf. 91. n. 18. vol. 4. Anchar. & Petr. in c. 1. extr. de iur. iur. Bald. in l. duobus reis, §. si quis ergo, ff. eod. Riminald. conf. 370. nu. 8. vol. 2. Anchar. quæst. 19. nu. 4. par. 2. Bart. in l. res quæ, §. res autem, sub nu. 1. ff. de iur. Fisc. Intrigliol. decis. Sicil. 44. nu. 1. cum alijs ibidem allegatis, & hanc esse communem opinionem testatur Ias. in d. §. si quis ergo, nu. 2.

3 Sed quicquid sit debet nihilominùs ista dictio intelligi cum honesto interuallo, & temperamento temporis; tanto magis quia aliquando ponitur, & intelligitur pro triduo, glos. in l. 3. vers. triduo, C. de error. aduoc. & in l. lecta, ff. si cert. petat. Speculat. de allegat. & disputat. §. post hoc, vers. & nota, & Alex. post Bart. in l. 1. §. cui præsens, ff. de verb. obligat. imò secundum Surd. in conf. 550. nu. 6. cum sequent. lib. 4. significat aliquando vnum mensem.

Ego autem existimo esse intelligendam arbitrio boni Viri, secundum quod suadet subiecta materia, per text. in l. si ita si quis, §. si iactum, ff. de verbor. obligat. Abb. in c. potuit, de locat. & comprobauit Rota in Calaguritana

tana de Ollauari 22. Martij 1604. coram R.P.D. Penia, & in Beneuentana Census 29. Martij 1593. coram Card. Pamphil. apud Marchesan. de Commission.

SVMMARIVM.

1 *Taliter, est dictio, restrictiua praecedentium.*
2 *Stat significatiuè.*
3 *Accipitur quandoquè pro, sic.*

DICTIO CC. LXVI.

TALITER.

1 Est dictio ista præcedentium restrictiua, text. in c.eos, extr. de temp. ord. lib. 6.
2 Stat aliquando significatiuè, & denotat species quantitatis, l. si filia, §. nec solum, ff. fam.
3 hercisc. Et accipitur quandoquè pro, sic, text. in l. si hominis, ff. de iniur. & in l. Æmilius, §.1.C.de bon. quę lib. Alberic. in diction. in verbo, taliter.

DICTIO CC. LXVII.

TAM.

HÆc dictio, Tam, est implicatiua, & implicat casum magis dubitabilem, Dec. in l.2.

num. 14.

num.14.C.de eden.Surd.conf.317.nu.17.lib.3. Et licèt videatur socia dictioni, quàm, & quodammodo sine ea stare non possit, nihilominùs simul iunctis faciunt clausulam, non autem dictionem, de qua scripsit Mart. in suo clausular.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Tamen, est limitatiua, & restrictiua.*
2 *Et posita sine copula, aduersatur praecedentibus.*

DICTIO CC.LXVIII.

TAMEN.

1 TAmen, est dictio limitatiua, & restrictiua, l. pro hærede, §. quod autem, ff. de acquir. hæred, Ruin. conf.1. num. 12. lib. 4. & dixit Rota in Romana de Tagliaferris 19. Martij 1607. coram Reuerendiss. Marquemonte; & aduersatur in iure, & in facto, Paris. conf. 78. num. 2. & 3. & conf. 17. numer. 20. lib. 1. Cæs. de Graff. decis. 154. n. 6. de testam. Ruin. conf. 2. num. 9. & conf. 41. nu. 8. vol. 2. Bald. conf. 195. numer. 11. lib. 2. Rot. apud Farinacc. decis. 75. num. 4. vol. 2.

2 Et posita sine copula, aduersatur præcedentibus,

tibus, text. in l. cum hic status, §. diuortium, ff. de donat. inter vir. & vxor. Bart. in l. 1. in princip. ff. si quis iudic. non obtemp. l. hoc ampliùs, §. his autem, ff. de damn. infect. Paris. cons. 17. num. 20. lib. 1. Aret. in l. 1. §. pupillus, in princ. ff. de acquir. possess. & Socc. Iun. cons. 22. num. 8. vol. 4.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Tanquam, est nota improprietatis.*
2 *Limita, & declara.*

DICTIO CC. LXIX.

TANQVAM.

1 TAnquam, est nota improprietatis, & similitudinis, text. in c. solitæ, de maiorit. & obedien. cum ibi notat. Bart. in l. 1. circa fin. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdict. Archid. in capit. 1. de homicid. in 6. Bart. in l. si pater, §. qui duobus, ff. de adoption. Alexand. cons. 30. numer. 2. libr. 4. Dec. cons. 267. numer. 5. tom. 1. & cons. 610. numer. 6. tom. 2. Rolan. cons. 61. numer. 43. tom. 1. text. in l. meminimus, circa med. C. de leg. hæred. & in authentic. vt cum, de appellat. in l. Imperialis, versic. quasi

ius quæritur, & vers. quasi notabilis, C. de nupt. Alex. cons. 2. n. 4. lib. 1. Card. Mant. de cõiectur. vltimar. volunt. tit. 16. nu. 6. lib. 3. Corn. cons. 261. nu. 23. vol. 4. Socc. cons. 1. nu. 4. lib. 1. & Socc. Iun. cons. 20. numer. 6. vol. 4.

2 Aliquando tamen fallit, quia denotat similitudinem, & veritatis expressionem, vt habetur in l. 1. ibi, & tanquam adulationem, C. de hæred. instit. in l. sæpè, ff. de verbor. signific. in l. item mela, §. si plures, ff. ad leg. Aquil. & in l. si familiæ, ff. de iurisdict. omn. iudic. Bald. cõs. 492. n. 2. vol. 1. & maximè nisi illa improprietas sit omninò æquiparata, Socc. d. cõs. 1. n. 10.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Tantum, est taxatiua, & restrictiua.*
2 *Ponit solummodo quæ affirmat, cætera excludit.*
3 *Intellige.*
4 *Apposita in fine subscriptionis, quid importet.*

DICTIO CC.LXX.

TANTVM.

1 Tantum, est dictio taxatiua, & restrictiua, l. ob æs alienum tantum, C. de præd. minor. Vincent. de Franc. decis. 123. num. 4.

num. 4. par. 1. Caputaquen. decis. 148. nu. 6. & decis. 47. num. 4. par. 3. notatur in c. cum Ecclesia Sutrina, de caus. poss. & propriet. l. solemus, ff. de iudic. l. Gallus, ff. de lib. & posthum. text. in §. Item, Instit. de vsu, & habit. Paris. cons. 7. num. 13. lib. 2. Corn. cons. 199. num. 3. vol. 1. Et est adeò taxatiua, vt is, cui aliquid relictum est cum hac dictione, nihil ampliùs petere posit, Roman. in l. 1. C. quand. non pet. part. Grat. cons. 124. num. 29. lib. 1. & adiecta personæ excludit hæredes, Doctor. communiter in l. nisi, ff. de pact. Rot. inter impress. Farinacc. decis. 740. num. 4. vol. 2. & decis. 600. nu. 7. eod. vol.

2 Eaquè tantummodo ponit, quæ affirmat, cætera verò omnia excludit, Bal. in l. ita nobis, C. ad leg. Iul. de adult. Bart. in l. 1. & ibi Ias. num. 9. ff. si quis ius dicen. Rimin. Iun. cons. 262. nu. 2. lib. 3. l. 3. §. cum Titio, de adim. legat. d. l. Gallus, §. & quid si tantum, Bart. in l. rationes, in fin. C. de probat. l. si cum dos, ff. rer. amotar. Petr. de Anchar. cons. 95. Cartar. decis. Ianuen. 70. numer. 54. Abb. cons. 51. lib. 1. Card. in Clement. 1. vers. nos igitur, de Sum. Trinitat. & fid. Catholic. Dec. & alij quamplures ab eo relati in cons. 327. num. 5. tom. 1. l. serui nomine, ff. de vsucap. l. his solis, C. de

reuoc. donat. omnesquè alias personas præter expressas excludit, itá probat Bart. in d. l. 1. num. 1. Paris. cons. 85. num. 47. lib. 2. Rip. in l. final. numer. 136. C. de reuocan. donat.

3 Intellige tamen, vt non excludat casus similes, Socc. Iun. cons. 1. num. 137. lib. 1. glos. in l. ob æs, C. de præd. minor. Zas. in l. 1. §. per seruum, numer. 14. ff. de acquir. possess. nequè excludat æquipollens, itaut non possit aliquid significari per alia verba idem importãtia, Castrens. cons. 16. n. 8. par. 1.

4 Quæ quidem si apponatur in fine subscriptionis refertur ad totam subscriptioné præcedentem, Roman. cons. 480. num. 7. Rot. in Bononien. Fideiussionis 7. Maij 1610. corã R. P. D. Caualerio.

SVMMARIVM.

1 *Tantummodo, est dictio taxatiua.*
2 *Includit casus similes.*

DICTIO CC. LXXI.

TANTVMMODO.

1 DE sui natura est taxatiua, Corn. cons. 252. num. 1, vol. 1. omnesquè casus excludit, qui

qui nominatim exclusi non reperiuntur, l. Lucius, §. quæ habebat, ff. ad Trebell. Coras. in l. hæreditatem, num. 17. C. de impub. & alijs substit. post Bald. in l. nullus, C. ad leg. Iul. Maiest. Menoch. de retinen. possess. remed. 5. uum. 73.

2 Tamen includit casus similes ex allegatis iuribus in superiori dictione, tantum.

SVMMARIVM.

2 *Dictio, Taxatiua, adiecta personæ Auctoris, an excludat personam ipsius hæredis, & numer. 2.*

3 *Resolue.*

4 *Generaliter excludit omnes casus, præter expressos.*

5 *Limitatur multis modis, & numer. 6. cum sequentib.*

DICTIO CC.LXXII.

TAXATIVA.

MVltæ sunt taxatiuæ dictiones, vt supra demonstrauimus, hic tamen, si non omninò, breuiter saltem pro viribus dicere volui,
1 quæ sub eis in genere continentur. Dubitant proindè Doctores, an dictio taxatiua adiecta

personæ Auctoris excludat personam ipsius hæredis. Et pro affirmatiua est text. in l.non solum la 2. §. tale, ff. de lib. legat. Bart. in l.qui in futurum, §. 1. col. 2. vers.aut poterat habere, ff.de pact.Bal.in l.qui se patris, col. 7. vers.aut pronunciat, & præmittit, C.vnd. lib. Bart. in l. si sic stipulatus, col. 2. vers. fallit si esset opposita, ff.de verbor.oblig. Alex.in l. stipulatio, nu.7.vers.sed si se,ff.de verbor.oblig. & ibi Aret. in 1. col. vers. sed illa vera, Ruin. in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posthum. col. 38. vers. quarto fallit, hoc idem sentit glos.in c.1.§. omnes, in glos. magna,vers.è contra prima ratio, si de feud fuer. controuer. Bal.in c.ad audientiam il 2. col. 7. vers.sed nunquid stipendium,de rescript. Aret. in l. hæres in omne, vers.idem credit, ff. de acquir. hæredit. Ruin.cons.53.num.4.vbi de communi vers. nec etiam dicta promissio, & cons. 184. num.13. in fin. vers. non obstat etiam, vol. 1. hanc eandem opinionem videtur sentire Angel. in d. l. si sic stipulatus la grande, in fin. ff. de verbor. oligat. Rocc. in tractat. iur. patron. in verbo, ipse, vel is à quo, circa fin. vers. sed circa hanc quæstionem, Lambert. in tractat. iur. patronat. in 6. art. quæst. 2. principal. 2. part. lib. 1. col. 2. vers. aut est facta reseruatio per fundatorem.

2 Pro negatiua parte est text.in l.necessarias, §. de vendendo, ff. de pignor. actio. Bald.in l.final.vers. sed pone,C. de actio. empt. Rom. in l.stipulatio ista, col.1. in 4.notab. & col.2. vers. quarto quid si vendo, & ibi Ias. col. 3. vers. quarto nota, ff de verbor. obligat. Alex. cons.18. nu.11. vers. per quem text. & col. final.vers.pro hoc etiam facit, vol.5. Dec. in l.hæredem, vers. & qui promittit, ff. de regul. iur. Ias. in l.si tibi, §. si quis,vers. aduertè tamen, ff. de pact. & in l. 2. §. item si in facto, col.2. vers. hinc est, quod si promittit, ff. de verbor. oblig.Gozad cons.60. nu.21.Roman. in Rubric. de arbitr. col. 9 vers.suas tamen, Barbat. in c final. col. penult. vers. sed pone, quod promisit, de empt. & vendit. Curt. Sen. cons.76. col.penult. vers. & plus, Fabian. de Mont. de empt. & vendit. in 6. par. princip. n.76. vers. circa decimum nonum membrum, Ias.in l.1. col.3.vers. quarto limita, ff. si quis ius dicen. non obtemp. Aret. in §. aliorum, col.15. vers. quid si promisit, Instit.de action. Roman.in l.hæres in omne, vers. imò plus notabiliter voluit, ff. de acquir. hæred Calcan. cons. 18. col.5.vers. & cum adhoc, Ruin.cons. 7. sub num.38 vers. sicut ergo, vol. 1.

3 Quid autem dicendum; dic cum Ruin. in cons. 94. sub num. 6. vers. nec obstat, vol. 1. quòd aut quis promisit de facto suo tantum

in contractu, in quo quis tenetur etiam de facto extranei, & tunc dictio taxatiua nõ excludit personam hęredis, aut eadem dictio fuit adiecta in cõtractu, in quo quis de facto extranei nõ tenetur, & tunc ne superfluè, taxatiua, videatur apposita, persona hęredis excluditur.

4 Quibus ita positis dicendum est generaliter, taxatiuam dictionem, excludere omnes casus præter expressos, vt benè notat Bart. in l. 3. §. cum Titio, de adim. legat. Alex. in l. 1. §. per seruum, de acquiren. possess. Grat. cons. 106. n. 25. lib. 2. Bart. in l. 1. ff. si quis ius dicen. non obtemper. Aret. in l. stipulatio ista, ff. de verbor. obligat. Surd. cons. 403. num. 63. lib. 3. & latissimè decis. 291. num. 29. & decis. 192. num. 10. Card. Mantic. decis. 109. nu. 11. Paris. cons. 157. nu. 18. lib. 4. & Natt. cons. 78. num. 3. lib. 1.

5 Declara tamen I. non excludere ius accrescendi, nec illud prohiberi posse, nisi à Milite, l. miles vnum ex fundo, ff. de hæred. instit. l. 1. & 2. C. de testam. milit. ità tenet etiam Bal. & Din. in l. si quis ita hæres, ff. de hæred. instit. & Alex. cons. 162. n. 9. & 10. lib. 2. Crauett. de antiquit. tempor. part. 4. nu. 129.

6 II. Nequè excludere casum similem etiam in exorbitantibus, l. ob æs, C. de præd. min. Grat. cõs. 115. n. 20. lib. 2. l. ab ea, cũ ibi notat. C. eod. tit. & l. illud, in fin. C. de sacros. Ecclesf.

III. Ne-

III. Nequè casum æquipollentẽ, Castrens. cons. 16. n. 8. vol. 1. Ias. in l si mater, C. de instit. & substit. sub cond. fact. Grat. cons. 138. nu. 5. lib. 1. & cons. 106. superiùs allegato num. 26. Crauett de antiquit. temp. d. par. 4. nu. 128.

8 IV. Nequè excludere, nequè prohibere extensionem legis, d. l. ob æs, & ibi glos. Bart. in l. si constante, nu. 42. & 44. ff. solut. matrim. nequè corrigere aliam legem etiamsi taxatiua esset geminata, Alex. cons. 130. col. 2. vol. 4. l. 1. C. de bon. possess. contra tab. nu. 67. Gabr. cons. 7. n. 6. lib. 1. Afin. in Prax. §. 19. c. 25. nu. 4.

9 V. Nequè in substitutionibus restringere vbi consta't de cõtraria mente testatoris, quia non excludit alios casus, in quibus testator censetur idem voluisse, vt per multa ostendit Paris. cons. 50. sub num. 52. vers. non obstabunt illa verba à testatore prolata, lib. 3.

10 VI. Nequè excludere extensionem, quando apponitur circa id, quod alias iã erat dispositũ, l. ait Prætor, §. interdùm, ff. de negoc. gest. vbi quòd si quis gerat negocia alterius derelicta, quæ alius gesturus non erat, tenetur de dolo tantũ, glos. tamen addit, etiã de lata culpa, per text. in l. quod Nerua, ff. deposit. Vndè licèt text. taxatiuè loquatur, scilicèt, quòd gestor teneatur de dolo tãtum, extenditur tamẽ ad latam culpam, vt benè explicat Crauett. de antiquit. tempor. in 4. part. num. 112.

VII. Ne-

11 VII. Nequè extenſionem impedire, quando alias induceretur correctio Iuris, Bart. in l. 3. §. cum Titio, ff. de adimen. legat. ſicut dicere poſſumus, exempli gratia, de Statuto vno imponente pœnam centum ducatorum pro aliquo delicto, & alio Statuto pro eodemmet delicto imponente pœnam quinquaginta ducatorum tantum taxatiuè loquendo, non videtur per hoc correctum primum Statutum imponens pœnam centum ducatorum, Alex. in l. 1. num. 2. C. de bon. poſſ. contr. tabul. & Crauett. vbi ſupra num. 113.

12 VIII. Nequè impedire extenſionem in his, quæ ſunt de natura actus, Clement. exiui de paradiſo, verſ. cum autem natura, de verbor. ſignificat. Ioann. de Anan. conſ. 36. Iaſ. in l. 1. in princ. col. 3. verſ. quinto facit, ff. ſi quis ius dicen. non obtemper. Procurator enim conſtitutus cum mandato procuræ ad agēdum tantum, poterit etiam defendere, quia illud eſt de natura iudicij, text. in l. actionem, col. 2. verſ. ego ſequor, C. de procurat.

13 IX. Nequè quando reſultaret abſurdum, vel aliqua contrarietas, Bald. & Angel. in l. cum notiſsimi, C. de præſcript. trigint. vel quatragint. annor. Iaſ. in d. l. 1. verſ. ſecundo, & fortiùs, ff. ſi quis ius dic. non obtemp.

14 X. Nequè in ijs, quæ non cenſentur ſublata, nequè excluſa per conſuetudinem, l. viros vbi Bart.

Bart. C. de diuer. offic. lib. 12. Iaſ. in l. ſi mora, nu. 6. & in l. ſi conſtante, nu. 97. ff. ſolut. matr. Crauett. loco ſuperiùs adduct. nu. 119. 136. & 137.

15 XI. Nequè in materia fauorabili impedire extenſionem ex identitate rationis, voluerunt Bart. in d. l. ſi conſtante, in fin. princ. quæſt. princip. Abb. in conſ. 63. col. penult. lib. 2. Roman. in conſ. 456. numer. 4. verſ. tertio deducitur, & latiùs Crauett. loc. ſupracitat. numer. 120.

16 XII. Nequè in ijs, quæ ſunt de acceſſorijs, & appendicijs; nam poſito Statuto, quod mulier poſsit teſtari ſolummodo de dote, certè tale Statutum non excludit quo minùs poſsit etiam teſtari de bonis paraphernalibus tanquàm acceſſorijs dotis, hoc eſt de mente Ioan. de Anan. in d. conſ. 36. & refert Crauett. in loco proximè citat. num. 121.

17 XIII. Nequè de mente Crauett. d. loc. nu. 123. excludere extenſionem in rebus, quæ ſunt maximi prȩiudicij, vbi dat exemplum, quòd ſi Princeps dicat in reſcripto, procedat talis Iudex, & cognoſcat merita cauſæ tantum, & nullas admittat exceptiones, poſsit nihilominùs Iudex admittere exceptiones releuantes, cuius opinionem ego ſemper amplecterer tanquàm æquam.

18 XIV. Nequè excludere extenſionem in ijs,

ijs, quæ sunt maiora expressis, si cui enim cōceditur facultas,& iurisdictio aliqua specialis cognoscendæ causæ, censeantur quidem exclusi alij Iudices pares illi, cui conceditur iurisdictio, vt non possint cognoscere causam, non tamen dicuntur exclusi Iudices superiores, & generalis ordinarius, text.in l. final. & ibi glos. in verbo, examen, C. vbi caus. Fiscal. Dec.cons.3.sub n.3.vers.& licèt ista responsio, lib.1. Bal.cōs.253.n.2. vers.sed prædictis,lib.5.

Hoc tamen dicit esse dubitabile, Crauett. in sæpè dicto loco n.124. ibi, sed istud dictum, vbi quod si Princeps committat alicui causam specialem, talis delegatus in illa causa dicatur maior quocūquè Iudice ordinario, & allegat text. in c. sanè il 2. de offic. & potest. iudic.delegat. qui vult, vt Delegatus in causa sibi commissa habeat iurisdictonē super Ordinarium,& quemcunq.alium Iudicem maiorē.

19 x V. Nequè extensionem excludere, quando quid per repræsentationem censetur vnum, & idem adeò, vt existimetur vna solum persona, sicut quotidiè practicatur, cum quis promittit in instrumento de dato, & facto suo tantum, & tenetur nihilominùs de facto hæredis, qui præsumitur eadem persona cum defuncto, quo casu dictio taxatiua videtur solum apposita ad excludendos extraneos, Bald. in l. fin. C. de actio.empt.per text.quem

ait

ait ſingularem in l. ſtipulatio iſta habere, in princ. ff. de verbor. obligat. quem ſequitur Alex. in conſ. 18. num. 15. lib. 5. & eſt text. in l. ſi neceſſarias, §. de vendendo, ff. de pignor. actio. quem etiam ſequitur, & citat Iaſ. in l. 2. §. item ſi in facto, ff. de verb.oblig. & in l. ſi ſic ſtipulatus la grande, col.4. in fin. verſ.ſecundo quia quęlibet coniunctio, ff.eod.

Contrarium tamen, videlicet promittentem de facto ſuo tantum, non teneri de facto hæredis, vide apud Crauett.vbi ſupra nu.126. vbi latiſsimè diſputat, An, & quando quis teneatur de facto hæredis.

20 XVI. Nequè excludere ea, quæ excludi, aut prohiberi non poterant, quemadmodum dici poſſet de teſtatore inſtituente hæredem particularem in re certa tantum cum prohibitione, quod nihil ampliùs petere poſſit de ſua hæreditate, profectò ſi nullus alius exiſtat hæres vniuerſalis; vel ſi adſit, repudiet hæreditatem, non eſt dubium, quin tali hæredi particulari augeatur, & deuoluatur tota hæreditas, non obſtante taxatiua dictione à teſtatore prolata, quia alias ipſe teſtator decederet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, contra iuris regulas, Bald.poſt Din.in l.ſi quis ita hæres inſtituatur ſit legitimus, ff. de hæred. inſtit.in l. dominus, §.1.ff. de vſufruct. Alex.in l.quotiens, col.final. C.de hęred.inſtit. & in

& in l.si quis priore,col.final. ff.ad Trebell.vbi attestatur de communi. Contrariam opinionem refert Crauett.in supradicto loco,n.130. & seqq. viden.

21 XVII. Nequè excludere extensionem, quando quis subrogatur in locum alterius, l.libertum, ff. de rit.nupt vbi quemadmodum Tutori non licèt in vxorem ducere pupillam, itá neque Tutoris hæredi etiam extraneo tãquàm subrogato in locum Tutoris prohibiti.

22 XVIII. Nequè excludere extensionem, quando consuetudo (nisi fieret extensio) effectum suum sortiri non posset, l. si stipulatus fuero per te non fieri, ff. de verb.obligat.& ibi Ias.idemquè Ias.in l.quæ delegato,col.3.vers. decimo in contrarium facit, ff. de legat. 1. Castrens. cons.175. num.5.cum alijs per eum adductis lib.1.

23 XIX. Nequè deniquè, quando casus aliquis non esset diuersus in substantia ab alio, sed in aliquibus accidentibus tantum, ad huiusmodi enim casum in substantia non differentem, benè potest fieri extensio etiam in materia correctoria, vt voluit Crauett. in allegato loco nu. 140.vbi multa ponit exempla.

Quæ autem sint dictiones taxatiuæ, posui in proprijs cuiusquè locis.

DI-

DICTIO CC.LXXIII.

TOTALITER.

Dictio, Totaliter, est vniuersalis, sicut dictio, omnis, text. & ibi glos. in l. sed si ex meis, §. Proculus, ff. de acquir. rer. domin. Cuman. cons. 100. Viso themate literarum, vers. final. & Natt. cons. 160. nu. 30. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Totum, est vniuersalis.*
2 *Et demonstrat aliquid faciendum sine diminutione.*

DICTIO CC.LXXIV.

TOTVM.

1 Est dictio vniuersalis, & significat, totaliter, circa eandem rem, Bart. in l. si vnus, §. pactus, col. 2. vers. & nota, ff. de pact. Gozad. cons. 47. nu. 6. text. in l. si mihi Mæuia, §. final. & in l. quæsitum, §. 1. ff. de legat. 3. Corn. cons. 49. sub num. 11. vol. 3. vers. circa pecuniam.
2 Et demonstrat quod illud, quod debet fieri sit faciēdum sine diminutione alicuius partis,

quæ

quæ comprehendi quomodocunque posset, vt probatur per text. in l. 2. §. ad filiorum, C. quand. & quib. lib. 10. Alex.conf. 5. nu. 14. & sequent. lib. 3. Tiraquell. cum alijs per eum citatis in l. si vnquam, in verbo, totum, nu. 1. C. de reuoc. donat. Rolan.de lucr. dot. quæst. 38. nu. 1. pag. 420. Michael Crass.de success. in §. Trebellianica, quæst. 8. nu.4. qui attestatur de magis communi, & hoc idem firmat Marc. Ant. de Amat. decis. Prouinc. March. 39. num. 3.

Et facit ista dictio pro legatario apposita in verbis legati, quia significat omnimodam totalitatem in subiecto, Instit. pro soc. in princ. in verbo, totorum, vbi Port. sub nu. 3. Aret. in §. restituta, nu. 1. vbi Bello. sub nu. 11. vers. notandum, Instit. de fideicommis. hæred. Ias. in l. si vnus, §. pactus, num. 13. ff. de pact. Vinc. Carocc. decis. seu cas. 56. num. 3. & 4. & decis. 71. num. 14. Bart. in d. l. si vnus, num. 5. Rebuff. in l. nominis, & rei, col. 7. ff. de verb. significat.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Tunc, denotat extremitatem temporis.*
2 *Declara.*
3 *Item est demonstratiua, seu declaratiua rei, cui adijcitur.*

4 *Item*

4 *Item operatur, vt non extendatur ad alium casum, quam expressum.*

DICTIO CC.LXXV.

TVNC.

1 Dictio, Tunc, denotat extremitatem temporis, l. 4. ff. de condit. & demonstrat. l. si is legatum. §. 1. ff. eod. tit. & ibi Bar. l. vxori vsumfructum villæ, ff. de vsufruct. legat. Bart. & glos. in l. in substitutione, ff. de vulgar. & pupillar Salic. in l. tunc conuenit, in princ. C. de accusat. Guid. Pap. decis. 279. num. 2. Bellamer. cons. 39. col. penult. vers. verbum enim, Rom. cons. 104. sub n. 8. cons. 19. n. 2. cons. 56. post princ. cons. 131. sub nu. 1. circa med. & ibi Mandos. cons. 134. nu. 6. in l. lecta nu. 17. ff. si cert. petat. & in l. cum hęres, §. final. ff. de acquir. hæredit. Barbat. cons. 67. col. 3. vers. restat nunc capere, lib. 3. Curt. Sen. cons. 42. Socc. cons. 5. nu. 7. lib. 3. Corn. cons. 204. num. 10. lib. 1. & cons. 296. sub nu. 2. lib. 3. Dec. cons. 63. num. 2. & 3. cons. 89. num. 3. cons. 226. num. 1. cons. 313. num. 5. tom. 1. cons. 372. nu. 10. & cons. 523. ad fin. tom. 2. Ruin. cons. 130. sub n. 10 lib. 1. Grat. cons. 106. n. 2. lib. 2. Paris. cons. 31. n. 26. lib. 1. cons. 9. n. 21. cons. 92. nu. 9. lib. 3. cons. 143. in princ. lib. 4.

conſ. 30. nu. 56. conſ. 86. nu. 34. & conſ. 38. nu. 28. lib. 2. latè Gomeſ. in §. rurſus, nu. 16. Inſtit. de action. Honded. conſ. 58. cum alijs per eum adductis, num. 76. & 77. vol. 1. conſ. 31. nu. 17. conſ. 49. nu. 67. & conſ. 95. nu. 17. vol. 2. Rolan. à Vall. conſ. 56. nu. 20. tom. 3. Gozad. conſ. 21. num. 35. & conſ. 46. num. 6. Caſtr. conſ. 184. num. 2. lib. 2. Surd. deciſ. 207. num. 16. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 135. nu. 1. de reb. Eccleſ. non alien. Caputaquen. deciſ. 23. num. 4 par 2. & deciſ. 21. num. 2. par. 3. Ruin. conſ. 200. num. 9. lib. 2. Socc. Iun. conſ. 145. num. 27. vol. 3. Papien. in prax. in form. capit. ad ætern. rei mem. in gloſ. tunc reddere, & ibi latiſſima additio, quæ infinitos cumulat, & adducit, Anchar. conſ. 354. num. 3. & conſ. 356. num. 5. Bart. conſ. 16. nu. 4. lib. 2. Ioann. de Anan. conſ. 66. nu. 3. verſ. ſed ijs non obſtantibus, Rota inter impreſſ. Farinacc. deciſ. 144. num. 7. vol. 2.

2 Declara, huiuſmodi temporis extremitatē non eſſe attendendam quando nihil operatur, text. in l. huiuſmodi, ff. de verbor. obligat. Angel in l. cum hæres, § quæ ex parte, ff. de acquir. hæredit. Rol. conſ. 70. nu. 50. conſ. 56. num. 19. vol. 3. conſ. 38. num. 41. & conſ. 39. num. 7. vol. 4. & procedere ſolum quando ad tempus refertur, d. l. 4. §. final ff. de condit. & demonſtrat. & ita tenuit Rota in Salaman-

tina

tina Beneficij de Almerana 20. Iunij 1605. coram R. P. D. Manzanedo.

3 Est etiam demonstratiua, seù declaratiua rei, cui adijcitur Cassador. decis. 1 num. 3. & 4. de testam. Rot. decis. 14. num. 5. part. 2. diuers. Bart. in d. l. lecta, ff. si cert. petat. & in l. Gallus, §. & quid si tamen, ff. de liber. & posthum. Durant. de arte testan. caut. 5. num. 4. de subftit.

4 Item operatur, vt dispositio non extendatur ad alium casum, quàm expressum, Roman. d. cons. 131. quia ista dictio idem importat quod eo casu, glos. in supracitata, l. Gallus, in princ. in verbo, tunc, & ibi Angel. col. 7. vbi eã exponit, idest, eo casu, vel eò tempore, Rol. d. cons. 70. n 15. & 16. latissimè Surd. cons. 448. nu 30. lib. 3. vbi infinitos allegat, argum. l. iubemus, in fin. C. ad Trebell. Fulgos. cons. 46. in fin. Durant. in loco supracitato. num. 5.

Quin etiam restringit dispositionem ad casum expressum, & prohibet extensionem ad alium casum etiã similem, qui alias in dispositione compræhenderetur, Paris. in d. cons. 92. nu. 10 Menoch. cons. 152. nu. 41. lib. 2. Rimin. Iun. cons. 80. nu. 18. & cons. 100. nu. 33. & seq. lib. 1. Bero. cõs. 99 n. 9. lib. 2. Cephal cons. 269. nu. 29. lib. 2. Honded. cons. 8. nu. 39. vol. 1. Grat. cons. 18. num. 32. & cons. 104. num. 4. lib. 2. & optimè Paris. cons. 20. num. 15. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Tunc, & Eo Casu, dictio restringit dispositionem ad tempus, cui apponitur.*

DICTIO CC. LXXVI.
TVNC, ET EO CASV.

1 RESTRINGIT dispositionem ad tempus, cui apponitur, Rot. in Bononien. de Caparellis 17 Nouembris 1617. coram R. P. D. Andrea. Non tamen excludit extensionem, quæ fit ex coniecturata mente Testatoris, vt in dicta decis. Verùm ista potiùs est clausula, quam dictio,& sic nõ facit ad casum nostrum: de qua tamen scripsit Mart. in suo clausul.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Trans, diuersimodè consideratur.*
2 *Translatores appellantur, qui de vna lingua verba transferunt in aliam.*

DICTIO CC. LXXVII.
TRANS.

1 DICTIO, Trans, diuersimodè consideratur: habemus enim quod valet quantum,

iuxta,

iuxta, et, post, itaut si dicatur trans montem, intelligatur post montem, quandoquè significat, vltrà, vt trans flumen Naris, vndè versus.

Trans, iuxta, supra, post, atq. vocabit, & vltrà, Ita Federic. de Sen quæst. seu consil. 178. numer. 4 vbi attestatur, quod quidam Hugutius dicit omnia composita à dictione, trans, resolui in, vltrà, vt transfero, idest,
2 vltra fero, & Translatores appellari eos, qui de vna lingua verba transferunt in aliam.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Vè, intelligitur pro, et.*
2 *Contrarium.*
3 *Intelligitur secundum subiectam materiam.*

DICTIO CC.LXXVIII.

VE.

1 INtelligitur dictio ista pro, et, ad tradit. per Gomes. in §. pœnales, sub numer. 45. vers. item aduersus, Instit. de actio. Bart. in l. si ita ibi, natus, nataue erit, ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. Alex. in l. si cum dotem, §. item pater, sub nu. 5. ff. solut. matrim. Aret.

In l. possidere, num. 3. ff. de acquir. possess. text. in l. si post tres, ff. si quis caut. Eugen. cons. 65. nu. 34. Pacific. de Saluian. interdict. inspect. 3. cap. 1. num 18.

2 Alciat. verò in l. sæpè, nu. 4. ff. de verbor. significat. contra hanc opinionem dicit non semper significare dictionem copulatiuã, sed sui natura disiunctiuam, cuius opinionem sequitur etiam Menoch. de adipiscen. possess.
3 remed. 3. nu. 21. vbi subdit eandem multipliciter poni, & stare secundum subiectam materiam referens se ad Gomes. in superiori §. pœnales.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Vel, quomodo, & qualiter ponatur, & num. 2. cum sequent.*

DICTIO CC. LXXIX.

VEL.

1 SEcundum propriam suam significationem dictio ista non solet poni nisi inter diuersa, Igne. in auth. ex causa, nu. 7. C. de lib. prœterit. Rolan. à Vall. cons. 99. num. 57. tom. 4. Et est alternatiua, text. in l. hæc verba ille, aut ille, ff. de verbor. significat. Paris. cons. 91.

nu. 29.

nu. 29. lib. 2. Honded. conf. 15. nu. 11. vol. 1. Nec exigit concursum omnium, sed contenta est altero de requisitis, text. in c. in alternatiuis, de regul. iur. in 6. in l. si hæredi plures, ff. de condit. instit. & in §. penult. Instit. de hæredib. instit. Bart. in l. si is qui, §. vtrum, nu. 1. & sequent. ff. de reb. dub Socc. Sen. conf. 52. nu. 6. vers. & sic constat, lib. 1 Rip. in c. inter cæteras, nu. 23. & 24. de rescript. Cephal. conf. 432. n. 9. lib. 3. Bursatt. conf. 2. num. 65. lib. 1. Hond. d. conf. 15. nu. 12.

Et ponitur inter æqualia, & eodem modo determinata, l. 1. ff. de reb. dub. cum ibi plenè notat. per Socc. & alios, Grat. conf. 43. nu. 17. lib. 1. & conf. 52. nu. 58. lib. 2.

2 Posita autem inter personas à lege vel Statuto, resoluitur in copulatiuam, l. penult. & ibi Doctor. C. de verbor. significat. Aret. in §. si eadem res, nu. 1. glos 1. Inst. de legat. Castrens. & alij in l. si Titio, aut Sæio, ff. de legat. 2. Socc. Iun. conf. 50. n. 3. lib. 4. Hond. cōs. 2. nu. 6. vol. 1.

3 Inter genus verò, & speciem ponitur pro, idest, notant glos. & Bart. in l. 2. in princip. ff. ad leg. Aquil. & comprobat Ruin in cons. 99. num. 11. vol. 2.

4 Quin etiam apposita inter nominatos, & eorum filios, significat ordinem successorium, ita probatur in l. cum pater, §. penult. ff. de legat. 2. & in l. hæredes mei, §. penult.

ad Trebell. notant Doct. & in specie Bart. in l. Gallus, §. quidam rectè, de liber. & posth. Ruin. cons. 168. num. 6. vol. 2. ampliatquè dispositionem etiam ad diuersa, Crauett. cōs. 326. num. 2. Rota apud Farinacc. decis. 69. nu. 5. vol. 1.

SUMMARIUM.

1 *Dictio, Veluti, est exemplificatiua, & habet alias significationes, vt infrà.*

DICTIO CC.LXXX.

VELUTI.

1 Dictio, Veluti, est exemplificatiua, l. qui restituere, C. de rei vendic. l. infamem, ff. de pub. iudic. l. veluti, C. de eden. Corn. cons. 254. sub num. 2. vol. 3.

2 Aliquando est expressiua veritatis, l. quoties, C. de iur dot. Alberic. in dictionar. in verbo, velut. Aliquando verò ponitur similitudinariè, idest, sicut, text. in §. 2. Instit. de satisdat. tut. & in l. 2. cum ibi notat. ff. de legat. 2.

SUM-

SVMMARIVM.

1 *Testis deponens per dictionem, Vel circa, non probat, & num. 2. & 4.*
3 *Ratio.*
5 *Declara.*
6 *Venditio pro modico non retractatur.*

DICTIO CC.LXXXI.

VEL CIRCA.

1 HÆc dictio prolata à teste, nihil probat, vt latiùs probaui superiùs in dictione, In circa, & notatur in l. si quis in suo, C. de inoffic.testam.in l.matrem suam,C.de probat. in l. non solùm, §. sed vt probaui, ff. de nou.
2 oper. nunciat. Quando enim per testes probandum est aliquid factum fuisse intra aliquod tempus, si testis volens deponere de certò tempore addat illa verba, vel circà, reddit depositionem ambiguam, & nihil probat, Castrens. cons. 113. num. 4. part. 1 probatur per text. notab. in capit. final. de desponsi. impub. quem Ant. de Butr. ibi in fin. dicit esse menti tenendum: notat etiam expressè Gulielm. de Cun. in l. etsi post tres, in principio, ff. si quis caution. idemque

Ant.

Ant. de Butr. in c. literæ de dilat. in vltim. col.

3 Et ratio eſt, quia huiuſmodi dictio denotat diminutionem, & non videtur de certo tempore affirmare, ſicut dicimus de dictione ferè, gloſ. in l. 1. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.

4 Siquidem in teſte adijciente in depoſitione dictionem iſtam, redditur probatio temporis omninò incerta, itaut dici non poſſit, quod probet de aliquo, & limitato tempore: vt probatur in d. c. final. & facit quod notat Bart. in l. celſus, col. vltim ff. de vſur. licèt ibi loquatur de dictione, plùs, vel, vltrà & tradit Alex. in conſ. 66. numer. 6. & 7. lib. 7. & Corn. in conſ. 59. num. 5. vol. 4. cum alijs ibidem relatis.

5 Verùm quidem eſt, ſupradictam dictionem, vel circa, referri ad modicum tempus, adnotat. in c. cōtinebatur, de deſponſ. impub. in c. atteſtationes, & in d. c. fin. eod. tit. atquè adeò non videtur vitiare actum ratione incertitudinis, vt in ſimili notat Bart. & alij in auth. minoris debitor, C. qui dar. tut. poſſ.

6 Et pro modico venditio non retractatur, l. res bona, ff. de contrahen. empt. & Gozad. conſ. 55. num. 9.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Verò, eſt aduerſatiua, & inducit repeti-*

petitionem omnium qualitatum expressarũ in præcedenti dispositione .

2 *Et aduersatur in iure, & in facto.*

DICTIO CC.LXXXII.

VERO.

1 HViusmodi dictio est aduersatiua,& inducit repetitionem omnium qualitatum expressarum in præcedenti dispositione,iuxta doctrinam Bald.in l.omnes populi,sub nu. 21. de iust. & iur. Alex.in l.si filius à patre,in prin. sub nu.6. de liber.& posthum. Ruin.cons.111. n.6.lib.3 Soc.Iun.cõs.83.n.1.lib.1. fuit dictum in Romana Legati de Vitellis Lunæ 10 Dec. 1586. coram R.P.D. Bubalo , text. in l.Sæia, §.Cato , ff.de fund. instruct. Petr. de Anchar. in repetit. c.canonum statuta, de constit. in verbo , quærit etiam Bal. vtrum vnum statutum, Alex. cons. 249. nu. 2. & 5. lib. 6. Natt. cons.570.nu.9. tom.3. cum alijs ibidem, latè Surd. cons. 315.num.1. & 2. lib. 3.

2 Et quod aduersatiuè ponatur , notatur in auth. de hæred. & Falcid. in princip. & in l. si cum filius familias, in princ. ff.de donat. Dec. cons.302. num 6. tom.1. text. in l.si quis emptiones, §. 1. C. de præscript. trigint. ann. Alex.cons.134. nu.24. vol.6.Bart. in l.Lucius,

§.quæ

§. quæ habebat, ff. ad Trebell. confirmat Ce-
phal. conſ. 124. num. 4. cum alijs relatis per
Rolan. in conſ. 71. num.14 tom.2. refert hoc
idem Mareſcott. variar. reſolut.in c.30.nu.50.
lib.1.& in c. 94. nu.68.lib.2. Corn.conſ. 247.
nu.3.vol.4. & conſ. 219.nu.7.vol.2. vbi etiam
habes quæ ſit natura dictionis aduerſatiuæ,
Rot. inter impreſſ. Farinacc. deciſ.480. nu.2.
2 vol.2.Imò etiam aduerſatur in iure,& in facto
quando id, quod adijcitur habet diuerſam
rationem, teſte Ruin.in conſ. 64. num. 1. & 9.
vol. 3.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Videlicèt, eſt reſtrictiua, & declaratiua præcedentium.*

DICTIO CC.LXXXIII.

VIDELICET.

1 REgulariter dictio, Videlicèt, eſt reſtricti-
ua, & declaratiua præcedentium, l.in
venditione, ff. commun.præd. notat Bald. in
l mulier, ſiuè cum mulier, in antepenult. col.
ff. ſolut. matrim.Socc.Sen. conſ.32. n.4.vol.4.
& conſ.41.nu.36. eod. vol. Grat. conſ.7. nu.1.
vol.1. text. in c.ſcriptum, de elect. Socc. Iun.
conſ.123.

conſ. 123.nu.7.vol.3. Cephal.conſ.704. nu. 15. cum ſimil. Surd.conſ.315.num.6.lib.3.Bart.in l.quæſitum, §.ſi quis fundum, in 3. q. princip. col.3. verſ. aut facit facta enumeratio, ff. de fund.inſtruct. Pariſ.conſ.92.nu.33.in fin.lib.1. Corn.conſ.105.num.10.conſ.221. numer 6. & conſ.195.num.4. vol. 3. Bart. in l. 1. ff. ad leg. Aquil. Franc.de Aret.in l. ſi fundũ, ff.mandat. notatur in c.ſtatutum il 2. & ibi Gemin. de hæret. lib. 6. & in l.cum quidam, ff. de vſur. Iaſ. in l. idem in duobus, §. perſonale, in 1. notab.ff.de pact.& in l.iuſiurandum, §.ex conuentione, col.4. ff. de iur.iur. text. in c. tranſmiſſa, de eo qui cogno. conſang. vxor ſuæ, Purpurat. conſ.475.num.3.Cephal.637.nu.4. Rimin.cõnſ.67.nu.42.Burſatt. conſ.9. nu. 18. & conſ. 13.nu. 33. Sim. de Pret. de interpret. vltim. volunt. interpretat. 3.dubit. 1. ſolut. 4. num.10. lib.2. Iaſ. in l.ſi pluribus, num.10. ff. de legat. 1. Surd. deciſ. 161. num. 8. Vinc. de Franc. deciſ. 117. num. 12. part. 1. Socc. Iun. conſ. 26. num. 9. vol. 4. Angel. conſ.354. in princ. & plura Marant. in ſua prax. part. 3. num.105.

SVMMARIVM.

1 *Vix, eſt dictio, negatiua.*
2 *Ponitur etiam affirmatiuè.*

DICTIO CC.LXXXIV.

VIX.

1 VIx, ponitur negatiuè, l. tutor, ff. ad Senat. Consult. Velleian. l. si seruus, §. qui quãdoquè, ff. de legat. 1. l. si is, ff. de seru. export.
2 Ponitur etiam affirmatiuè, seù permissiuè, l. vix, ff. de iudic. c. 2. extr. de cognat. spiritual. in 6. & apud Ouid.
Vix Priamus tanti, totaquè Troia fuit.

SVMMARIVM.

1 *Dictionis, Vbi, significationes demonstrantur, cum num. sequent.*

DICTIO CC.LXXXV.

VBI.

1 POnitur quandoquè dictio, Vbi, impropriè, & facit conditionem, l. si ita scriptum, §. final. ff. de legat. 2. Bart. in l. 1. §. secundo principaliter, num. 19. ff. de condit. & demonstrat.
2 Item significat idem, quod apud quem, & coram quo, l. vbi, & ibi glos. de iudic. c. cum

Episcopus,

Episcopus, de offic. ordin. lib. 6.

3 Aliquando significat, idest, postquam, Alberic. in suo diction. in verbo, vbi.

4 Aliquando, prout, l. 3. C. de Episcopal. audien.

DICTIO CC.LXXXVI.

VLTERIVS.

Vlteriùs est dictio inclusiua, & repetitiua præcedentium qualitatum, Bart. in l. in repetendis, ff. de legat. 3. Angel. & Fulgos. quos citat, & sequitur Dec. in conf. 189. nu. 7. tom. 1. Pedemont. decis. 52. num. 4. & 15. & Surd. conf. 274. num. 16. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Vltrà, est inclusiua.*
2 *Refertur ad modicum tempus.*
3 *Declara.*
4 *Item importat implicationem.*
5 *Intellige hoc verùm esse in materia fauorabili, secùs in materia odiosa.*
6 *Item repetitionem inducit.*
7 *Declara.*

DI-

DICTIO CC.LXXXVII.

VLTRA.

1 NOn eſt dubium, quin dictio, Vltrà, ſit incluſiua, vt voluit text. in l. ſi vltrà, C. de fideiuſſ. & ideò ſi teſtator legauerit in teſtamento ſuæ vxori mille vltra dotem, videtur etiam dotem legaſſe, ſecund. Iacob. de Aret. in l. qui ita, ff. de dot. præleg. quod voluit etiam Iacob. Butr. in d. l. ſi vltrà, Cuman. in conſ. 111. nu. 2. Fulgoſ. in conſ. 40. col. 2. Corn. in conſ. 13. ſub nu. 2. verſ. ita ſumitur ex iuribus, vol. 1. & alios quamplurimos refert Surd. viden. in decíſ. 285. à nu. 9. ad 13. Quicquid in contrarium dixerint aliqui, nempè quòd excluſiuè ponatur; nam iſto caſu eſſet contra propriam ſui ſignificationem.

2 Benè verùm eſt, quòd refertur ad modicũ tempus, c. literæ, extr. de dilat. l. hæc adiectio, ff. de verbor. ſignificat. l. etſi poſt tres, ff. ſi quis caut. Paul. de Caſtr. conſ. 26. nu. 3. par. 1. Corn. conſ. 186. nu. 6. vol. 4.

3 Quod intellige verùm eſſe quando profertur à lege, quia ſupereſt Iudex, cuius arbitrio nititur ſua declaratio, argum. l. 1. C. de iur. deliber. Secùs verò quando profertur ab homine, putà à teſte; ità expreſsè terminat Cin.

poſt

post Iac. de Arct. in l. si quis in suo, C. de inoffic. testam. pro qua determinatione facit, quod notatur in l. muto, in fin. §. sub conditione, ff. de tutel. & quod ponit Paul. de Castr. in cons. 18. num. 2. part. 1.

4 Item importat etiam implicationem, vt dixi supra in 1. numer. Angel. cons. 294 nu. 5. & Bart. in d. l. qui ita, ff. de dot. prælegat. vbi quod legans, centum, vltrà dotem, censetur vtrunquè legasse, & idem est in dictionibus, præter, & super, vt ibi Bart.

5 Intellige hoc verùm esse in materia fauorabili, secùs in materia odiosa, Angel. d. cons.

6 294. nu. 5. Et inducere quoquè repetitionem sicut dictio, hoc ampliùs, tradit Calderin. in cons. 336. de testam.

7 Declara, vt non inducat repetitionem qualitatum præcedentium, quando in præcedentibus qualitates sunt diuersæ à frequentibus, Angel. d. cons. 294. numer. 6. vers. ad secundum.

SVMMARIVM.

1 *Vltrò, capitur, idest, spontè.*

2 *Spontè, apponitur in contractibus ad excludendum vim, & metum.*

DICTIO CC.LXXXVIII.

VLTRO.

1 DIctio, Vltrò, exponitur, ideſt, ſpontè, & ex mera voluntate, l. 1. §. ſi quis vltrò, ff. de quæſt. l. ne quicquam, §. aduocatos, ff. de offic. Proconſ. & l. alienam, C. de procurat. & ſic dicitur vltrò facere, iurare, &c. hoc eſt ſpontaneè, l. ſi legatarius, ff. de dol.

2 Hæc verò dictio ſpontè, ſolet in omnibus contractibus, & pręcipuè in venditionibus apponi ad excludendum vim, & metum, & denotat ſpontaneam alienationem, vt voluit Seraphin. in deciſ. 224. numer. 3. vol. 1. Et præſumitur de ſtylo Notarij, Abb. in c. cum contingat, col. 17. de iur. iur. Bero. in cap. 2. numer. 46. verſ. ſed contra, de reſtitut. ſpol. Menoch. de recuperan. remed. 1. num. 262. Vinc. Caroc. deciſ. ſeu caſ. 22. num. 27.

SVMMARIVM.

1 *Vna, dictio, denotat vnitatem, & ſimultatem.*

2 *Et coniungit pluſquàm dictio, et.*

DI-

DICTIO CC.LXXXIX.

VNA.

1 VNa, est dictio denotans vnitatem, sed simultatem, l. final. C. de impuber. & alijs substit. l. Lucius, §. quisquis, & l. si pluribus, in princip. ff. de legat. 2. Alex. cons. 93. num. 4. lib. 3. Gozad. & alij per eum adducti in cons. 72. sub num. 9. vers. nam dictio vna, circa med. & tantum est dicere, vna, quantum, simul, l. qui concubinam, §. vxori, ff. de legat. 3. l. imò, & Socer, ff. de vsu, & habit. Bald. in l. 1. §. is itaquè, C. de caduc. tollen. Gozad. cons. 21. nu. 37. Grat. cons. 9. numer. 103. & cons. 111. numer. 3. lib. 1. & cons. 13. nu. 56. lib. 2. text. in §. nos autem, Instit. de Attil. tutor.

2 Et coniungit plusquàm dictio, et, Bart. in l. Gallus, §. quidam rectè, vbi Ias. nu. 14. & 20. ff. de liber. & posthum. Paris. cons. 3. nu. 17. vol. 1. & cons. 79. num. 21. & sequen. vol. 3.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Vnà cum, importat copulam, & demonstrat, vt simul aliquid expediatur.*

2 *Et importat repetitionem.*

DICTIO CC. XC.

VNA CVM.

1 HÆc dictio, Vnà cum, importat; vndè si Testator relinquat filijs fratrem suum Tutorem, vnà cum Vxore, perindè est ac si dixisset relinquo fratrem meum, & Vxorem Tutores, itaut, vno decedente, alter est Tutor. Bart. cons. 147. lib. 1.

Etenim demonstrat, vt aliquid simul expediatur, vt notatur in l. final. C. de impub. & alijs substit. & in §. final. Instit. de Attil. tutor. ibi, vnà cum Antistite, Grat. cons. 93. num. 1. lib. 1. Paris. cum alijs per eum allegatis cons. 111. num. 17. lib. 1.

2 Vltrà quod importat etiam repetitionem; & ideò si quis constituat procuratorem ad vendendum, vnà cum Sempronio, licèt de venditione nihil dicat Sempronio, censetur repetere omnia in procuratore narrata, Bart. d. cons. 147. num. 2. vers. secundo posset.

SVMMARIVM.

1 *Vnanimiter, importat nemine discrepante.*

DI-

DICTIO CC. XCI.

VNANIMITER.

1 VNanimiter, importat, nemine discrepante, text. in c. bonæ memoriæ, in versic. vnanimiter, de post Prælat. & in c. vnanimiter, eod. tit. in c. cum dilecti, de election. & in c. tertio loco, de probat. Barbat. post alios in c. cum Ecclesia Sutrina, de caus. possess. & propriet. Panor. in c. licèt, de offic. leg. in 1. notab. Hoc enim optimè probatur ab ęthimologia dictionis, nam vnanimiter dicitur quasi vnius animi, vt solet dici in Collegio, quando quis Doctoratus corona præcingitur, nimirùm, ab omnibus vnanimiter approbatus, hoc est nemine discrepante, omnibus consentientibus. Et plura de hac dictione, vide apud Bertach. in repert. & Alberic. in diction. in verbo, vnanimiter.

DICTIO CC. XCII.

VNDE.

DIctio, Vndè, significat idem quòd, qua de rè, quarè, & similes dictiones denotantes causam, de quibus per Bart. in l. demõstratio,

 §. quod

§. quod autem, ff. de condit. & demonstrat. Grat. conf. 77. nu. 3. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Vndiquè, est dictio vniuersalis.*

DICTIO CC. XCIII.

VNDIQVE.

1 Est huiusmodi dictio vniuersalis, & per eã videtur alicui concessa plena, & libera facultas aliquid faciendi, iuxta notata in c. licèt, de offic. deleg. & in l. 2. §. postea, C. de veter. iur. enucl. & in §. final. in auth. quomodo oporteat Episc. Paris. cõs. 111. n. 11. lib 1. Idemq. dicendum est de dictione, Vbiquè, vt habetur in l. 1. super verbo, vbiquè, ff. solut. matrim. & Instit. in princ. de vsucap.

DICTIO CC. XCIV.

VNICVIQVE.

Dictio, Vnicuiquè, nullum excludit, argum. c. solitæ, de maiorit. & obed. l. Iulianus, ff. de legat. 3. Corn. conf. 67. col. 2. in fin. vol. 1. & Paris. conf. 49. num. 7. lib. 2.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Vniuersalis, est indefinita, omnia comprabendens, nihilq excludens.*
2 *Includit ea, qua alias non includerentur.*
3 *Feudum concessum quibuscunquè hæredibus, omnes hæredes cuiusuis generis admittit.*
4 *Dictio, vniuersalis, vbicunquè apposita, censetur cogitatum in genere de quocunquè casu, qui accidere potest.*
5 *Imò comprabendit etiam futurum augumentum.*
6 *Nec restringitur, etiamsi materia sit odiosa.*
7 *Idem dicendum est de vniuersali negatiua.*
8 *Declara, & num 9.*
10 *Limita.*
11 *Dictionem vniuersalem in fine positam, referri ad omnia præcedentia.*
12 *Limita banc conclusionem, & num.* 13.

DICTIO CC. XCV.

VNIVERSALIS.

Dixi adhuc, & diuisim suo loco tractaui de multis dictionibus vniuersalibus; nunc vidēdum restat quas habeat significationes di-
1 ctio, Vniuersalis, in genere sumpta. Et qui-

dem ea generalis eſt, & indefinita omnia compræhendens, nihilquè excludens, vulgat. leg. Iulianus ff. de legat. 3. l. pediculis, §. labeo, ff. de aur. & arg. legat. gloſ. in l. ſi neceſſarias, §. ſi annua, in verbo, his ſcriptis, de pign. actio. tenuit Rota in Romana prætenſi fideicommiſsi de Vrſinis, Veneris 25. Martij 1585. coram Orano, quæ deciſ. eſt 27. num. 3. impreſſa apud Pic. in tract. ad Stat. Vrb. & firmat Corn. in conſ. 315. nu. 3. vol. 3. Dec. in conſ. 427. nu. 3. tom. 2. quibus adde text. in c. ſi Romanorum 19. diſtinct. & in c. ſolitæ, circa fin. de maior. & obedient. & adiecta verbo, mulieri, compræhendit Virgines, & Viduas, Rot. apud Farinacc. deciſ. 367. nu. 3. vol. 1.

2 Sub iſta ſiquidem generalitate includit ea, quæ alias non includerentur, l. baliſta, ff. ad Trebell. gloſ. in Clement. 1 in verbo quauis, de re iudic. & in Clement. ne Romani, in verbo, quouis alio modo, de electio. Bart. in l. generali, §. vxori, ff. de vſufruct. legat. Natt. conſ. 525. num. 8. tom. 3.

Qua de rè hoc in loco recenſendum exiſtimaui, quod ponit Bald. in c. Imperialem, in princ. de prohib. feud. alien. in materia conceſsionis feudi factæ alicui pro ſe, & quibuſcunquè hęredibus: vbi quod feudum cōceſſum
3 alicui pro ſe, & quibuſcunquè hæredibus, omnes hæredęs cuiusvis generis admittit, propter

pter generalitatem,& vniuersalitatem dictionis, quibuscunquè, quod firmat etiam Natt. in d. cons. 525. num. 9.

4 Dictio enim vniuersalis vbicunquè apposita, censetur cogitatum in genere de quocunquè casu qui accidere potest, licèt in specie non sit cogitatum, quia illa cogitatio in genere sufficit, l. qui iure militari, ff. de testam. milit. Natt. d. cons. 525. num. 23.

5 Imò compræhendit etiam futurum augumentum; ideò si quis promiserit coquere panem in furno, vel molere in molendino pro se, & omnibus suis filijs, tenetur obseruare etiam (aucto numero filiorum) cùm promissio fuerit generalis, & vniuersaliter facta, Cepoll. de seruit. vrban. prædior. sub tit. de furno, quęst. 52. Iacob. de Sāct. Georg. in sua inuestit. in verbo, & cum molendinis, col. final. Bald. in l. omnia, C. de Episc. & Cleric. Natt. & alij in d. cons. nu. 26.

6 Nequè restringi potest, etiamsi materia sit odiosa, cum de sui propria significatione sit ampliatiua, & in materia restringibili nunquā excludatur, lata interpretatio, quæ descendit ex proprietate verborum, l cum de lege, vbi Aret. ff. de testam. Rolan cons. 54. n. 39. vol. 3. & cons. 96. num. 36. vol. 1. & Natt. in sępè dicto cons. 525. num. 12.

7 Ita nec è contra vniuersalis negatiua, vt
putà,

pucà, nullus, omnia excludit, etiam minima, glos.in c.statutū, in verbo, nullum, de rescript. in 6. Crauett. cons. 294. nu. 6. Rimin. Nepos cons. 19. num. 5. vbi verba vniuersalia includunt omnia, itaut nulla persona, nullusquè locus excipi possit, vt per Bald. ibi citatum, & Roland. in cons. 99. nu. 29. tom. 4.

8 Hoc tamen verùm esse dicimus, si dictio vniuersalis, proferatur ab homine, secùs si à lege; nam tunc benè recipit restrictionem de habilitate, l. vt gradatim, §. sed etsi lege, ff. de muner. & honor. latè Bart. in l. 1. §. nunciatio, de oper. nou. nunciat. Bald. in l. final. circa princip. C. sine cens. vel reliq.

9 Et vt regulariter restringatur ad personas habiles, est text. in l. tutor, §. 1. in fin. vbi Roman. & Ias. ff. de iur. iuran. in l. quid autem, §. final. iunct. glos. ff. de constitut. pecun. & in §. 1. in fin. Instit. de vèrbor. obligat. Bart. & Bald. in l. & si instrumenta, vers. probationis, C. de fid. instrument. glos. multa ponens exempla in d. l. final. C. sine cens. vel reliq. text. iunct. glos. in l. penultim. vers. aliam rationem, C. qui admitt. Bart. in repetit. l. omnes populi, sub num. 55. vers. tertio casu, ff. de iust. & iur. idemquè Bart. & Doctor. omnes per illum text. iunct. glos. in l. 2. §. Prætor ait, in fin. cum latissimè ibi cumulatis per Alexand. & Ias. ff. qui satisdar.

cogãnt.

cogant. & est optima glos. communiter à Doctoribus approbata aduersus Nic. de Mattarel. & Bart. ibi, in l. 1. vbi post Bald. Alba. Fulgos. Castr. & alios, Ias. in col. final. ff. de eo quod cert. loc.

10 Fallit tamen hæc regula fauore publico, & piæ causæ, l. si quis in graui, §. vtrum, vers. si quoquè, vbi Bart. & cæteri, ff. ad Sillan. Bart. in repet. supradict. l. omnes populi, cui etiam opinioni subscripserunt sese Doctor. communiter in d. l. 1. §. nunciatio, vbi plenè Bart. post Iacob. de Aret. & Oldrad. num. 21. ad 26. postquè alios Ias. num. 5. 6. & 7. in l. si filius familias, vbi fusiùs Ias. & Dec. numer. 3. & sequen. ff. si cert. petat. & Bald. in Rubric. C. de his qui accus. non poss. num. 10.

11 Quibus adde aliam conclusionem, nempè dictionem vniuersalem in fine positam, referri ad omnia præcedentia, l. si idem cum eo, in fin. ff. de iurisdiction. omn. iudic. l. talis scriptura, ff. de legat. 1. l. sequens quæstio, ff. de legat. 3. Bart. in l. Prætor, §. 2. ff. vi bon. rapt. & Paris. cons. 79. nu. 35. lib. 2.

12 Quam conclusionem limita duobus modis. Primo, quando de contrarietate constaret, & diuersa ratio vigeret, Bar. & Doctor. in d. l. talis scriptura, Bal. in l. actionibus, ff. de inform. Abb. cons. 195. vol. 2. Paris. d. cons. 79. nu. 36.

13 Se-

13 Secundo, quando resultaret absurdum, si dicta dictio ad omnia referretur, text. in c.cū Ecclesia Lateranensis, ibiquè Abb. iunct. c.quia propter, de elect. Socc. cons. 21. nu. 12. vol. 3. Paris. vbi supra nu. 37. & Franc. Curt. cons. 42. col 5. & cons. 43. col. 8. in fin. & col. 13. Et plura de vniuersali posui in dictionibus vniuersalibus.

SVMMARIVM.

1 *Logici vtuntur duobus terminis, & qui sint.*
2 *Dictio, Vsquè, An inclusiuè, vel exclusiuè ponatur, & num. 4. 5. & 6. cum sequent.*
3 *Declaratur.*
9 *Dictio, Vsquè, est etiam taxatiua, & non progreditur vltrà dispositionem.*

DICTIO CC. XCVI.

VSQVE.

QVoniam dubitatur, & non abre sæpè disputatur, vtrum hæc dictio, Vsquè, inclusiuè, vel exclusiuè ponatur, optimum factu esse duxi illam pro viribus eneruare, cum satis in
1 practica, & vsu esse soleat: ideò ad maiorem illius dilucidationem, sciendū est duos apud Logicos esse terminos, vnum scilicèt, à quo

à quo, alterum, ad quem, terminus à quo, est ille, à quo res sumit initium, vt si dicam, talis proiecit saxum à domo sua, vsquè ad plateam: nam domus sua est terminus, à quo iactus saxi sumit initium, platea verò est terminus, ad quem iactus saxi finem fecit: de quibus terminis notat plenè Bar. in l. si is qui pro emptore, ff. de vsucapion.

2 Quibus sic positis, oritur quæstio, vt dixi, An ista dictio inclusiuè, vel exclusiuè ponatur. Circa quod considerandum est, eam quandoquè proferri à lege, quandoquè ab homine. Primo casu regulariter ponitur inclusiuè, vt probatur in authent. socius, vers. in cæteris, C. de sacros. Eccles. text. in l. si cum exceptione, §. quatenus, ff. quod met. caus. in l. si cui serui, ff. de legat. 1. in fin. in l. 1. in fin. ff. si tab. testam. null. exta. & facit Clementin. statutum, de hære. & in l. final. ff. de Senat.

3 Declara tamen hoc verùm esse, quando alteri legi non esset contraria, quia tunc ponitur exclusiuè, l. penultim. ff. de flumin. & in l. 1. post princip. ff. an per alium ca. app. cum simil.

4 Secundo casu, quando profertur ab homine. Tria sunt animaduertenda, cum dictio ista quandoquè ponatur ad determinationem

loci,

loci, quandoquè temporis, quandoquè numeri; & quandoquè iungatur cum dictione, in, aliquando cum dictione, ad. Primo casu, nempè quando ponitur ad determinationem loci, subdistingue. Aut terminus, ad quem refertur, potest comprahendi, vel idem esse cum termino à quo, & tunc ponitur inclusiuè: hoc autem contingere potest, vel ex generalitate sermonis, vt in l. patronus, §. 1. ff. de legat. 3. vel ex qualitate rei, vt quia sit arbor, lapis, vel fouea, ille terminus, ad quem, l. pro regione, ff. de acquir. rer. dom. vel quia inclusio continet causam piam, l. quidam in testamento, ff. de legat. 2.

5 Fallit, quando appareret de contraria voluntate disponentis, quę colligi potest ex qualitate rei, ad quam fit terminatio, l. filius familias, ff. de legat. 3. vel si res illa ad quam fit terminatio sit aliena, & ab alio possessa, quia in dubiò non præsumitur, disponentem referre se voluisse ad rem alienam, arg. l. 4. ff. de legat. 1. vel ex qualitate precij rei alienatæ, quando sequeretur enormissima læsio, si poneretur inclusiuè: his enim, & similibus causis ponitur exclusiuè, argum. l. semper in stipulationibus, ff. de regul. iur.

6 Secundo casu, quando ponitur ad terminationem temporis, etiam subdistingue. Aut tempus, ad quod refertur, potest continuari sub

ſub deſignato tempore, vt purà promitto dare cẽtum vſquè ad menſem Auguſti, vel vſquè ad decem annos, vel in emphyteuſim concedo domum meam vſquè ad nouem annos, in iſtis caſibus, in quibus dubitatur, an tempus extremum, ad quod videlicèt vltimus annus decẽnij, ponatur incluſiuè, vel excluſiuè, indiſtinctè tenendum eſt (alio non apparente) poni incluſiuè, l. eum qui ità, §. qui ſtipulatur ante calendas, ff. de verbor. obligat.

7 Hoc etiam fallit, quando reſultaret prauus intellectus, vt ſi promiſiſti qualibet die dare libram carnis vſquè ad diẽ Veneris, vel vſquè ad primam diem quadrageſimæ; quoniam in huiuſmodi caſibus, non intelligitur incluſa dies prohibita, & ſic dictio vſquè, excluſiuè ponitur, d. l. ſemper, ff. de regul. iur.

Tempus nanquè, ad quod non poteſt de iure contineri ſub tempore deſignato, verbi gratia, do Tutorem filio meo vſquè ad pubertatem, ponitur excluſiuè, l. quæſitum, ff. de tutel. Ità nec incluſiuè percipitur, ſi contrarium appareret de mente diſponentis, nam tunc verba impropriarentur, text. in l. à filio, ff. de legat. 3. in l. pater Seuerinam, §. conditionum verba, ff. de condit. & demonſtrat.

8 Tertio caſu, quando eadem dictio ponitur ad determinationem numeri, temporis, vel qualitatis; exempli gratia promitto tibi viginti

ginti vſque ad decem dies, ponitur etiam incluſiuè, l. idem, ff. de dol. §. illud quoquè, col. 4. Auth. de appellat. & intra quæ temp. licèt illa iura loquantur, quando tēpus profertur à lege; idem tamen dic hoc caſu ſi proferatur ab homine, maximè quia verba debent interpretari iuxta mentem proferentis, l. veteribus, cum ibi notat. ff. de pact. & in partem magis fauorabilem, l. quoties, ff. de reb. dub.

Vnum tamen prę cęteris benè aduertit, vt de more ſolet, Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 9. num. 10. Ex coniecturis declarari, probariquè, quando dictio, vſquè, incluſiuè, aut excluſiuè intelligatur.

Cæterum, quando incluſiuè, vel excluſiuè ponatur, conſuluit Bart. Socc. in conſ. 25. n. 2. 3. & 5. vol. 1. qui loquitur de contractu emphyteotico vſque ad tertiam generationem, & poſuit etiam Carocc. in deciſ. ſeu caſ. 42. num. 18. & 19.

9 Vlterius dictio iſta eſt taxatiua, & non progreditur vltrà diſpoſitionem; vt poſito Statuto, quòd eligatur Officialis vſque ad annum, inducitur taxatio, vt non poſsit iterùm eligi ad alium annum immediatum, Bal. conſ. 218. in fin. lib. 2. & conſ. 316. in princ. lib. 3. Et de hac dictione ſcripſit etiam Polyd. Rip. in tract. de nocturn. tempor. in cap. 63. per totum, & dixit alias Rota in Spoletana Spolij 3. Decembris

bris 1565. coram Reuerendiss. D. Grato bo. me. tunc Rotæ Romanæ Auditore; vt refert Farinac. in decis. 3. nu. 2. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Vt, denotat conditionem.*
2 *Item, quandoquè modum.*
3 *Quandoquè similitudinem.*
4 *Et quandoquè consequutiuè ponitur.*

DICTIO CC. XCVII.

VT.

1 DIctio, Vt, varias habet significationes; nam quandoquè denotat conditionem, l. hoc iure, ff. de donat. vbi Doctor. & maximè quando quid pendet ex fortunæ viribus, ita notat Bart. in l. quibus diebus, §. Termilius, q. 2. ff. de condit. & demonstrat. Alex. cons. 95. nu. 11. lib. 7. Grat. cons. 106. nu. 12. lib. 2. & quando iungitur ablatiuis absolutis, Dec. cons. 63. nu. 2. & cons. 89. nu. 2. tom. 1. Becc. cons. 58. num. 17. Surd. cons. 435. nu. 33. lib. 3.

2 Quandoquè habet notandi modum, vt habetur in l. 1. C. de his quæ sub mod. in l. dedi, ff. de condit. ob caus. Grat. cons. 102. nu. 30.

lib. 2. glos. & omnes in d. §. Termilius, text. in l. demonstratio, in fin. ff. de cond. & demonstr. Bart. in l. qui absenti, §. 1. ff. de acquir. possess.

3 Ponitur, & similitudinariè ad significandũ aliquid ad similitudinem alterius rei, l. 1. in princ. ff. ad leg. Falcid. l. vt hæredibus, ff. de legat. 2. Bald. cons 106. nu. 3. lib. 1.

4 Item, quandoquè ponitur consequutiuè, l. 4. C. de obseq. patr. præstan. l. si seruus, §. si oliuam, l. si ex plagijs, §. in cliuo, & in l. si bonos, ff. ad leg. Aquil. & confirmatur à Surd. in cons. 115. nu. 89. vol. 3. cum alijs ibidem per eum allegatis; & sic importat causam finalẽ, videlicèt, do vt facias, Bald. d. cons. 106. nu. 3. in fin.

Hoc tamen intellige esse verùm, & importare causam finalem, quando apponitur in vim causæ, quæ sit apta ad producendum suũ causatum, aliàs autem esset causa impulsiua, vt ponit Bald. loco proximè citato; & de hac dictione plura posuit Alberic. in diction. in verbo, vt.

SVMMARIVM.

1 *Narrata per dictionem, Vt dicitur, non sunt necessariò verificanda.*

DI-

DICTIO CC. XCVIII.

VT DICITVR.

1 NArrata, & exposita per huiusmodi dictionem, non sunt necessariò verificantur, Cassador. decis. 7. nu. 6 de iur. patron. & decis. 4. nu 8. de probat. Rot. decis. 77. de rescript. in antiq. & ità etiam fuit dictum per Rotam in vna Iacen. Vicariæ 28. Iunij 1592. coram R. P. D. Penia.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Vterquè, regulariter ponitur coniunctiuè.*
2 *Contrarium.*
3 *Declaratur.*

DICTIO CC. XCIX.

VTERQVE.

1 HÆc dictio habet significationem coniungendi, & ponitur regulariter coniunctiue, l. final. ff. de iur. Fisc. l. is qui ducenta, §. verum, ff. de reb. dub. l. Titius, & Seius, ff. de hæred. instit. l. si duos, ff. de euiction. Coras. in l. etiam quidam, num. 2. C. de impuber. & alijs substit. Rolan. à Vall. cons. 84. n. 5. tom. 4.

text.in l.hæredes mei, §.cũ ità, ff. ad Trebell. Mascard. de probat. conclus. 1308.n.7.vol.3. Et est relatiua duorum, & de sui natura in vno solo non verificatur, Corn cons. 124.n 8. vol. 2.

2 Interdum autem semel in oratione posita, habet vim disiungendi, l. cum non solum, §. ipsum autem, C. de bon.quæ lib. l. fi apud C.de appellat. l.Celsus, §.1. ff. de contrahen. emptio. & l.binas, ff. de seruit. vrban. præd.

3 Dum verò agitur de fauendo menti testatoris impropriatur sicut dictio, quisquè, & similes, & vbi de sui natura requirit concursum omnium, mutat naturam, & verificatur etiamsi non adsit concursus omnium, l. hoc articulo, ff. de hæred. instit. Alex. cons. 175. num. 11. lib. 5.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Vt Supra, facit relationem ad præcedentia, cum omnibus qualitatibus suis.*

2 *Limita tamen, vt infrà, & num. 3.*

DICTIO CCC.

VT SVPRA.

1 HViusmodi dictio, facit relationẽ ad prçcedẽtia, cũ omnibus qualitatibus suis; nam

nam si quis se subscribens in aliqua scriptura vtatur illis verbis. Affirmo vt supra, videtur omnia præcedentia confirmare, & ad ea omnia facere relationem; ad not per Bart. in l. 1. §. hoc ædicto, ff. de post. Dec. cons. 226. nu. 3. tom. 1. l. item quæritur, §. item Iulianus, ff. locat. ibi, vt supra diximus: facit text. in §. sanè, in proœm. Decretal. Crauett. cons. 88. numer. 3. Bart. in l. si quis seruum, §. final. ff. de legat. 2. Ruin. cons. 18. num. 12. lib. 2. cum alijs congestis per Cephal. in cons. 311. num. 37. lib. 3. Honded. cons. 46. numer. 15. vol. 2. Gabr. cons. 175. numer. 8. lib. 1. latè Surd. cons. 200. num. 6. & cons. 275. nu. 22. lib. 2. cons. 313. num. 48. cons. 362. num. 9. & cons. 352. num. 8. lib. 3. cons. 464. nu. 10. & cons. 565. numer. 14. lib. 4 Paris. cons. 19. num. 68. cons. 41. num. 65. cons. 48. nu. 14. cons. 66. num. 6. & cons. 75. num. 11. lib. 2. cons. 1. numer. 129. cons. 18. numer. 8. & cons. 71. numer. 7. lib. 3. qui omnes confirmantur per text. in l. talis scriptura, §. final. ff. de legat. 1. quam opinionem sequuti sunt etiam Franc. de Curt. consil. 51. col. 7. vers. & potissimè, idem Paris. cons. 80. nu. 49. libr. 2. cons. 72. numer. 13. & consil. 108. num. 35. lib. 3. Alex. cons. 59. circa fin. col. 3. Alban. cons. 57. nu. 6. Osasc. decis. Pedemont. 164. num. 13. Menoch. cons. 73. num. 24. Surd.

 decis. 291.

decis. 291. n. 13. & decis. 319. n. 8. Vinc. de Fran. decis. 87. nu. 4. part. 1. Anchar. q. 7. nu. 4. part. 2. Ruin. conf. 18. num. 12. vol. 2. Mandell. conf. 473. num. 5. & 15. & ibi apostill. Anchar. conf. 370. Decian. conf. 72. nu. 46. lib. 2. & deniquè Rot. apud Farinac. decis. 461. nu. 9. vol. 2.

2 Limita, & id intellige esse verùm vbi est eadem ratio, alias secùs; Franc. d. decis. n. 10. & importat relationem ad superiùs proximè dicta, non autem ad superiùs remota, Cuman. conf. 22. incipien. Testator legauit, circa fin. vers. nec moueor.

3 Limita etiam, vt non repetat ea, quæ non sunt expressa, neque ea, quæ infrà dicuntur, Decian. conf. 86. num. 22. cum sequent. lib. 3. Et si in præcedentibus multæ sint appositæ conditiones, & in sequentibus vna solummodo repetatur conditio, videlicèt, cum ista conditione, vt supra, in singulari numero prolata, non importat cõditionem in alijs, sed solum in expressis, Cuman. d. conf. 22. in fine.

Et hæc sunt, quæ mihi occurrunt circa 300. istas Dictiones, in quibus si quid boni est, sit ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, eiusq. Gloriosissimæ Virginis Matris Mariæ, ac Beatorum Nicolai, & Ludouici Patronorum familiæ meæ; si secùs, imputetur imperitiæ meæ.

FINIS.

IN-

INDEX MATERIARVM, QVÆ IN HOC TRACTATV DICTIONVM CONTINENTVR.

ALPHABETICO ORDINE DIGESTVS.

A

ſui

Benè,

B

C

Ci-

D

Hoc,

L

N

Nem-

dens

Sicut,

V

FINIS.

ERRATA.

Dict. 42.nu. 2. §. Dico, Corrige, §. Diui. dict. 52. n. 1. col. adde 2. dict. 58 n. 3 Hostien. corrige, Asten. dict. 59. n. 5. vt notat. adde Bart dict. 64. n. 2. tex. in huiusmodi, adde l. & paulò post, ibi, & Alex. adde ff de verb. oblig dict. 73. Bac. corrige, Boet. dict 82. ibi, § idest est, corrige, idem est dict. 91. n. 13. propriè, corrige, propè. dict. 124. n. 3. quin nesciat, corrige, qui nesciat. dict. 157. nu. 2. recipi, corrige, recipit. ibid admitti, corrige, admittit. dict. 161. in princ. in criminalibus, adde c. dict. 176. n. 8. pluribus, corrige, plures dict. 201. n. 3. abesse, corrige, obesse. dict. 203. in princ. quin nesciat, corrige, qui nesciat. dict 206. n. 10. rem dicitur, corrige, rem dici. dict 221. n. 1. ostenditur, corrige, extenditur. dict. 231 n. 3. ibi, corrige, vbi. dict. 239. n. 3 col. adde 2. ibid. n. 8. in fin. superiùs corrige, superiori. dict. 242. in fin. ante verbum, Episcopum, adde dicatur. dict 262. n. 3. his, corrige, is. dict. 275. n. 3. ibi, Rot. decis 14. corrige, 140. dict. 290. in princ. post verbum importat, adde, copulam.

REGESTVM.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc.

Omnia sunt folia integra, præter C c. medij.

RONCILIONI, M. DC. XXI.
Apud Ludouicum Grignanum, & Laurentium Lupum.

SVPERIORVM PERMISSV.